HALLER
BIBLIOT
CHIRURG

TOM.
I

A
46
729

N° 3
10-135

124309655

C.P. 61(09)
076 : 614

2-20-5500

10-4-23

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 046
Numero: 729

# BIBLIOTHECA CHIRURGICA.

QUA

SCRIPTA AD ARTEM CHIRURGICAM FACIENTIA
A RERUM INITIIS RECENSENTUR.

AUCTORE

**ALBERTO von HALLER**

DOMINO IN GOUMOENS LE JUX ET ECLAGNENS.
PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS; PRÆSIDE SOCIETATIS OECONOMICÆ BERNENSIS; SODALI ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PARISINÆ;
ACADEMIÆ REGIÆ CHIRURGORUM PARIS. ACADEMIÆ IMP. NAT. CUR.
BORUSS. SUEC. BONON. ARCADICÆ; SOC. REG. BRIT.
BOT. FLOR. BAVARICÆ. HELVETICÆ.
COLL. MED. EDINBURGENSIUM.
IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

TOMUS I.

*TEMPORA ANTE ANNUM MDCCX.*

3334



ARS LONGA VITA BREVIS

*BASILEÆ*, apud JOH. SCHWEIGHAUSER & *BERNÆ*, apud EM. HALLER.
MDCCLXXIV.

124309655
C.D. 61(09)
076:614
2-20-5
10-4-23
BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 046
Numero: 729

# BIBLIOTHECA
# CHIRURGICA.

QUA

SCRIPTA AD ARTEM CHIRURGICAM FACIENTIA
A RERUM INITIIS RECENSENTUR.

AUCTORE

ALBERTO von HALLER

DOMINO IN GOUMOENS LE JUX ET ECLAGNENS.
PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS; PRÆSIDE SOCIETATIS OECONOMICÆ BERNENSIS; SODALI ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PARISINÆ; ACADEMIÆ REGIÆ CHIRURGORUM PARIS. ACADEMIÆ IMP. NAT. CUR. BORUSS. SUEC. BONON. ARCADICÆ; SOCC. REG. BRIT. BOT. FLOR. BAVARICÆ. HELVETICÆ. COLL. MED. EDINBURGENSIUM.
IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

## TOMUS I.

*TEMPORA ANTE ANNUM MDCCX.*

3334



*BASILEÆ*, apud JOH. SCHWEIGHAUSER, & *BERNÆ*, apud EM. HALLER.
MDCCLXXIV.

# PRÆFATIO.

Inexſpectato accidit, ut eodem tempore hæc Bibliotheca in lucem prodeat, quo Bibliotheca Anatomica, quam dudum ante Chirurgicam perfeci. Cauſa præcocitatis in hac Chirurgica Bibliotheca in promto labore typographorum fuit. Incommode inde accidit, ut Portalii novos tomos non potuerim, certe ad annum 1710. in meo opere uſui vertere. Et tamen Portalius, qui Pariſiis vivit, qui immenſas bibliothecas undique ſub oculis habet, quas conſulat, multa poteſt præſtare, quæ ego, ut mea ſit promta voluntas, præſtare nequeo: rarorum nempe librorum editiones indicare, ſcriptores parum notos, gallicos etiam potiſſimum, recenſere. Dixi cum botanica bibliotheca, mihi præter meos libros parum eſſe præſidii, neque ergo exſpectari poſſe, ut plenum cenſum dem aut librorum, aut editionum; cum præterea vaſtiſſimum ambitum mihi ſumſerim abſolvendum. Sola enim Bibliotheca

practica

practica tribus prioribus fere æqualis erit. Non ergo ab hac plenitudine, etſi omnino optabili & decora, laudes meas ſpero: Si quid in meo opere erit boni, ea erunt, quæ ipſe vidi, fidelis pauciorum, nonnullorum tamen operum recenſio, præcipuorum momentorum ſincerum indicium. Id aliquanto uberius in his chirurgicis præſtiti, quod mihi potius minus nota viderentur, quam priores artis partes, in quibus laboraveram. Idem cæterum operis finis, eadem formula.

Nunc in practicam partem artis me demerſi, græcisque me de ſcriptoribus expedivi, porro vitæ meæ, quod erit reliquum, huic unico immenſo labori impenſurus. Ejus primus tomus, ſi vixero, poterit anno 1776. in lucem prodire, reliqui ex ordine, impedit enim hic minutiorum diſputationum & adnotationum moles, de qua vix poſſis emergere, de qua nihil audeas prætermittere. Portaliana nova, nam certus nova exſpecto, adjiciam addendis hujus prioris tomi. Alter, qui abſolutus ſit, non longo hinc tempore ſequetur. Errores typographicos, & nonnullorum librorum repetitiones cum ſecundo Tomo indicabo. Bernæ d. 22. Mart. 1774.

# BIBLIOTHECA CHIRURGICA.

## LIBER PRIMUS.

## GRÆCI.

### §. I. Primordia Artis.

Litigatum eſt (*a*) paſſim, utra pars artis curandi fuerit antiquior, utrum ea, quæ conſilio medetur, an ea potius, quæ manu. Ejusmodi lites vix exitum inveniunt, cum difficile ſit limites circumſcribere, quibus quæque harum artium ab altera ſeparetur. Si omnis victus ratio, ſi adnotata eventa fructuum, radicum, & herbarum a primis mortalibus inter alimenta receptarum, ſi æſtus, ſubitive frigoris, ſi laſſitudinis, nimiique laboris incommoda ad medicum referas, ejus certe ars fuerit antiquior. Neque enim vel primus annus a primis hominibus facile ſuperatus fuerit, quin aliqua ex his cauſis nata mala perceperint, iisque ipſa a neceſſitate coacti, abſtinentia eorum, quæ noxia experti eſſent, quiete, potu, utcunque ſubvenire tentarint.

Sed caſibus humanis chirurgica mala rarius ſe admiſcent, multique mortales & olim, & nunc ætatem vixerunt, qui nunquam ullum manus auxilium deſideraverunt. Poſſis primæ mulieris abmorſum funiculum umbilicalem ad chirurgicas adminiſtrationes referre. Verum etiam tunc ſerius ejus cujuscunque chirurgiæ aliqua fuit neceſſitas, quam aut cibi, aut potus, aut aëris, aut aliarum rerum naturalium, quæ intra fines ſunt medicinæ.

Accedit, quod antiquiſſimi populi plantarum quidem medicatarum vires beneficas inter prima vitæ ſocialis initia didicerint: ad chirurgiam & perfectiores artes requirantur, & neſcio quæ audacia, quæ per experimenta nata fuerit. Metallorum uſus non potuit, niſi poſt varios caſus & multa artificia locum habere, & abſque metallis exiguum eſt, quod manu efficias. Deinde vero homini vulnus inferre, ſanguinem emittere, nocere ut proſis, id omne ſerioris ævi partus videtur; cum per varios caſus, qui ſponte ſe hominibus offerebant, in-

 notuiſſet,

(a) Jam Seneca chirurgiam medicinæ matrem fecit Epiſt. ad Lucilium XCV.

notuiſſet, & abſque magno periculo eam crudelitatem eſſe, & ſalutarem, & demum neceſſariam.

Tumores inflammatos ſuppurari, levamen ab effluente pure percipi inter prima fuerit experimenta: inde perſpectum eſt, ſi cutis ſponte non aperiretur, ferro, aut acuto lapide commode aperiri. Contra aëris injurias nudatas caſu aliquo carnes defendere, perinde dolor ipſe docuit; ſagittas carnibus infixas ipſa imperioſa neceſſitas juſſit evellere.

Non paulo ſerius putes, ex eventis magis compoſitis adminiſtrationes eſſe excogitatas, ut trepanum, cum majores fracturas cranii mitioris ingenii eſſet perſpectum: ut empyema-vulnere caſu inflicto ſalutariter apertum, qualis eſt Alexandri Pheræi hiſtoria (*b*), potuerit audaciam addidiſſe hominibus, quo naturæ molimen ferro imitarentur. Ita utero ad latus eliſo ſanata hydropica potuit primam de paracenteſi cogitationem excitaſſe (*c*). Scutella in os recepta recte loqui cum videret Paræus hominem, cui lingua erat amputata, feliciter caſus beneficio uſus eſt (*d*). Tegula in caput illapſa ſanata amauroſis &c. Et ejusmodi quidem putes chirurgiæ initia fuiſſe. Nam exempla animalium homines eſſe imitatos, & ad Hippopotami præcepta venam incidiſſe, ad Ibidis exemplum lotiones infudiſſe (*e*), minus mihi probabile videtur, etſi de illa quidem bellua etiam nupera exſtant (*f*) teſtimonia, atque Hungaricos demum equos legas mordicus ſibi venas aperire (*g*). Capram ſuffuſionem paſſam acuto junco ſe compunxiſſe; ita viſus uſum recuperaſſe, etiam minus probabile videtur (*h*).

## §. II. Ægyptii.

Antiquiſſimi populi, qui artes coluerint, hinc Ægyptii videntur fuiſſe, inde Chinenſes. Neutros animus ad chirurgiam invitabat, molles gentes, timidasque. Non debent cum Ptolemæorum temporibus prima illa tempora comparari, quibus Pharaones antiquiſſimæ genti imperitaverunt. Legas quidem inter libros Hermetis Misri (*i*) Menis f. primi Ægyptiorum regis, etiam inſtrumentum chirurgicum fuiſſe deſcriptum, & oculorum mala (*k*). Trahas eo Æsculapii nomen a cultro derivatum, Ægyptii nempe Æsculapii, qui multo fuerit Græco illo antiquior. Nechepsi (*l*) huc referas emplaſtrum, cujus memoria

(b) Plin. L. VII. c. 50.
(c) Beniven. *abd. aff.* c. 109.
(d) L. XXII. c. 5.
(e) Plutarchus *utrum anim. plus rat. hab.*
(f) Labat *Afrique Occid.* V. p. 274.
(g) Costæus *ign. med. præf.*
(h) Galen. introd.
(i) Qui idem Tosorthrus memphites apud Clement. Alex. Filius Sadyel Cabirorum frater ap. Sanchoniathon.
(k) Ap. Clementem Alex.
(l) Aetius IV. 3. 12.
Ejus de cypreſſo. ib. XV. 19.

moria ad ſeriora uſque tempora ſuperfuit, Iſidisque; venæ ſectionem denique ad Ægyptii animalis exemplum inventam (*).

Poſterior illa chirurgia Alexandrina tota ad Græcos pertinet, gentem in tolerandis etiam diriſſimis auxiliis conſtantiſſimam. Hippopotami & ISIDIS hiſtoriola tota fabuloſa videtur, neque libri HERMETIS auctoritatem habent. Id de eo certe ævo conſtat, in Ægypto ſacerdotes medicinam feciſſe (*m*), eamque victus ratione & medicamentis mitibus (*n*), ex plantis fere ſumtis, unguentis, emplaſtris, demum clyſteribus (*o*) adminiſtraſſe. Chirurgica inventa Ægyptiorum nulla invenio, & qui DARII HYSTASPIDIS ævo in aula Perſica medebantur, in tali ſubluxatione, inque mammæ abſceſſu (*p*), adeo infelicem operam præſtiterunt, ut ægre, intercedente Græco DEMOCEDE (*q*), meliora docto, crucem effugerint. In oculis curandis feliciores fuiſſe putes, qui proprios huic uni particulæ ſtudentes medicos habuerint (*r*), ut etiam ocularium medicum ab AMASI CYRUS petierit. Erant & dentibus ſui medici (*ſ*).

Eadem videtur Perſarum in medendo fuiſſe mollities. Vulnera myrrha procurabant, & obvoluto ſindone byſſino (*t*). Cum ea cura CAMBYSES femore læſo ab elapſo gladio, contabeſcens periit (*u*).

Apud Chinenſes, Ægyptiorum aut nepotes, aut certe imitatores, medicina tota fere in morbis internis occupatur, niſi quod uſtiones cutaneæ, incertum a quo ævo ei genti familiares ſint.

In botanices hiſtoria oſtendimus, iis fere gentibus, quæ antiquiſſima inſtituta retinuerunt, eandem fere medicandi rationem eſſe, & potiſſimum in plantarum uſu ægrorum ſpem poni; niſi quod earum multæ & ipſæ uſtioni indulgeant, aliquæ aliquid ſimile noverint venæſectionis, dum vel ſagittis leviter cutem convulnerant, vel exacutis lapidibus venas aperiunt. (*x*) Neque enim abſque inſtrumentis longe in ea arte datur progredi.

## III. CHIRURGIA GRÆCA.

Græcis longe firmiores fuerunt animi, & patientiores doloris; ut ſæpe ſim admiratus, quam ſævas curationes ſuſtinuerint, ut angiologiam, periſcyphiſmum, varicum



(*) PLIN. PR. ALP. *hiſt. nat.* L. p. 247.
(m) PLATONEM ægrotum ſanarunt LAERT.
(n) EX ISOCRATE laud. BUSIR. DIODORUS.
(o) PLIN. VIII. 27. DIOD.
(p) HERODOT. L. III.
(q) Ibid.
(r) HEROD. L. II.
(ſ) HEROD. L. III.
(t) HEROD. L. VII. p. 440.
(u) ID. L. III.
(x) Conf. LERY Braſil. WAFER deſcr. of the iſthmus.

varicum exciſionem, quæ omnia ſuis cum auctoribus dicemus. Iidem mature metallis, certe ære uſi, bellatores & piratæ, vulneribus obnoxii, chirurgiæ neceſſitatem ſibi impoſuerunt, quam & ipſi principes exercerent, PATROCLUS enim & quisque heroum ſagittas evellebat, vulnus eluebat, amaras imponebat herbas (*a*), nullo aut MACHAONE exſpectato, aut PODALIRIO. Sed etiam HERCULIS nomen proprius nodus retinuit (*b*), quem inveniſſet, idem vulneribus ſanandis innutritus. Diu vero ea conſuetudo ſuperfuit, ut etiam DIONYSIUS Siculorum tyrannus, HIPPOCRATIS fere coævus, ſecaret, ureret, curationes chirurgicas ſuſciperet (*c*).

Antiquiſſimus tamen Græcorum medicorum MELAMPUS, cujus pluſculæ curationes a poſteris celebratæ fuerunt, nihil manu ſua molitus eſt. CHIRONEM oculos curaſſe legimus (*d*). Longe nuperior eſt Græcanicæ medicinæ vulgo dictus auctor ÆSCULAPIUS. APOLLINIS iſte filius, non diu ante Trojanum bellum vixit, cujus filii inter principes fuerint Achivorum. Utramque ÆSCULAPIUS partem artis exercuit, nam & blanda ſuaſit medicamenta, & potiones medicatas (*e*), & herbarum vires perſpectas habuit; conſilia etiam, quæ in æde dedit, fere clinici fuerunt generis. Chirurgiam etiam exercuit, qui HIPPOLYTUM equis raptatum & ANDROGEONEM exſtinctum reſtituerit (*f*), mortuosque dictus eſt ſuſcitaſſe (*g*); qui vulnera curaverit a lapide projecto, & ab ære inflicta (*h*). Vulnera primum exploraſſe & obligaſſe CICERO (*i*). Ab eodem oratore dentes primus evulſiſſe dicitur (*k*): eo etiam refero plumbeum odontagogon quod Delphis in APOLLINIS æde ſervabatur (*l*). Uſtiones & inciſiones ei PLATO tribuit (*m*). Facile CELSO credas (*n*), non eſſe longe in ſubtiliori artis parte progreſſum, eique gloriæ fuiſſe, quod rudem artem paulo ſubtilius excoluerit.

CHIRON, qui ÆSCULAPIUM, denique & ACHILLEM, artem docuiſſe dicitur, vulnera etiam & ulcera dicitur curaſſe (*o*). Centaurio ſe ſanavit, cum a ſagitta HERCULIS infelici caſu læſus eſſet (*p*).

MACHAON & PODALIRIUS, ÆSCULAPII filii, inter duces Græcorum fuerunt, procique

(a) *Iliad. IV.*
(b) PLIN. XXVIII. 4. 6. DAL.
(c) ÆLIAN. *var.* L. XI. c. 2.
(d) PROPERTIUS.
(e) PINDAR. *Pythic.*
(f) PROPERT.
(g) APOLLODORUS p. 115.
(h) PINDAR. *Pyth.* III.
(i) *Nat. Deor.* L. III.
(k) Ibid.
(l) CÆL. AUREL. II. c. 4.
(m) *Republ.* III.
(n) *Præf.* L. I.
(o) PLUTARCH. *Sympos.* III. 1.
(p) PLIN. XXV. 6. DAL.

procique Helenæ. MACHAON (q) MENELAUM vulneratum curavit abluto vulnere, lenibusque adhibitis medicamentis, quæ a CHIRONE didicerat. PHILOCTETIS crus a ſagitta venenata percuſſum hactenus curavit (r).

EUSTATHIUS PODALIRIUM clinicum fuiſſe medicum auctor eſt, MACHAONEM chirurgum. Verum eo ævo nondum hæ artis curandi provinciæ diſceſſerant. Et PODALIRIUS quidem DAMOETHI Cariæ R. filiam Syrnam ex tecto delapſam, ſanguine ex utroque brachio detracto ſervavit, eamdemque duxit, parte regni dotis loco accepta, & Syrnem civitatem condidit; manu utique medicatus (ſ).

In familia ÆSCULAPII, potiſſimum vero inter eos PODALIRII nepotes, qui in Co inſula (vicina Cariæ) ſedem fixerunt, & medicina & chirurgia hereditariæ fuerunt artes. Facile enim ex HIPPOCRATE ipſo percipias, eum gradum artis, quem non humillimum adtigerat, non eſſe magni viri inventum, dudumque peritiam experiendo confirmatam plurima malis externis machinamenta oppoſuiſſe; lites (t) etiam fuiſſe inter chirurgos de variis artis partibus exercitas, vel CTESIÆ exemplo.

Machinæ bene multæ eo ævo excogitatæ fuerunt ad reponenda luxata; adminiſtrationes multiplices in vulgus notæ, fracturarum ſanandarum rationes; paracenteſis abdominis, & pectoris; mortui infantis exciſio, & calculi, & cranii perterebratio.

Hæc inventa omnia ad quem pertineant, nequit omnino noſtro ævo dici; ad eos vero pertinere certum eſt, qui ante HIPPOCRATEM vixerunt. Eo toto tempore medicina cum chirurgia conjuncta manſit, ut idem homo & morbos internos curaret, & officinam haberet chirurgicam, & morborum hiſtoriam meditaretur, & vulneribus curatricem manum adhiberet.

Obſtetricum denique perantiquum fuit officium, quæ chirurgia cum feminis fere manſit. Nam apud HOMERUM μαια (u) honoratum nomen eſt, & Hebræis PHARAONUM ævo ſuæ erant obſtetrices. Poſteriori tamen ævo adulta, ut videtur jam chirurgia, Athenis hoc officium ad viros eſt translatum, donec AGNODICE animoſo conatu pudori muliebri ut proſpiceret effecit, ut id officium ad feminas rediret. Sed ſeri hæc ævi fuerit, quæ HEROPHILUM audiverit (x).

Demum veterinarii medici, & ipſi antiqui aliquas adminiſtrationes chirurgicas exercuerunt. MAGO perantiquus auctor boum caſtrationem docet (y).



(q) In *Iliade*.
(r) PROPERTIUS.
(ſ) STEPHANUS *de urbibus*.
(t) HIPPOCR. *fract.* I. S. I.
(u) Οδυσσ.
(x) Apud HYGINUM.
(y) COLUMELL. VI. 16.

## IV. Scholæ Medicæ.

### Democedes.

Asclepiadarum illuſtres ſcholæ fuerunt, Rhodia, Gnidia, ex qua Ctesias prodiit, & Coa, Hippocrate ſuo celebris. Sed erat & Cyrenis ſchola medica, & in Italia, Crotone. Ex iſta Democedes prodiit, coævus Pythagoræ (*a*), medicus & chirurgus, qui Polycratem Sami tyrannum magno morbo liberavit: Darium ex tali luxatione laborantem reſtituit (*b*), Athossæ (*c*) mammam ulceratam ſanavit, maſculis & Græcis medicamentis uſus. Idem cum amore patriæ contabeſceret, ſuaſor fuit legationis ad Græcos miſſæ, quæ ad deditionem eos invitaret, cumque eo comitatu Perſia exceſſit, auctor magni belli in Græcos a Dario ſuſcepti, cum & legatos paſſim occidiſſent, & Democedem profugum nollent ad Regem remittere.

Vix quidquam autem tot ſeculis, Æsculapii inter filios & Hippocratem elapſis, de chirurgia reperias, etſi medicorum nulla fuit raritas. Euryphon utique Cnidius, paulo Hippocrate antiquior, empyicos urebat, etiam in ſcenam productus (*d*).

Nova tamen interim ſchola chirurgica nata erat; Græci enim præter omnes mortales corporis exercitationi ludiſque indulgebant, in quibus & vires confirmarent, & agilitatem augerent conſuetudine. In iis ſcholis minime rarum erat luctantes adverſariorum artus aut de ſede moveri, aut omnino oſſa frangi, ut apud Galenum diſcas. Quare ludorum proprii erant medici, & ſuperioris ordinis, qui Gymnaſtici dicebantur, & inferioris, qui Aliptæ. Adparet autem & in Græcia nobiliores medicos caſus illos ludorum curaſſe Galeni exemplo, qui Romæ demum, ex gentis more, ut alibi dicemus, manuum laborem chirurgis reliquit, in patria vero læſis in palæſtra utique ipſe medicatus eſt. Ex eodem vero loco Galeni (*e*) adparet, etiam aliptas luxata aut vexata repoſuiſſe, manumque vulneribus adhibuiſſe (*f*). Verum de tota illa per omnes Græciæ civitates diſperſa medicorum gymnaſticorum familia, nulla lego alicujus curationis exempla.

Ita neque de caſtrenſibus medicis, qui tamen a Xenophonte in Cyri majoris exercitu recenſentur, & a Lacedæmoniis, & ut videtur ab omnibus Græcis ad expeditiones ſuas conducebantur. Diſerte enim Hippocrates juniores medicos jubet ad exteros ire, cum ſuo ævo in Græcia nulla bella ſint. Ctesiam ſolum reperias, ſed aliquanto Hippocrate juniorem, Cnidium cum & Ascle-

(a) An diſcipulus Odoardi p. 314.
(b) Herodotus. III.
(c) Ibid.
(d) Apud Platonem comicum citante Galeno aphor. L. VII. n. 44.
(e) De *articulis* comm.
(f) Medicorum in ludis apud Gruterum mentio fit T. I. p. CCCXXXV.

Asclepiadem, qui exercitus Cyri minoris ſecutus ſit, & conſanguineum ſuum, non certe ruditer, accuſaverit, temere ab eo varias curationes femoris luxati deſcribi, quod nunquam reſtitui poſſit. Quam Ctesiæ (*) comminationem nuper, quibus ſuus erit dicendi locus, periti viri renovaverunt. Idem vulneratum a fratre Artaxerxem minorem curavit.

Tanto ergo tempore chirurgia equidem fuit & ſenſim convaluit, ſed ut nulla ejus peritiæ veſtigia ad nos pervenerint.

## V. Hippocrates.

Primus chirurgicorum ſcriptor magnus ille eſt Hippocrates Heraclidis f. ex Podalirii gente, Cous, vir ſplendidus, quem vulgo pro medicinæ parente, neque certe præter meritum, habent: ego quidem etiam majori jure chirurgiæ parentem dixero. In ea arte ſe ipſe exercuit (*a*), qui & chirurgi deſcribat officinam, & ligna, ſcamnumque, quod multis poſt eum ſeculis Hippocratis nomen conſervavit (*b*), ſuasque curationes, ſuum ab aliis medicis & chirurgis diſſenſum ubique citat. Plurimum cauteriis utebatur, etiam lino. Renum abſceſſus incidebat, infantem mortuum extrahebat unco.

Faſciationem ei Galenus tribuit (*c*), in eo forte nimius. Ejus rhombus (*d*). Vinculum adducens (*e*). Ulcerum rationem omnem expoſuit (*f*).

Patria relicta Lariſſæ vixit, & in Theſſalia, Thaſoque inſula inque Macedonia, vocatus ut Perdiccæ ex amore laboranti, mederetur, quem cum Euryphonte adiit (*g*): dictum eſt etiam caſtra eſſe ſecutum. Id conſilium junioribus medicis (*h*) impertit. Tychon in Epid. V. in obſidione ad Datum (*i*) vulneratus fuit; ſed uterque liber non eſt ex genuinis. Prælii nuſquam mentio fit.

Ejus viri ſcripta chirurgica mihi videntur excellere ordine, perſpicuitate, artis peritia, puritate ab omni hypotheſi.

Primum dicemus libellum *de officina medici*, aut chirurgi potius. Non ſatis definit Galenus (*k*) num Hippocratis ſit, num Thessali filii; alii etiam priori Hippocrati tribuerunt Gnoſidici filio (*l*): mihi vero quam maxime genuinus

(*) Galen. *art. comm.* 3. *fract. Comm.* L. IV.
(a) Quod chirurgiam exerceret, pingi capite velo tecto Suidas II. p. 145. ad Rust.
(b) Rufus deſcribit apud Oribas. *Machin.*
(c) Compoſit. κατα γενη.
(d) Ap. Nicetæ Oribasium & Geranis ib.
(e) Gal. *de faſc.*
(f) *Meth. med.* L. IV.
(g) Suidas Soran. *vit.* p. 952.
(h) *De medico.*
(i) *Epidem.* V.
(k) In *comment.* L. I. n. 5.
(l) *De fract. comm.* L. I.

nuinus videtur, & gravitate viri dignus: neque facile aut breviorem dictionem, aut magis perſpicuam inter HIPPOCRATICA reperias. EROTIANUS habet inter ea opera. Ad minima cæterum quæque ſe dimittit, luciſque curam, ſtandique & ſedendi modum; plurimus tamen in deligationibus. Ferulas etiam & canales fractis cruribus aptos habet.

Gallice ſeorſim prodiit cum titulo *le medecin chirurgien* d'HIPPOCRATE *le grand.* Paris. 1560. 16. DU VERDIER. Arabice *Ketab algenak le Bokrath* HERBELOT.

In eum l. exſtant *commentariorum* GALENI libri III, quos J. BERNARDUS FELICIANUS convertit; tum VIDUS VIDIUS, cujus nitida eſt editio Paris. 1544. fol. *.

M. S. exſtant Græci quidem codices B. R. P. n. 2287. & in codice MEDICEO, de quo COCCHIUS egit, a NICETA collecto.

L. περι αγμων & l. περι αρθρων manifeſto unicum librum olim effecerunt, quæ jam ante GALENUM nata eſt adnotatio, eademque manifeſta, cum liber *de articulis* eas ſuppleat & fracturas & luxationes, quæ in l. *de fracturis* nondum dictæ fuerant. Ipſe GALENUS, qui prius dubitabat (*m*), poſtea (*n*) idem argumenta adtulit, ut oſtenderet l. *de articulis* cum illo continuari, qui eſt *de fracturis*; multisque locis tamquam HIPPOCRATICUM l. citat. Antiquioris HIPPOCRATIS GNOSIDICI filii eſſe (*o*), ſed nihil certe indignum habet majori HIPPOCRATE: inciſiones etiam de induſtria ad verum inveniendum factas continet, & recenſet EROTIANUS. Pleno ſermone per ſingulos artus & fracturas dixit & luxationes, tum modum, neque ſimplicem, quo fracta conciliantur, luxata reſtituuntur; & mihi quidem videtur admiratione dignum, potuiſſe diverſas illas luxationes ea ætate adeo accurate in ordinem & adeo plene redigi. Scamnum, quod dicitur HIPPOCRATIS, in priori libro ſuadet parari, in altero idem deſcribit, canales etiam fracto cruri recipiendo aptos dicit. Extenſiones neceſſarias jubet maturare, neque longe differre. In vertebris reponendis excuſes vetuſtatem. Femoris luxationem hic deſcribit, eamque multiplicem. Amben invenit, quam nuperi variis modis conati ſunt perficere. De gibbis. Gangræna artus non funeſto eventu delapſi. Quo tempore oſſa emortua delabantur. Etiam hic irritos medicationis effectus minime diffitetur.

*Commentariorum* GALENI libri VII. exſtant, de quibus alias dicemus (*p*). Vertit J. BERNARDUS FELICIANUS.

Vertit etiam VIDIUS, & edidit cum aliis Pariſ. 1544. fol. adjectis commentariis.

In

(m) Ad l. de fract. in *princ.*
(n) L. de artic. in *princ.*
(o) Nempe utrumque de fracturis & de articulis librum GALEN. *vict. acut. Comm.* I.
(p) Exſtant in Bibl. D. MARCI. &c.

In Librum *de fracturis ſcholia* exſtant PALLADII, qui ipſe erat in NICETÆ collectione, ſed interiit (*). Codex libri HIPPOCRATICI eſt in collectione NICETÆ.

Sic commentariorum GALENI.

Liber qui dicitur *Mochlicus*, compendium eſt horum librorum, & vix quidquam continet proprii. Seorſim edidit Græce T. MORELLUS Pariſ. 1579. 4. MAITTAIRE. Codex eſt in collectione NICETÆ. Citatur in *lect.* HIPP. GALENI.

Liber περι των της κεφαλης τρωματων, ſ. *de capitis vulneribus*, & ipſe eſt inter melioris notæ ſcripta HIPPOCRATIS. Fracturarum hic nomina reperias, ab omni poſteritate recepta: ſuturas fallere monet, qui fere error in Quinto Epidemiorum uberius exponitur. Fiſſuras minutas magis lethales eſſe, eas radere jubet, quoad totæ deletæ ſint; excidere denique terebra, ſi eradi nequierint. Humidis medicamentis juſſit abſtinere; nulla capitis vulnera vult negligi. Æſtate periculum majus eſſe, ſic rimas anguſtiores. Infortunium, *contre-coup.* Terebræ uſus. Os nudandum, ſi ſuſpicio fuerit paſſum eſſe. Oſſa defracta non facile avelli debere. Præſagia funeſti eventus. In alterna parte corporis paralyſin ex cerebri malis ſequi primus adnotavit. Minutas in terebræ uſu cautelas dixit. Sero nimis terebraſſe cranium ei objectum eſt.

Codex eſt in NICETÆ collectione.

In eum librum plurimi exſtant commentarii, VIDI VIDII primo, in collectione, quam Paris. 1544. fol. *. edidit.

Idem commentarius cum HIPPOCRATICO opere prodiit, Gallice a FRANCISCO le FEVRE verſus Paris. 1555. 8. cum titulo, *les trois premiers livres de chirurgie.* RAST.

Seorſim latinitate donatus, commentariis illuſtratus FRANCISCI VERTUNIANI. Paris. 1578. 8. Textum Græcum JOSEPHUS SCALIGER caſtigavit, ſuasque caſtigationes ipſe explicavit.

G. FALLOPII *poſthumus commentarius.* Venet. 1566. 4. *.

*Brevis commentarius cum adnotationibus marginalibus* CLAUDII PORRAL. Lion. 1580. 8. Leid. 1639. 12. *.

ANDREÆ DOERER αμφισβητησις ιατρικη περι των εν κεφαλη τρωματων Ἱπποκρατους. Baſil. 1589. 4. Diſp. RIV.

HIPPOLYTI PARMÆ *commentarius.* Venet. 1608. 8. LIND.

Eſt etiam inter libellos utraque lingua cum notis a STEPHANO MANIALDO editos Paris. 1619. 8. *. Textum HIPPOCRATIS paſſim emendat.

J. BAPTISTÆ CORTESII *tractatus de vulneribus capitis.* Meſſan. 1632. 4. Textus Græcus valde maculoſus.



(*) In collectione NICETÆ in B. R. P. Edidit etiam poſt ſectionem VI. FOESIUS.

PETRI PAVII *ſuccenturiatus anatomicus.* ſ. *commentarius* in HIPPOCRATEM *de vulneribus capitis.* Leid. 1616. 4. *

BERNARDINI FALCINELLI *commentario al libro delle ferite del capo.* Fiorenz, 1693. 8. * De MAGATI ſchola.

Gallice etiam vertit, & commentarios adjecit FRANCOIS DISSAUDEAU Rouen. 1658. 12. BUR.

Belgice H. *van de wonden in t'hoofd* door P. HAZARDUS Antverp. 1595. 8. Amſterd. 1634. 8. * quem ſuo loco dicemus.

Hactenus genuinos HIPPOCRATIS libros recenſuimus, qui ad chirurgiam unice ſpectant. Inter alia ejus viri opera medici potiſſimum argumenti, pleraque chirurgica aliqua continent.

In libro *de aeribus, aquis & locis* agit de calculi veſicæ ex aquis turbidis origine, exque lacte. De Scytharum uſtionibus, robori artuum augendo deſtinatis.

In *aphoriſmis* multi loci ſunt chirurgici argumenti, de oculorum morbis.

De vulnerum majori ad mortem inferenda vi.

De funeſto eventu aquæ in hydrope, ex perforato abdomine ſubito emiſſæ.

De oſſium vulneribus.

Cancros occultos vetat curare.

In HIPPOCRATIS aphoriſmos ad chirurgiam ſpectantes commentatus eſt BARTHOLOMÆUS GENGA. Bonon. 1695. 8. *Italice.

In *aphoriſmum* 46. Sect. VI, quo ulcerum antiquorum ſtatus & prognoſis continetur, ANTONIUS THYMIUS diſputavit. Jen. 1665. 4.

In l. *de locis in homine* agit de aurium morbis eorumque curatione; de cruſtis inurendis in hydrope, ad tumorem lienis, de vena exurenda, de cucurbitula in iſchiade adfigenda, & ad inflammationes. Atram bilem ſi vulneratus vomat, lethale. De fiſſurarum magno periculo, paracenteſi, ulceribus ferinis, cauteriis.

In *prognoſtico* de aurium morbis eorumque præſagiis: de uvulæ morbis & chirurgia.

In *prorrheticorum* l. II. de ano elapſo. De vulneribus in univerſum; de capitis, cerebri & medullæ ſpinalis vulneribus, eorumque præſagiis, & de febre, quæ vulneri ſupervenit: De articulorum & tendinum vulneribus; de uvulæ malis, de ulceribus.

De vulneribus occidendi vim habentibus, etiam vaſorum.

In

In l. *prædictionum* hydrophobiam dici CÆLIUS (*q*). Locum non invenio.

LIBRI MINUS CERTI.

Inter libros, qui minus certo ſunt HIPPOCRATIS, pluſculi chirurgici ſunt argumenti. Eo liber περι ἑλκων, quem MANIALDUS mavult *de vulneribus* interpretari (*r*). Inter HIPPOCRATICOS EROTIANUS habet, ſed tres facit titulos, *de ulceribus*, *de vulneribus*, *de vulneribus & telis*. Citat etiam l. *de ulceribus* HIPPOCRATIS GALENUS (*ſ*) & auctor *lect.* HIPP. quæ ſunt inter GALENI opera. De vulneribus utique aliqua habet, eaque vetat, niſi vino, humectare, multa vero vulnera monet neque cataplaſmata ferre. Pus ut cito generetur procurari debere, & ut liberum habeat exitum; ſimplex tamen vulnus non egere ſuppuratione; ex eo recte ſanguinis effluxum aliquamdiu permitti. Oleum vetat adhibere, ſpongiam ſolam imponit. Deinde ad ulcera; de carne ſupercreſcente. Non purgata glutinari non poſſe, ſed neque circularia. Eſſe ubi cataplaſmate egeant, ad viciniam ulceris admoto. Ulcera phagedænica. Cataplaſmata varia & adeo numeroſa medicamenta, ut etiam ex eo indicio habeas pro alterius ſcriptoris opere. Acerrima aliqua intercedunt, naſturtium, cantharides, helleborus. Varix, pedum tumor, cucurbitulæ uſus, & venæ ſectionis encheireſis. Ad ambuſta.

Reperitur in collectione VIDI, inque altera MANIALDI, & in illa Gallica, quam citavi, cum l. *de vulneribus capitis.* Paris. 1555.

Italice ex editione JOSEPHI CIGNOZZI. Florent. 1690. 8.

Arabice verſus exſtat, *Ketab albothur* (*t*).

M. S. *codex Græcus* in *B. R. Paris.* n. 2148. non antiquus. In CAIO GONVILENSI. B. Cantabrig. n. 949.

Liber περι συριγγων, ſ. *de fiſtulis*, ejusdem videtur auctoris, cujus libri *de morbis*, ſimilisque eſt theoria morborum ex pituita & bile orientium. De ani vero fiſtulis agit, & de ano prolapſo. Fiſtulam ani duplici modo curat, quorum altera a modo nuper renovato non multum recedit, fiſtulam enim lino per ſpecillum introducto intercipit, deinde crine. Cæcam, aut nimis altam, fiſtulam æris flore erodit & myrrha. Ad anum prolapſum multum medicamentorum dat, bonum etiam conſilium, ut æger inter tabulas per anguſtum aditum alvum exoneret. Bonus libellus, quem cum EROTIANO & FOESIO pro genuino habeas, niſi cum libello *de hæmorrhoidibus* continuaretur, qui manifeſto alterius eſt auctoris, quam auctor *aphoriſmorum*. Nimis etiam medicamentis indulget.

 Citatur

(q) Acut. III. c. 15.
(r) HIPPOCRATEM ἑλκος pro vulnere dixiſſe SCHULZE hiſt. p. 281.
(ſ) *Meth. med.* L. IV.
(t) HERBELOT *bibl.* p. 965.

Citatur l. περι συριγγων, και αἱμοῤῥοιδων *Lect.* HIPP. GAL.

Reperitur in collectione VIDI & MANIALDI.

Et codex in *B. R. Paris* cum priori, n. 2148.

Libr. περι αἱμοῤῥοιδων. Rectum inteſtinum ſectionem facile ferre, hæmorrhoides autem omnes jubet exurere, cum unam certe apertam ſervare in Aphoriſmis præcipiatur. Urere vero docet per tubum ferramento immiſſum, & ſecare, & digito abſtergere.

EROTIANUS habet inter HIPPOCRATICOS.

Edidit MANIALDUS. Græce etiam prodiit Baſil. 1540. 8.

Liber περι ιητρου (u) pertinet ad inſtitutionem junioris chirurgi. Serioris ævi putes, cum rara in Græcia bella ajat eſſe, & diſcipulum jubeat in extera caſtra peregrinari; qualia tempora poſt PERSEUM in Græcia fuerunt, non HIPPOCRATIS ævo, quo bellum Peloponeſiacum tot annis ſæviit. Inſtrumentum chirurgi, deligatio, gladioli, qui hodie ſcalpelli dicuntur, & lanceolæ, cucurbitulæ, ſcarificatio. De tuberculis, ulceribus, cataplaſmatibus, extrahendo telo. Et hic & alibi multa medicamenta habet, quæ æs ingreditur.

Eſt inter libellos a MANIALDO editos, & in editione MACKII, & inter 22, quos edidit ZWINGERUS Baſil. 1579. fol. * Gallice convertit DACIER cum aliis HIPPOCRATICIS. Paris. 1697. 12. *

L. περι οψιος utique breviſſimus, totus ab HIERONYMO MERCURIALI rejectus eſt, minime tamen inutilis. Cataracta in principio uſtis venis ſanatur. Palpebrarum nuper renovatam uſtionem hic docet, etiam intus adurit, tum venas dorſi. In amauroſi trepanum admovet, partem cranii excidit.

Eſt in editione MACKII.

Περι της των παιδιων εγκατατομης, ſ. *de exſectione fetus.* Ut intra uterum fetum concidas, & caput confringas. Plebeiam etiam feminæ concuſſionem docet, capite demiſſo, quo fetus ex pelvi in uterum relabatur. Audax uterum prolapſum, in juvencula quidem, excoriat.

Codex exſtat in Bibliotheca Vindobonenſi (x).

In aliis libris minus certo HIPPOCRATICIS, quorum major pars ad clinica præcepta & morborum hiſtoriam pertinet, multa tamen admiſcentur chirurgica. Sic in *prædictionibus Coacis* in l. II. agitur de aurium doloribus, de calculi ſignis, de

(u) Legerem περι ιητρειη, ſ. *de officina chirurgi*, niſi jam ejusmodi l. exſtaret.
(x) LAMBEC. VI.

de veſica inflammata. Præſagia vulnerum capitis. Moriuntur empyi, quibus thoracis penetrabile vulnus extus ſanatum eſt.

In l. III. iterum aliqua de calculo. Fiſtulæ circa articulos periculoſiſſimæ. De vulnerum eventibus. Iterum, dum de capitis agit vulneribus, queritur de difficili adgnitione eorum, quæ circa ſuturas ſunt, deque rimarum maligna natura. Inteſtini vulnus funeſtum. Vulnera tendinum claudicationem facere.

*Epidemicorum* genuini libri vix ad chirurgiam faciunt; ii vero, quos veteres pro pugillaribus habent magni viri, aut pro filiorum generive operibus, plurima habent ejus argumenti.

In *Epid.* II. de bubonum præſagiis & vulnerum. De capitis vulnere.

In *Ep.* IV. Exempla funeſtorum capitis vulnerum.

In *Epid.* V. plurima ſunt chirurgica. Calculus ex utero emiſſus. Vulnus illud celebre diaphragmatis, ex quo manavit receptus error, ab ejus muſculi læſione riſum fieri Sardonium. Ibi etiam illa HIPPOCRATIS de errore ſuo ex fiſſura nato, quam pro ſutura habuit & neglexit, confeſſio, CELSO olim laudata. Gibbus ex phrenitide natus, quam vocem TRILLERUS emendat, ut ſit νεφριτις. Gangræna ſpontanea. Cancer in gena funeſtus. Mors ex vulnere punctorio. Cuſpis ſagittæ multis annis in vulnere manſerat; quoad ſponte prodiit. Multa exempla vulnerum capitis, pleraque funeſta. A plauſtro oppreſſus ægrotus: hic iterum fatetur auctor ſibi impoſitum eſſe. Vulnus per abdomen penetrans funeſtum: recte ſuſpicatus eſt, ſanguinem eſſe effuſum. Vulnera ventriculi, hepatis; hoc lethale. Vulnus, ut videtur, nervi, aut ipſius ſpinalis medullæ, unde funeſtus ſpaſmus cynicus. In lucta proſtratus male a medicis habitus pro peripneumonico. Ab amica ludente accepta alapa funeſta. Tetanus ex acri medicamento in vulnus dato.

Hunc l. GALENUS HIPPOCRATI II, vel DRACONI tribuit; mihi videtur omnino magno HIPPOCRATE non indignus, ſed obſtat venarum ab arteriis diſtinctio.

In l. περι διαιτης οξεων adverſus trichiaſin, crudelem illam veterum transſutionem palpebræ ſuadet.

In *Epid.* VI. hydropicos jubet quantocyus ſecare: ſigna calculi renalis; hic adultis frequentior, pueris veſicæ lapillus. Ad abſceſſus. Obſtructio meatuum ab oculi majori angulo ad palatum tendentium.

In *Epid.* L. VII. multa ſunt eadem, quæ in Quinto. De fractis oſſibus. Gangræna ex pede funeſta. Cancer in mamma funeſtus, in faucibus uſtione curatus. Funeſta caries cranii ab inſolatione.

In L. *de Morbis* II. & I. de uvulæ malis & ejus particula præſecanda, quod conſilium redit in l. περι παθων.

In l. II. & III. de empyemate aperiendo, de cruſtis inurendis.

In l. II. de carie interna bene. Vulnus arteriæ aſperæ & ejus curatio, de anevryſmate, morbis tonſillarum, ranula.

In L. IV. Denuo de calculo ex lacte nato, ejuſque ſignis.

In l. περι παθων Vulneratorum cura. Fame jubet adfligere. Uvulæ morbi.

In l. περι των εντος παθων paracenteſin deſcribit in pectoris hydrope adminiſtratam, perterebratis coſtis.

In libris *muliebrium* multa ſunt hujus loci. In I. de partu difficili, mola. Multum hic auctor peſſis utitur.

In l. II. de utero prolapſo variis modis: inter conſilia eſt cucurbitula coxæ adfixa. Mammarum & uteri cancer, & clauſus uterus.

In l. περι επικυησιος uterum elapſum in juvencula inciſa pellicula jubet inflammare. Caſus aliqui partus difficilis, & fetus intra uterum exſtincti. Periculum ex hæmorrhagia ante partum ſuperveniente non ignoravit; de uteri ulcere, prolapſu.

In L. περι ευσχημοσυνης monet debere machinas & ferramenta, & inſtrumenta, & medicamenta ad vulnera præſto eſſe.

Edidit G. A. MATTHIÆ Gott. 1740. 4. Reperitur in editione MACKII T. I. Gallice vertit DACIER cum aliis.

In *jureſjurando* HIPPOCRATICO locus eſt, in quo AUCTOR diſcipulos monet, ne calculum ſecent, jubetque eam adminiſtrationem viris operatoribus relinquere. Funeſtos eventus adgreſſionis in tanta anatomes infantia nondum perfectæ putes terruiſſe bonum virum, quiſcunque hujus libelli auctor fuit, ut nollet ſuos in ea diſcrimina incidere. ALEXANDER rex, adhuc puer, calculo ſecto periit. Id infortunium LIVIUS corruptis tribuit medicis, ſed poteſt meræ imperitiæ eſſe effectus.

Inter codices *B. R. Paris.* eſt n. 2247, in quo fragmenta ſunt HIPPOCRATIS de officina medici, de fracturis, de articulis (capite hic 32), de capitis vulneribus, mochlicis.

Arabes libellum habent de *venæ ſectione* & *ventoſis*, quem HIPPOCRATI tribuunt (*).

Quis eſt liber de inuſtionibus & fonticulis HIPPOCRATI inſcriptus Lion. 1681. 12.

Et l. *chirurgiæ* HIPPOCRATIS in B. R. P. n. 305.

§. VI.

(*) HERBELOT p. 975.
Et in Coll. ASHMOLIANA n. 7803, *Phlebotomia* HIPPOCRATIS.

## VI. Subpares Hippocrati.

Amicus magni viri Democritus, in l. *emproſthotonicis* dixit de hydrophobia, in qua nervi patiantur. Fel hyænæ ad oculos Marc.

Gener ejus Polybus arte ſua celebritatem nactus eſt, paſſim etiam ei libri tribuuntur, qui ſunt inter Hippocraticos (*a*). De hydrophobis dixiſſe & vocaſſe φευγυδρυς Cælius (*b*) auctor eſt, quod ſcriptum oportet periiſſe.

Ejus *ſphragis* apud Celsum reperitur (*c*).

Alii Thessalo filio l. κατα ιητρειον tribuerunt.

De Ctesia diximus, & ipſo Asclepiade (*d*), medico Cyri minoris, qui vulnus Artaxerxis curavit, in pugna ad Cunaxam acceptum, & Hippocratem notavit, quod incurabilem femoris luxationem ſanare adgrederetur.

Euryphon coævus Hippocratis phthiſicis eſcharas pariter inurebat (*e*).

Philistion Locrius Hippocrateus a Plutarcho dictus, qui organum ad reponenda luxata dicitur inveniſſe (*f*).

Philini Coi de ambe locum habet Erotianus (*g*).

In Aristotelis *anim. hiſt.* L. VIII. locus eſt, inter antiquiſſimos, de cane rabido morſu morbum propagante. In *Probl.* V. 31. de temporum uſtione & oculorum morbis. Paſſim etiam de vulneribus & ulceribus aliqua exſtant.

Critobulus ſagittam ab Astere emiſſam, quæ in palpebra hærebat Philippi Macedoniæ regis, feliciter excidit (*h*), ut amiſſo quidem oculi uſu vulnus abſque fœditate ſanaretur.

Apollonius dicitur Hippocratis fuiſſe diſcipulus. Is fuerit antiquus ille, cujus de ambe locum Erotianus habet.

Critodemus, ex gente Aſclepiadarum, Alexandri M. curam geſſit, cum in Malliorum oppido graviter fuiſſet vulneratus (*i*).

Alexandro Regi medicamentum oculare adſcribebatur, paſſim citatum (*k*), etiam ab Aetio. Satis vero ſolebant Græculi ſuis medicamentis illuſtrium virorum nomina præfigere.

Diocles

(a) Galen. *Comm.* in eum libr. I. c. 5.
(b) *Acut.* III. c. 15.
(c) V. 26. VI. 18.
(d) Galen. in *comm.* IV. ad libr. *de articulis.*
(e) Galen. VII. *aphor.* 44.
(f) Orib. *de machinam.* c. 4.
(g) p. 18.
(h) Plin. VII. 37.
(i) Arrian. *exped.* VI.
(k) Aetius. VII. 39. 87.

Diocles Caryſtius utramque partem artis curandi conjunxit. Libro ſuo titulum fecit, de iis egit, quæ fiunt in ιατρειω (*l*); ſcapham invenit (*m*); tholum vinculi capitis genus (*n*). Femur ita reſtituit, ut repoſitum maneret (*o*). Nomen ejus manſit cum ferramento, quo infixum latius telum emoliebatur, a Celso deſcriptum (*p*).

Panchreſtos ad oculi inflammationem (*q*).

An Ejus fuerit medicamentum ad dentium dolorem (*r*)?

In L. I. ad Plistarchum de ſerpentum morſu egit (*ſ*).

Praxagoras, & ipſe de Æsculapii nepotibus, chirurgiam etiam adtigit, qui in volvulo juſſerit abdomen incidere, eximere inteſtinum, expedire, reſtituere, ſutura abdomen confirmare (*t*) in l. III. *curationum.*

Philotimus librum reliquit (*u*), cui titulum fecit, certe in nonnullis exemplaribus, *de iis, quæ fiunt in medici officina.* Femur reponi poſſe, ut in acetabulo maneat (*x*).

Andronis perantiqui paſtilli centies ab auctoribus citantur, ſiccatorii, ad ulcera maxime frequentati, & ad nervorum vulnera (*y*). Antiquior fuit Erasistrato (*z*). Ejusd. electarium adſtringens ad cancrum & carbunculum (*a*).

Sic Polyidæ (*b*) paſtillus, qui inter inventores medicinæ etiam numeratur.

Pasionis paſtillus fere conjunctus legitur, ad narium polypum (*c*), & nervorum vulnera (*d*), acrior, quam Polyidæ.

Chrysippus præceptor fuit Herophili. Ejus eſt cataplaſma ad renum morbos. (*e*).

Obiter

(l) Galen. in Hipp. περι ιητρειυ duobus locis.
Erotianus in *ambe.*
(m) Ibid.
(n) Id. *faſc.* pag. 422.
(o) Cels. VIII. c. 20.
(p) L. VII. c. 5.
(q) Oribas. ad Eustath. L. III.
(r) Galen. *compoſ. ſec. loc.* l. 1. certe *medicum* vocat.
(ſ) Dioscor. VI.
(t) Cælius Aurel. *acut.* III. c. 17.
(u) Galen. l. ad Dioclen citato.
(x) Cels. VIII. c. 20.
(y) Cels. L. V. c. 20. Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. III. V. Oribas. *ſynops.* ad Eustath. L. III. Actuarius *meth. med.* L. VI. c. 6. Formula exſtat in Celso l. c.
(z) Ex Galeni loco *compoſ. ſec. loc.*
(a) Scribonius Largus. c. 13.
(b) Paſtillus aliis congeneribus comparatur. Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. III. Cels. l. c. Actuar.
(*) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(c) Actuar. *meth. med.* VI. Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. II. V. Oribas. *ſyn.* III.
(d) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. III.
(e) Rufus p. 4.

Obiter indico ARISTOTELIS tr. de chirurgia non dubie pſeudonymum, qui exſtat in libris B. R. P. I. n. 349.

Paſſim etiam loca ſunt apud ARISTOTELEM, quæ huc referas. De vena ſub lingua ſecanda (*f*). De aqua intercute animalium ſcalpello educenda (*g*).

Perantiquum oportet eſſe HERODOTUM, cujus medicamentum HICESIUS exſcripſerit, aliud HERAS (*h*). An IDEM, cujus ex ſermone de remediis evacuantibus aliqua GALENUS excerpſit, de cucurbitulis, & cujus eumdem l. de medicamentis evacuantibus, atque aliqua inde loca habet ORIBASIUS (*i*); alibi vero de exterioribus (*k*).

Ejus varia conſilia exſtant de ſiccatione per arenam in hydrope utili (*l*), de cauteriis & cauſticis medicamentis. Ejus erat *lite ex ſalice* (*o*). An idem HERODOTUS Lycius, cujus *dictionarium vocum* HIPPOCRATIS Gr. Lat. Venetiis 1588. fol. cum MERCURIALIS HIPPOCRATE prodiit.

## §. VII. ERASISTRATUS.

Vir ſplendidus, quem alias laudabimus, in aula regum Syriæ vixit, SELEUCI NICANORIS, & ANTIOCHI DEI temporibus. Paſſim chirurgiam adtigit. Ejus exſtant medicamenta ocularia liquida (*a*) ut *panchreſtos* (*b*), & ad purulenta aurium (*c*).

Sed etiam ad ea præcepta dedit, quæ manu aguntur. Ita vinculis capiti, brachiis, femoribus injectis conabatur ſanguinem coercere (*d*).

In jecoroſis cutem & membranam hepatis denudabat, admovebat medicamenta, quæ jecoris velamentum amplexarentur (*e*). Καθητῆρα dixit (*f*). Paracenteſin in hydrope rejecit, quod, procul dubio, (omnino ut HIPPOCRATES) nimis frequenter infeliciter vidiſſet ceſſiſſe (*g*). Ulcera in abdomine, prope inguen



(f) *Anim.* VIII. c. 21.
(g) *Gener. anim.* L. V. ad fin.
(h) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. *ſec. loc.* L. V.
(i) *De cucurbitulis* VII. 17.
(k) L. VIII. de interceptione venarum ante acceſſionem febris, de ingreſſu in oleum c. 37.
(l) ORIBAS. coll. X. c. 8. 11.
(o) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. V.
(a) AETIUS VII. c. 20.
(b) ORIBAS. *ſyn.* III.
(c) CELS. VI. 7.
(d) CÆL. *tard.* II. c. 19. III. c. 13. GAL. paſſim.
(e) CÆLIUS ibid. III. c. 4.
(f) GALEN. *introduct.*
(g) CÆL. ib. III. c. 8. CELS. III. c. 21. Rationem addit, quod vitium fere in hepate ſit indurato, ei vero paracenteſis non medeatur.

UNIVERSITARIA DE GRANADA

guen inciſo abdomine aperiri debere, & facile ſanari (*h*). De ambe locus eſt apud EROTIANUM. A nimia diſtentione in luxato humero convulſionem ſequi & paralyſin (*i*).

De ſerpentum morſu locum ex eo viro DIOSCORIDES habet (*k*). In l. etiam *de virtutibus* ERASISTRATUS remedia ad viperarum ictum indicavit (*l*): dixit etiam de devorato baſiliſco (*m*).

Male ulcera curaſſe GALENUS, huic viro non æquus (*n*).

## §. VIII. HEROPHILUS.

Chalcedonius, coævus ERASISTRATO, magis chirurgiæ partem coluit, quæ manu operatur, etſi utique clinicen non neglexit. Nam & obſtetrices docuit, cum AGNODICE ſe in ejus dederit diſciplinam (*a*). A DIODORO dialectico vocatus (*b*), ſophiſtam deriſit, qui corpora moveri negabat, abuſus ſubtilitate ſua. Mortuos aliquos memoravit ex dentium evulſione (*c*). In hæmorrhagia artus vinculis adſtringebat (*d*). EJUS medicamenta ad poſteros deſcenderunt, ut emplaſtrum viride (*e*).

## §. IX. SECESSIO CHIRURGIÆ A MEDICINA.

HIPPOCRATICO ævo medici chirurgiam fere exercebant: ιητρειον nomen erat officinæ, in qua manu medicabatur, ut HIPPOCRATIS exemplo. In ea, ut apud orientales adhucdum populos otioſi, cives conveniebant, deque re publica diſceptabant (*a*).

His ipſis ERASISTRATI & HEROPHILI temporibus medicam artem in tres artes seceſſiſſe CELSUS reliquit; Clinicen, Chirurgiam & Pharmaceuticen. Aliquanto vero antiquiora ſunt veſtigia hujus ſeparationis. Pharmacopolas jam THEOPHRASTUS recenſet, quos non vocat medicos, ARISTOPHILUM &

(m) CÆL. *Chron.* V. c. 10.
(n) Apud GALEN. περι ιητρειυ.
(h) L. VI.
(i) Ib.
(k) Ib.
(l) *Meth. medend.* L. III.
(a) PLUTARCH. de *polypragmoſyn*: Si omnino idem eſt HEROPHILUS: verum, cum non alius HEROPHILUS obſtetricia arte celebris notus ſit, putes fabulæ auctorem certe de noſtro HEROPHILO cogitaſſe, cum de viro ejus artis gnaro dicendum eſſet.
(b) SEXTUS *pyrrhon* II. & III.
(c) CÆLIUS *tard.* II. c. 4.
(d) Apud CÆLIUM in l. *curationum.*
(e) ACTUAR. *meth. med.* L. VI. c. 6.
(a) AELIAN. *var.* L. III. c. 7.

& Thrasyam. Sed etiam apud Aristotelem locus eſt (*b*), equidem aliquanto obſcurior, in quo tres medicorum facit ordines, ἀρχιτέκτονας, δημιουργὺς, denique in arte exercitatos, quo in loco Clericus (*c*), & nuper N. Andry (*d*) per δημιουργὺς eos intelligunt, qui manu operabantur.

Ante Aristotelem Plato (*e*) liberum medici miniſtrum ita deſcripſit, ut pariter tres ordines inde fiant medicorum: domini vel magiſtri: miniſtri liberi, clinici; & miniſtri ſervi, quos addit omnes medicorum nomine fuiſſe vocatos.

Miniſtrorum jam Hippocrates mentionem fecerat.

Hæc diviſio partim integrum effectum ſortita eſt, partim imperfecta fuit. Nam utique poſt ea tempora Pharmacopolæ fuerunt, quos in Botanicis diximus. Fuerunt etiam chirurgi (*f*), qualem putes Archagathum fuiſſe (*g*), qualis & ex Celsi loco Philoxenus fuit, Ammonius & alii, quos recenſebimus. Ciceronis ævo utique alii erant, qui morbis, alii qui vulneribus mederentur, alii, qui oculis (*h*). Sic Martialis ævo

Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Diaulus,
Cepit quo poterat clinicus eſſe modo (*i*).

Galeni ſeculo Romæ chirurgi ſoli adminiſtrationes eas ſuſcipiebant, quæ manu perficiuntur, & ipſe Galenus, cum Romam veniſſet, gentis morem ſecutus, deſiit manu mederi (*k*).

Eadem conſuetudo ad Arabes deſcendit, ut Avenzoar dedecori duceret vero medico, ſi manu curaret.

Ipſi demum chirurgi in varia officia diſceſſerunt, ut in magnis urbibus fit. Nam & Vulnerarii fuerunt medici & caſtrenſes (*l*), atque legionarii (*m*), & ocularii, & alii.

Chirurgi, vel ex nominis vi (*n*), medicorum nomen geſſerunt. Pharmacopolas Medicum imitari, ut ſophiſta philoſophum, Maximus Tyrius auctor eſt, ut nunc fere in Anglia fit. Nomine tamen abſtinuerunt (*p*),

 Chirurgiam

(b) *Politic.* L. III.
(c) P. 335.
(d) *Dial.* d'Ariste & d'Eudoxe.
(e) *Leg.* IV.
(f) Etiam in Latinis marmoribus.
(g) Plin. L. VII c. 1.
(h) *De natur.* L. III.
(i) Ut in clinicos poſtea abirent Vink *amœn.* p. 490, 491.
(k) *Meth. med.* L. VI. *fin.*
(l) Suidas in voce ἐπιμεληταί.
(m) Vink. *Amœnit.* p. 456. 457. fuſe.
(n) Ιατρὸς ab ἰῶ telo, ejusque extractione. Sextus *adv. Mathem.* I. c. 2.
(p) Varro medicos vocat, quorum formidabilia inſtrumenta deſcribit.

Chirurgiam utique adfectarunt. Male caput devinxiſſe pharmacopolam, ut oculi prolaberentur MANTIAS (*q*).

Non perfectam vero fuiſſe diviſionem facile oſtendas.

Medici fere omnes, qui poſt ERASISTRATUM, poſtque HEROPHILUM vixerunt, chirurgiam perinde exercuerunt, aut certe de ea ſcripſerunt. Paucos ex iſtis nominabimus ex multis, ASCLEPIADEM (*r*), ARETÆUM (*ſ*).

CELSUS adeo non putabat, ad chirurgos ſolos (*t*) chirurgiam ſpectare, ut etiam in vulneribus, ulceribus & tumoribus curandis, ea ſola medelæ parte iis cederet, quæ eſt in inciſione. Laudat idem eum virum, qui quam maximam partem artis medendi teneat.

GALENUS ſua manu, dum in Aſia fuit, operatus eſt.

CÆLIUS AURELIANUS *chirurgica* ſcripſit, quæ interierunt. Sic ORIBASIUS, AETIUS. PAULUM manu curaſſe notum eſt. Adparet inde, neque poſt ANTONINUM chirurgiam a medicis eſſe derelictam (*u*). Denique P. DECIMIUS ille P. L. EROS in lapide GRUTERIANO ſe & chirurgum ocularium, & clinicum vocat.

In Japonia tres ſunt medicorum ordines, Medici, *Phendo*, qui internis adfectibus medentur, Chirurgi, *Chenkieu*, qui acu puncturam & inuſtionem exercent, & denique *Baksieu*, qui in ſola acu punctura occupantur (*x*).

## §. X. HEROPHILI ET ERASISTRATI ADSECLÆ.

Inter HEROPHILEOS frequens eſt mentio MANTIÆ, qui librum ſcripſit *de officina medici* (*a*), & cujus paſſim chirurgica medicamenta citantur ex l. *de re medica* (*b*). De vinculis ſcripſiſſe videtur ex GALENI loco (*c*). Alii ad nuperiorem aliquem MANTIAM medicamenta referunt.

Sic & ANDREAS CARYSTIUS hic dicendus eſt, cujus de generatione locus eſt apud CASSIUM, qui idem machinamentum ad reponendum femur invenit (*d*), & cujus pariter medicamenta paſſim citantur, ut ad oculos compoſitio (*e*), malagma (*f*), emplaſtrum ad ulcera calloſa (*g*), ejus fuſca Ægyptia (*h*). IDEM oſſium tophum

(q) GALEN. *faſc.* princ.
(r) Notante MIDDLETONO in *defenſ.* p. 15.
(ſ) Vid. ſuo loco.
(t) L. VII. c. 1.
(u) Ut LAMPE *privileg.* p. 16.
(x) Ten RHYNE p. 158.
(a) GALEN. duobus locis in *comm.* ad HIPP. L. κατα ιητρειον.
(b) *Compoſ. ſec. gen.* IV.
(c) *Faſc.* in princ.
(d) CELS. VIII. c. 20.
(e) CELS. VI. 6. n. 16.
(f) CELS. V. c. 17. GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(g) GAL. *compoſ. ſec. gen.* IV.
(h) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VI.

tophum tubum medullarem replere (*i*). Ejus Plinthium, & organum (*k*). Scripſit περι δ[λ]ακε[τ]ων ſc. *de Serpentum & aliarum beſtiarum morſibus* (*l*).

Hicesius de vi vulneraria anonymi herbæ (*m*). Ejus medicamentum (*n*), ſæpe citatur, ſi tamen ab ipſo nomen habet. Nuperior enim, & diverſus ab Herophileo, Hicesius fuiſſe videtur.

Charidemus, Erasistrati ſectator, negavit hydrophobiam (*o*) novum malum eſſe: ætatem vero viri ignoro.

Zenonis Herophilei locum de ambe Erotianus habet.

Demetrium Bithynum hic recenſeo, qui ab Heraclide (*p*) citetur, & cujus medicamenta chirurgica paſſim reperiantur. Citatur de impreſſione a Sorano (*q*). Chryſocollam calente cera recipiebat, ea ad ulcera utebatur (*r*), Emendavit medicamentum ad ulcera Chironia (*ſ*). Urebat iſchiadicos inter pollicem & indicem (*t*). An ejusdem *paſtillus* Bithynus, ſæpe citatus (*u*).

Demetrius Attaleus vel Apameus, Herophili ſectator, frequenter a Cælio citatur, etiam ad hydrophobiam, quem morbum tardum eſſe docuerit & melancholicum (*x*).

Glaucias (*y*), cujus ſcapha ſ. tholus eſt vinculi genus, idem fuerit, qui de vocibus egit Hippocratis, & cujus fere ſententiam Erotianus ſequitur.

Forte idem Empiricus fuerit Glaucias, Heraclide ſuperior. Cum Glaucii nomine vinculum dicitur (*z*), & aliud (*a*), & denique ſpica (*b*).

Xenophon inter eos cenſetur, qui vincula ad cohibendam ſanguinis jacturam adhibuerunt (*c*).

C 3 Apollo-

(i) Cassius quæſt. §. I.
(k) Oribas. *machinam.* c. 4.
(l) Athenæus δειπνοσοφ. L. VIII.
(m) Plin. VII. 14.
(n) Gal. *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(o) Cæl. Aurel. III. c. 15.
(p) Ap. Gal. *compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(q) De *fract. cran.* n. 9.
(r) *Comp. gener.* L. IV.
(ſ) Gal. *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(t) Cæl. *tard.* V. 1.
(u) Actuar. *meth. med.* L. VI. bis.
(x) *Acut.* L. III. c. 11.
(y) Galen. *faſc.* p. 422.
(z) Ib. p. 424.
(a) P. 429.
(b) C. 71.
(c) Apud Cælium *Chron.* L. II. c. 13. de hæmorrh.

APOLLONIUS Memphiticus ſcripſit περι αρθρων apud EROTIANUM. EJUSDEM eſt medicamentum ad ſugillata apud AETIUM (*d*).

ARTEMIDORI Sidenſis ERASISTRATEI locum de hydrophobia CÆLIUS habet (*e*). Negat novum morbum eſſe; ſedem ponebat in ſtomacho (*f*).

CLEOPHANTUS horum temporum fuit, vir celebris, qui diſcipulos reliquerit, & ex quo pleraque ſua ASCLEPIADES habuerit (*g*). Malagma ad podagram GALENUS citat (*h*).

APOLLOPHANES, an illuſtris ille ANTIOCHI M. medicus. Ejus eſt paſtillus ſtypticus (*i*), malagma (*k*), epithema (*l*). Antiquior certe HERACLIDE fuit, qui ejus malagmate uſus ſit (*m*).

## §. XI. CHIRURGI ROMANI.

Circa hæc tempora, quadraginta poſt ERASISTRATUM annis, ARCHAGATHUS LYSANIÆ f. ex Peloponneſo Romam venit, ut medicinam faceret. Eum populus Romanus cupide excepit, jus dedit quiritum, eique tabernam publice emit. Cum vero loco carminum, & mitis illius curationis medicamentariæ, quæ ſola Romæ nota erat, maſculam (*a*) curationem vellet adhibere, exoſi hominis crudelitatem Romani, carnificem dixerunt. Acta ſunt hæc circa annum U. C. 535. neque enim numeri exacte reſpondent. Lene ejus emplaſtrum CELSUS habet (*b*). Ante hæc tempora ne tonſores quidem Romæ fuerunt, quos anno U. C. 454. primum ex Sicilia adveniſſe VARRO auctor ſit (*c*).

Oderat potiſſimum ut omnes Græcos, ita medicos M. PORCIUS CATO Cenſorius, filioque de medicina interdixit, quem immatura morte amiſit. Neque tamen magni feceris viri judicium, qui ridiculo carmine fracta & luxata abſque ulla adminiſtratione ſanare ſuſceperit; quod etiam nunc inter ejus opera ruſtica ſupereſt.

§. XII.

(d) L. VII. c. 20.
(e) CÆL. *Acut.* III. c. 15.
(f) Ib. c. 14.
(g) In *febrium curatione* CELS. III. c. 14.
(h) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(i) Apud GALENUM. *compoſ. ſec. gen.* V.
(k) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII. ORIBAS. *ſynopſ.* ad EUST. L. III. TRALLIAN VIII. c. 2. ad jecorarios, tum PAULUS VII. c. 18.
(l) TRALLIAN. I. C. 16.
(m) CÆL. *tard.* L. II. c. 24.
(a) PLINIUS XXIX. c. 1. Ex CASSIO HEMINA.
(b) L. V. c. 19.
(c) L. II. *fin.*

## §. XII. Empirici.

Cum Herophili temporibus hos empiricos conjungo, exoſam Galeno ſectam, de cujus in arte medica principiis alias dicetur. Chirurgiam hactenus adtigerunt, ut certe multa medicamenta externa conſignata reperiantur, quæ ab hujus ſectæ viris inventa ſint.

Ipſe Serapion (*a*) melinum pugilibus utile ad vulnera excogitavit (*b*). Ad impetiginem (*c*). Ægyptium (*d*).

Heraclides Tarentinus, Mantiæ diſcipulus, vir in re medicamentaria inſignis, Galeni etiam laudes (*e*) meritus, multa medicamenta reliquit, ut ad menti mala (*f*). Emplaſtrum ad fracturas (*g*), ad ulcera Chironia (*h*). Ad carnes ex aurium ulceribus ſupercreſcentes (*i*).

Ad pilos palpebrarum agglutinatoria (*k*).

Cataplaſma pro lippientibus, cum opio (*l*). Ad emotos dentes (*m*). Diſſolvens tophos (*n*). Jceſium (*o*). Paſtillus (*p*). Medicamentum cum arſenico & Sandaracha (*q*). Ad hæmorrhoides (*r*).

Idem ſe vidiſſe teſtis eſt, qui perierint ex dentium evulſione (*ſ*).

Venam frontis in phrenitide ſecabat (*t*), & ſub lingua (*u*).

Machinamentum ad femur reſtituendum excogitavit (*x*). Sanguinis jacturas vinctis brachiis conatus eſt compeſcere (*y*). Palpebram albo oculi connatam ſcalpello reſecabat (*z*), quam ipſam adminiſtrationem negat Celsus unquam

(a) Empiricus Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(b) Galen. *med. ſec. gen.* II.
(c) Cels. V. c. 28.
(d) Apud Galen. *ſec. gen.* L. VI.
(e) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. &c.
(f) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. V.
(g) Paulus VII. c. 17.
(h) Gal. *Compoſ. ſec. gen.* L. IV. ex lithargyrio &c.
(i) Actuarius *meth. med.* VI. (recipiebat viride æris) *Galen. ſec. loc.* L. III. Aetius VI. c. 85.
(k) Galen. *ſec. loc.* L. IV.
(l) Ib.
(m) Ib.
(n) L. X.
(o) Gal. *Sec. gen.* L. V.
(p) Ib.
(q) Ib.
(r) Ib.
(ſ) Cælius *tard.* L. II. c. 4.
(t) Id. *acut.* I. fin.
(u) Id. *acut.* L. III. c. 4.
(x) Cels. VIII. c. 20.
(y) Galen. *compoſ. ſec. loc.* fin.
(z) Cels. VII. c. 7.

quam feliciter ceſſiſſe. In ileo inteſtina diſtenta ſub cute disjecto peritonæo aliquando apparuiſſe (*a*).

Scripſit *de curatione eorum, quæ extrinſecus ſunt*, cujus operis L. IV. Galenus citat (*b*), ubi teſtatur Heraclides femur repoſitum aliquando ſuo loco manere. Scripſit etiam Stratioten (*c*), & ad Antiochidem (*d*), & ad Astydamantem (*e*) op. cujus libros quatuor Galenus citat. In omnibus medicamenta externa tradit.

## §. XIII. Schola Ægyptia.

Hujus ſcholæ laudem potiſſimum ad Herophilum referas, qui Alexandriæ anatomen in corpore humano primus mortalium docuerit. Parum eſt, quod de chirurgis ſupereſt, qui ea in urbe celebrati ſunt. Primo loco Celsus Philoxenum enumerat (*a*), cujus plurima exſtant volumina, quæ vero tota interciderunt.

Alius autem fuit Claudius Philoxenus, ſæpe a Galeno citatus, cujus pluſcula medicamenta externa citantur (*b*).

Ammonius Alexandrinus (*c*) ab arte, in qua excelluit, λιθοτομος dictus, inſtrumenti inventor, quo intra veſicam calculus frangeretur, a Celso obſcure deſcripti. Medicamentum ejus ad cruſtam inurendam Aetius habet (*d*). In Græcia minus videtur in lithotomia profuiſſe. Epicurus a calculo vias urinæ obſtruente periit (*e*).

Eodem loco a Celso nominatur inter Ægyptios chirurgos, ut videtur, Gorgias. In herniam umbilicalem ſpiritum docuit irrumpere (*f*).

Sostratus, cujus & ipſius medicamenta ſuperſunt, in eamdem umbilici herniam carnem aliquando cancroſam ſubnaſci vidit (*g*). Ejus vinculum rectum ad alas Galenus habet (*h*), & κεραυνιον (*i*), & parvam aram (*k*), & templum (*l*). Ventris fiſtulas eſſe inſanabiles (*m*).

Huc

(a) Cælius *acut.* III. c. 17.
(b) *Comment.* in IV. de *articulis.*
(c) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(d) Ib.
(e) Ib.
(a) Cels. VII. init.
(b) *Sec. loc.* L. III. ad ozænas, polypos.
(c) Cels. VII. præf.
(d) XIV. c. 52.
(e) Apud Diog. Lærtium.
(f) Cels. VII. c. 14.
(g) Cels. ibid.
(h) *Faſc.* c. 81.
(i) C. 94.
(k) C. 96.
(l) C. 97.
(m) Cels. L. VII. c. 4.

Huc referas duos HERONES. Eorum alter in eadem umbilici hernia, & inteſtinum, & omentum, & humorem, & ſpiritum, & carnem vitioſam ſcripſit reperiri (n). Alterutrius eſt collyrium, cui nomen pſittacus (o); ophthalmica (p).

Et duo APOLLONII, quorum alterum putes eſſe, qui *Memphitis* dicitur, p. 22.

Huc & chirurgos recenſeo, qui TRYPHONE jubente calculum exſcindendum cauſantes ANTIOCHUM, Syriæ regem, occiderunt, cum nullum in eo ejusmodi vitium eſſet.

## §. XIV. AD USQUE MITHRIDATEM.

Plerique eorum, quos dicemus, viri, non ſatis certi ſunt ævi, ut antiqui tamen videantur, & certe MITHRIDATIS ævo ſuperiores.

NILEUS incerti ævi chirurgus fuit, per machinamenta celebris, qui & ipſe femur elapſum adgreſſus eſt reſtituere (a). Ejus Plinthium ad reſtituendos artus notum eſt (b). M. S. exſtat in B. R. Par. n. 2247.

NILI vel NILEI etiam medicamenta recenſentur.

Ejus malagma citatur a CELSO (c).

Ejus collyrium CELSUS valde laudat (d). Collyrium de roſis (e).

Ejus pharmacon (f); diarrhodon (g). NILI ſplenicum (h).

PASICRATES *Plinthium* NILEI Sidone vidit, architectus, ſed chirurgica adgreſſus. Habet enim de luxatione humeri ſententiam, quam ORIBASIUS refellit (i).

ARISTION filius luxatum humerum una & fractum, una jubebat reſtitui (k). De triſpaſto a patre diſſenſit, cui id organon non placebat. ORIBASIUS in patris ivit ſententiam (l).



(n) Ib.
(o) GALEN. *meth. med.* L. V. c. 5. *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(p) ID. *compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(a) CELSUS L. VIII. c. 20.
(b) ORIBAS. *mach.* c. 8.
(c) L. V. c. 18.
(d) L VI. c. 6. Habet GALENUS cum nomine NILI *compoſ. ſec. loc.* L. IV. AETIUS L. VII. c. 25
(e) GAL. ib. L. V. Collyrium NILEUM DEMOSTHENIS *de roſis* vocat ORIBASIUS ad EUSTATH. L. III.
(f) GAL. *compoſ ſec. loc.* L. II.
(g) AETIUS L. VII. c. 22. Ad oculi vulnera fiſtulaſque c. 27. 107. L. VIII. c. 2.
(h) PAULUS L. VII. c. 18.
(i) *Machin.* p. 498. ed. VIDI.
(k) ORIBAS. l. c.
(l) ID. *machin.*

Nymphodori gloſſocomium (*m*) mutatum ab Aristione Pasicratis filio (*n*), quæ eadem forte machina fuerit ad luxatum femur, Celso dicta (*o*).

Aetius vocat Nymphodotum, tum Galenus (*p*), ubi medicamentum ad ſtrumas citat.

Protarchi malagma Celsus citat (*q*), & ad ſcabiem (*r*). Machinamentum ad femur extendendum inveniſſe idem auctor eſt (*ſ*).

## §. XV. Alii.

Nicandrum obiter adtingo, quod de morſu ſerpentum ſcripſerit, qui ſunt inter vulnera, deque eorum ſymptomatibus & cura. Vid. in *B. Bot.* I. p. 54.

Attalus ultimus Attalidum, regum Pergami, in univerſum medicinæ ſtudioſus fuit. Ejus Attalium apud poſteros celebre fuit (*a*) ad aurium dolores utile, tum emplaſtrum ad vulnera (*b*), quod æris ſpumam recipiebat. Album ex ceruſſa Galenus habet (*c*).

Non ſeparabimus alium regem Nicomedem, Prusiæ filium, cujus medicamenta paſſim reperias, & digeſtivum emplaſtrum (*d*). Ad pus diſcutiendum Ejusdem (*e*).

Parthenius, Mithridati coævus, malagma deſcripſit, ſi idem Panthemus eſt, non aliunde notus, quem Celsus citat (*f*).

Mithridatis antidotus adverſus venena, ab ea alia, quam vulgo citant, reperitur apud Scribonium (*g*). Ejus aliqua externi uſus medicamenta citat Galenus (*h*).

Zopyri reperitur antidotus ad vulnera ſerpentum (*i*); ſepticum (*k*), adſtringens (*l*); ſiccans (*m*).

§. XVI.

(m) Ib. c. 4.
(n) Id. ib. c. 24.
(o) L. VIII. c. 20.
(p) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(q) L. V. c. 18.
(r) C. 28.
(ſ) L. VIII. c. 20.
(a) Galen. *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(b) Cels. L. V. c. 19.
(c) Gal. *compoſ. ſec. gen.* L. I.
(d) Id. *Compoſ. ſec. loc.* L. II. *ſec. gen.* L. VI.
(e) Id. *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(f) Cels. L. V. c. 18.
(g) C. 169.
(h) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
(i) Scribonius ibid.
(k) Oribas. L. XIV. c. 58.
(l) Id. c. 61.
(m) Id. c. 52.

## §. XVI. Asclepiades Prusiades vel Cius.

Bithynus, homo eloquens, & propriæ qui ſectæ auctor fuerit, librum dicavit Mithridati. Non penitus omiſit chirurgiam, etſi manu curaſſe vix probabile ſit, qui Plinio teſte, ex Rhetore ſubito Medicus evaſerit.

Liber ejus fuit *de ulceribus*, in quo de ſympathiis egit, a Cassio citatus (*a*), in quo explicat, cur offenſo uno membro alia multum diſtantia patiantur. Scripſit etiam *commentarium* in l. κατ ιητρειυ (*b*). Medicinam video interpretari, ſed medici eſſe officinam monet Galenus (*c*).

In l. παρασκευαστικων (*d*) agit de modo, quo ſanguinis jactura vinctura ſupprimitur, quem rejicit.

In l. *chronicorum* ſcripſit, duo ſe exempla vidiſſe (*e*) femoris elapſi ex interno morbo. Locum excuſum dedit Cocchius; exſtat etiam in codice Pariſino B. R. n. 2247.

Bronchotomes primus (*f*) putatur auctor eſſe, nempe propoſuiſſe adminiſtrationem, quam ipſe tamen nunquam tentaverit. Fauces in angina juſſit ſcarificari. De ulceribus. Venas varias aperiebat, etiam angularem (*g*). Locum de ſcarificatione hydropicorum huc refero, qui eſt apud Aetium, & quam ſupra talos (*h*) in parte interna tibiæ jubet fieri. Paracenteſin in hydrope probabat (*i*), fiſtula in vulnere relicta. Punctionem quatuor a talo digitis laudabat (*k*). Ejus fuerit conſilium, torpedine uti in inflammationibus (*l*). Hydrophobiæ ſedem ponebat in cerebri membranis (*m*). Medicamenta externa Asclepiadis multa occurrunt, ſed ea videntur poſterioris Asclepiadis, forte pharmacionis. Putes tamen eo facere, quod Celsus ad omnia aurium vitia dicit receptum eſſe (*n*), antiquius eo Asclepiade.

Quis Cejus, cujus *rhombus* exſtat apud Oribasium de laqueis in Nicetæ codice? an Cajus.



(a) Cassius n. 70. *Problem.*
(b) Erotian. in voce σκεπαρνος.
(c) Περι ιητρειυ. l.
(d) Cælius *tard.* L. II. c. 13.
(e) Ap. Oribasium in coll. Nicetæ p. 154.
(f) Cæl. *acut.* L. III. c. 4. L. I. c. 14.
(g) Cæl. *tard.* L. I. c. 4. conf. *tard.* L. III. c. 8.
(h) L. X. c. 30.
(i) Cæl. *tard.* L. III. c. 8.
(k) Ibid. Asclepiades de ea dixerat in L. I. de hydrope.
(l) Aetius L. III. 3. 35.
(m) Cæl. *acut.* L. III. c. 17.
(n) L. VI. c. 7.

## §. XVII. Post Asclepiadem.

Philonides Siculus. Ejus multa ſunt medicamenta externa. Malagma (*a*).

Philonidem eumdem, ut puto, habet Scribonius (*b*).

Metrodorus Aſclepiadeus negabat bitumen & reſinam calefacere (*c*).

Artorius Augusti Medicus & amicus, hydrophobiæ ſedem in ſtomacho poſuit (*d*). De Medico, qui hydrophobos in vas aqua plenum miſerat, monet eos frigore enecatos eſſe (*e*), & de medico, qui indignatus ſit, quod bibere non ſuſtineret(*f*).

Themison Laodiceus, celebris medicus, & auctor ſectæ methodicæ, Cæsaris ævo libros edidit (*g*). Ejus exſtat compoſitio ex caſtoreo & opio (*h*). Jecoroſis cauteriis aut ferro jubet mederi (*i*). Clericus (*k*) ab eo viro primum putat hirudines ad educendum ſanguinem eſſe adhibitas, cum nullum vetuſtioris ſcriptoris veſtigium ſuperſit, qui ea opera ſit uſus. A cane rabido infectus mortem evaſit (*l*). Paracenteſin abdominis improbavit (*m*). Vincula artubus in hæmorrhagia injicit (*m**).

Cassius Felix, & ipſe de ſecta Asclepiadis (*n*), *naturales & medicinales quæſtiones* Græce ſcriptas reliquit, quarum bona pars chirurgici eſt argumenti: de ulceribus rotundis, de vulneribus capitis longum demum poſt tempus lethalibus: de occipitis læſione magis periculoſa; de pterygiis ad mare frequentioribus: de carne ſubnata oſſium caveam replente: de paralyſi lateris ſiniſtri, quando in dextra parte meninx inciditur; de oſſium topho; cur peritonæum integra cute rumpatur. *Colicam* ejus, a ſervo Atimeto acceptam, qui Tiberii fuerit legatus, Scribonius habet (*o*), & antidotum adverſus toxica (*p*), ex quo de ætate judices; & ad ſuffuſionem (*q*).

Editiones diximus. Gr. Latine cura Conradi Gesneri. Tiguri. 1562. 8. *

Asclapo,

(a) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. Emollienti medicamento admiſtum eſt alumen.
(b) C. 23. Paccii Antiochi diſcipulum fuiſſe.
(c) Galen. *ſimpl. med. fac.* L. I. c. 33.
(d) Cæl. *acut.* L. III. c. 14.
(e) Cælius *acut.* L. III. c. 16.
(f) Cæl *acut* L. III. c. 11.
(g) Plin L. XXVI. c. 3.
(h) Cels. L. VI. c. 7.
(i) Cæl. *tard.* L. III. c. 4.
(k) P. 442.
(l) Dioscor L. VI. Cæl. L. III. c. 14.
(m) In L II. *tard.* Cæl. L. III. *tard.* c. 8.
(m*) Cæl. *tard.* L. III. c. 13.
(n) Paſſim adparet ex *problematibus.*
(o) *Compoſ.* 29.
(p) C. 45.
(q) Gal. *compoſ. ſec. loc.* L. IV.

Asclapo, laudatus Ciceroni medicus (*r*). Ejus locum de ambe habet Erotianus (*ſ*).

Apollonius Citiaeus, Cyprius, diſcipulus fuit Zopyri (*t*), qui Mithridati coævus fuit.

Ejus de *articulis* (*u*) capita 37, cum tabulis 28, ſunt in *Bibliotheca* Pariſina n. 2247. Alius codex eſt inter Mediceos in collectione Nicetæ, inque commentariis in Hippocratem de fracturis pariter cum iconibus continetur. Tres libri ſunt, articuli 54, ſolum ſpecimen Cocchius edidit. Eas ad dislocationes oſſium pertinentes figuras Spinius viderat (*x*).

Ejusd. fuerint de ſcarificatione, quæ uberiora Oribasius repetit. Non debere eodem anno, quo ſcarificatum eſt, venas incidi (*y*). Utiliſſimam eſſe feminis, quibus menſes deficiunt (*z*). Ad oculorum mala & alias id præſidium valde laudat (*a*). Ejus peſſum (*b*).

Cleopatræ Reginæ tribuitur libellus de *muliebribus*, cujus quoddam compendium a Wolfio editum eſt in *harmonia gynæciorum*, edita Baſil. 1566. 4. * & 1586. 4. *

In ipſo opere reperitur, peſſarium ad matricis furorem (*c*), ad vulvæ tumorem, quo ea femina, quæcunque fuerit ait ſe ſæpe uſam eſſe (*d*); ad molliendum uterum (*e*); vulnera (*f*); ulcera ſordida (*g*); duritatem (*h*); dolores (*i*); odoratum Cleopatræ (*k*).

Porro ſigna dat caloris a partu ſuborti (*l*); matricem dicit in inguen infuſam (*m*); & de tumore vulvæ & uteri (*n*); de inflammatione uteri & collectione,



(r) Ad Tiron. *Ep.* L. IX. ad Mem. *Ep.* L. XX.
(ſ) Asclapionem tamen vocat.
(t) Ipſe in præf.
(u) Librum citat Erotianus in Ambe.
(x) *Voyag.* L. I. p. 65.
(y) Coll. L. VII. c. 19.
(z) C. 20.
(a) Id. ad Eustath. L. I. c. 14.
(b) Aetius L. II. c. 3.
(c) L. II. c. 2.
(d) L. II. c. 9.
(e) L. II. c. 1
(f) C. 31.
(g) C. 32. cum arſenico.
(h) C. 34.
(i) Ib.
(k) Aetius L. VIII. c. 6.
(l) *Harmon.* L. I. c. 17.
(m) L. II. c. 6. ap. Priscianum.
(n) Ib. c. 9.

lectione, quæ videtur inflammatione gravior (*o*); de duritie (*p*), vulnere (*q*); cancro (*r*), fiſtula (*ſ*), ad mammarum vitia (*t*).

Antiqui certe fuerunt CLEOPATRÆ inſcripti *de ornatu* libri, paſſim a GALENO citati, ubi medicamenta ad alopeciam legas (*u*), & laudatas arundinum radices (*x*).

Neque tamen puto aut muliebria Reginæ Ægyptiæ opus eſſe, aut coſmetica; ejus enim feminæ fervidum ingenium non exprimunt. Curioſam, etiam in venenis experiendis, feminam fuiſſe, notum eſt.

Codex *gynæciorum* eſt in B. MEDICEA. n. 1382.

## §. XVIII. SCRIPTORES A CELSO CITATI.

Non poſſunt poſterioris eſſe ævi ſcriptores, quos nunc dico; prioris eſſe poſſunt.

DEMOSTHENES, cujus in ophthalmicis magna fama fuit. Codicem ſcripti de *ophthalmicis*, ſuum, citat SIMON JANUENSIS (*a*). Locum ex eo de chemoſi habet ORIBASIUS (*b*); & apud AETIUM exſtat de oculorum inflatione (*c*), de obfuſcatione; tum de glaucedine, ſuffuſione, de everſione palpebræ, de ſuppuratione conjunctivæ, de ectropio, de oculorum duritie, de palpebrarum abſceſſu; ad carbunculos; ubi MASSILIOTA dicitur (*d*). Ejus remedium *viride ad lichenes* GALENUS citat (*e*); habet & ad veteres oculorum adſectiones ORIBASIUS (*f*), ejusdemque Nileum (*g*), collyrium dicenteton (*h*), aromaticum (*i*), chiacum (*k*), ſpodiacum (*l*). Nileum ex roſis (*m*).

EJUS eſt ἀςραβη machinamenti genus (*n*), & cauterium ad columellas (*o*).

MOSCHUS,

(o) C 10. 11.
(p) C. 14.
(q) C. 31.
(r) C. 33.
(ſ) C. 39.
(t) C. 35.
(u) *Compoſ. med. ſec. loc.* L. I.
(x) Ib.
(a) Male vertitur Genuenſis.
(b) *Synopſ.* L. VIII. c. 40.
(c) L. VII. c. 12. &c.
(d) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(e) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(f) *Syn.* L. III.
(g) Ib.
(h) AETIUS L. VII. c. 111.
(i) C. 109.
(k) Ex APOLLONIO AETIUS L. VII. c. 109.
(l) C. 104.
(m) ORIBAS. ad EUST. L. III.
(n) ORIBAS. *machin.* c. 4.
(o) AETIUS L. XIV. c. 53.

MOSCHUS, cujus malagma (*p*).

MEDUS, cujus malagma digerens (*q*).

MICON, quem doctiſſimus COCCHIUS mallet dici NICONEM. EJUS malagma ad ſtrumas (*r*), aliud ad reſolvendum, aperiendum, purgandum (*ſ*), aliud ad alphos (*t*), papulas (*u*). MICON dicitur inter Veterinarios.

ARISTOGENES.

Ejus malagma ad oſſa & nervos (*x*).

EUTHYCLEI malagma ad articulos omnemque dolorem (*y*).

SESAGORÆ malagma ad dolores articulorum (*z*).

CTESIPHON. Ejus malagma ad dolores articulorum (*a*), parotides, phymata, ſtrumam, ad extrahendum emplaſtrum (*b*); diſcutiens emplaſtrum (*c*). Ej. Cerine dictum.

IRENÆUS ad vitiliginem (*d*).

ARISTON an forte ARISTION p. 25.

EJUS malagma ad podagras, phymata, dolores (*e*).

An idem forte ARISTUS, cujus emplaſtrum nigrum SCRIBONIUS habet (*f*), & aliud ejusdem nominis (*g*)?

THEOXENUS. EJUS Malagma ad pedum dolores (*h*).

NUMENIUS. EJUS Malagma ad podagram, alios articulorum dolores (*i*), peſſus ad inflammationem vulvæ (*k*).

DEXIUS. EJUS Malagma ad callum, qui in articulo increvit (*l*).

PHILOTAS

(p) CELS. L. V. c. 18. GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(q) CELS. L. V. c. 18.
(r) Ib.
(ſ) Ib.
(t) ID. L. V. c. 28.
(u) Ib.
(x) ID. L. V. c. 18.
(y) Ib.
(z) Ib.
(a) Ib.
(b) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(c) Ib.
(d) CELS. L. V. c. 28.
(e) Ib.
(f) C. 77.
(g) C. 79.
(h) CELS. L. V. c. 18.
(i) Ib.
(k) ID. L. V. c. 21.
(l) ID. L. V. c. 18.

Philotas M. Antonii Medicus (*m*).

Emplaſtrum ad caput (*n*). Ejusd. aphroditarium ad oculos (*o*); ad lichenes (*p*). Medicamentum ad ulcera maligna (*q*).

Judæus, neſcio quis. Ejus

Emplaſtrum ad fractum caput (*r*).

Emplaſtrum ex calce, nitro, urina (*ſ*).

Philocrates. Emplaſtrum ad extrahendum & pus movendum (*t*).

Hecatæus. Emplaſtrum ad extrahendum (*u*).

Dionysius (*x*). Incertum eſt, quis fuerit. Antiquus fuit Dionysius, Heraclidis condiſcipulus (*y*). Fuit & Samius (*z*), & Mileſius, Dionysius, cujus medicamentum ad vulnera exſtat (*a*). Fuit demum chirurgus, cujus duas compoſitiones Scribonius habet (*b*). Hujus forte fuerint & alia chirurgica medicamenta paſſim citata, collyrium (*c*), medicamentum diſcutiens (*d*), emplaſtrum e buccinis (*e*), Idem fuerit qui ſandaracham jubebat hæmorrhoidi adſpergi (*f*); Ærianum ei inſcriptum (*g*). Priorem illum putes eſſe, de quo Cælius, probaſſe vincula injecta ad comprimendum ſanguinem (*h*). Oxyporum Dionys. Marc.

Diogenes. Ejus eſt Emplaſtrum nigrum (*i*). Pharmacum ad ozænam & polypos (*k*).

Boetus.

(m) Apud Plutarchum.
(n) Cels. L. V. c. 19. Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. & L. II.
(o) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(p) Id. *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(q) Id. *Compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(r) Cels. L V. c. 19.
(ſ) Id. ib. C. 22.
(t) Cels. L. V. c. 19. Laudat L. V. c. 26.
(u) Id. L. V. c. 19. Laudat L. V. c. 26.
(x) Cels. L. VI. c. 6.
(y) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. V.
(z) Id. *compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(a) Id *compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(b) Ex lithargyrio unam, alteram ad morſum rabidi canis.
(c) Cels. L. VI. c 6.
(d) Galen. *compoſ ſec. gen.* L. VI.
(e) Aetius L. VI c. 90.
(f) Cels. L. VI c. 19.
(g) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(h) *Tard.* L II. c. 13.
(i) Cels. L. V. c. 19.
(k) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. III.

BOETHUS.

EJUS peſſus (*l*). Malagma ad podagram (*m*).

JOLLAS Bithynus, qui de medicamentis ſcripſit, DIOSCORIDI dictus (*n*). EJUS medicamentum exedens ex ſandaracha & auripigmento (*o*).

TRYPHON pater, chirurgus Gortyniates (*p*), qui fuerit Tryphon ἀρχαῖος, qui non debuiſſet latine TRYPHON ARCHÆUS dici (*q*), nuper ante CELSUM Romæ eminuit (*r*).

EJUS compoſitio ad ephelides (*ſ*). Medicamentum ad ulcera maligna viride (*t*); paſtillus (*u*); med. ad ophthalmiam (*x*); adverſus morſus phalangii (*y*); ad ſplenem induratum (*z*). Euchrous (*a*). Plura SCRIBONIUS habet, emplaſtrum (*b*); aliud ad cicatricem (*c*), baſilicon (*d*), ſubviride (*e*). Filium non datur ſeparare.

PHILO celebris auctor *Philonii*. EJUS eſt collyrium (*f*), ſotira (*g*).

CLEON.

EJUS collyrium (*h*) ad ulcera oculorum ab igne (*i*); auriculare (*k*); gluten (*l*), cohibens fluxionem ex myrrha, terra ſamia aliisque compoſitum.

THEODOTUS.

EJUS ἀχάριστον collyrium apud veteres celebre (*m*). EJUS compoſitio, qua plurimum uſi medici Ægyptii (*n*).



(l) CELS. L. V. c. 21.
(m) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(n) In princ.
(o) CELS. L. V. c. 22.
(p) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(q) ID. *compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(r) CELS. L. VI. c. 6.
(ſ) ID. L. VII. c. 1.
(t) GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(u) Ib. L. V.
(x) *Sec. loc.*
(y) *Antidot.* L. II. c. 3.
(z) GAL. *compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(a) ID. *compoſ. ſec. loc.* L. V.
(b) C. 94.
(c) C. 93.
(d) C. 78.
(f) C. 69.
(g) CELS. L. VI. c. 6.
(h) AETIUS L. VIII. c. 28.
(i) CELS. L. VI. c. 6. Laudat ibid. AETIUS L. VII. c. 28.
(k) AETIUS L. VII. c. 18.
(l) GALEN. *ſec. loc.* L. III.
(m) ORIBAS. *ſyn.* L. III. ad EUST.
(n) CELS. L. VI. c. 6.
(o) Ib. GAL. *compoſ. ſec. loc.* L. IV.

HERMON.

EJUS collyrium (*p*).

An differt HERMIAS, cujus paſſim medicamenta ocularia exſtant (*q*). IDEM ſpumam aquæ poſt dropacem illitam conducere ſcripſit (*r*).

HIERAX. Thebanum.

EJ. collyrium (*ſ*); paſtillus ſtypticus ad ulcera ſerpentia (*t*).

PTOLEMÆI chirurgi medicamentum ex gallis (*u*). EJ. viride (*x*); aridum (*y*). Medicamentum ad ſcabras palpebras (*z*); ſternutatorium (*a*).

PTOLEMÆUS Eraſiſtrateus citatur ob infelicem paracenteſin, cujus cauſam in ſcirrho quærit, quem nulla perforatio tollat (*b*).

MENOPHILI validum medicamentum ad aurium ulcera (*c*).

CRATO.

EJUS medicamentum (*d*). Aliud ad purulenta naturalia (*e*).

MENEMACHUS.

Ad dentium mala (*f*). Auriculare medicamentum (*g*).

Locus ex MENEMACHO de hirudinibus (*h*). Et de pſilothris (*i*).

Non poteſt idem eſſe, quem Aphrodiſeum vocat, & methodicis adnumerat *Introductionis* AUCTOR. Is enim CELSO nuperior fuerit.

POLYARCHUS.

EJUS malagma ad fractas coſtas laudat CELSUS (*k*): & ex EJUS *Epiſtolis* medicamentum citat GALENUS (*l*).

EJ.

(p) CELS. L. VI. c. 6.
(q) GAL. *compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(r) ID. ib.
(ſ) CELS. L. VI. c. 6.
(t) GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(u) CELS. L. VI. c. 7.
(x) GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(y) Ib.
(z) GAL *compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(a) Ib. L. II.
(b) CÆL. *tard.* L. III. c. 8.
(c) CELS. L. VI. c. 7.
(d) ID. ib.
(e) Ib. c. 18.
(f) CELS L. VI. c. 10.
(g) GAL. *ſec. loc.* L. III.
(h) IDEM de *compoſ. ſec. loc.* &c. *& de cucurbit.* ORIBAS. *collect.* L. VII. c. 21.
(i) ORIB. *collect.* L. X. c. 13.
(k) L. VII. c. 9.
(l) *Sec. gen.* L. VII.

EJ. medicamentum, quo uſus eſt JULIUS AGRIPPA (*m*), in quo caſtoreum & piper.

EUELPIDES ocularius. Baſilicon ad palpebras ſcabras omnibus præfert CELSUS (*n*) EJ. pyxinum ad oculos (*o*). EJ. liquidum collyrium (*p*), & Phynon collyrium (*q*), & Sphærion (*r*), & μεμιγμένον (*ſ*), & τρυγώδες (*t*).

PHILETES.

EJUS collyrium ad oculorum puſtulas (*u*).

HALIEUS apud HERAM citari videtur (*x*). EJUS malagma, quo diſtortum corpus ſanatum eſt, datum VALERIO PAULINO(*y*); emplaſtrum gilvum(*z*), acopum(*a*).

ANTISTIUM legimus CÆSARIS vulnera inſpexiſſe, poſtquam in ſenatu fuerat occiſus (*b*).

SOCRATES chirurgus a CÆLIO citatur, qui in hydrope ſcarificaret (*c*), & ureret.

GLYCON, vulnera PANSÆ conſulis curavit & in ſuſpicionem venit veneni illiti, ſed ejus innocentiæ BRUTUS graviſſimus teſtis eſt (*d*).

## §. XIX. EUELPISTUS. MEGES.

EUELPISTUS PHLEGETIS fil. nuper Romæ chirurgiam profeſſus (*a*) erat, quando CELSUS ſcripſit. EJUS etiam SCRIBONIUS luteum emplaſtrum habet (*b*).

TERENTII EUELPISTI librum de *dynam. Herbarum* MARCELLUS citat (*c*).

MEGES, Sidonius, chirurgus (*d*), nuperior eſt, ut videtur, EUELPISTO, CELSIQUE laudes meruit (*e*). Ad calculum ſecandum proprium ferramentum invenit,

E 2

(m) GAL. *compoſ. ſec. loc.* L. VIII.
(n) CELS. L. VI. c. 6.
(o) ID. ib.
(p) Ib.
(q) Ib.
(r) Ib.
(ſ) Ib.
(t) Ib.
(u) Ib.
(x) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(y) Ib. L. VII. apud ANDROMACHUM.
(z) L. VII. ib.
(a) L. V. & III.
(b) *Tard.* III. 8.
(c) Apud SUETONIUM.
(d) Ad CICERONEM *Epiſt.* L. VI.
(a) CELS. l. c.
(b) C. 83.
(c) In præf.
(d) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. V.
(e) L. VII. *præf.*

venit, ut una carnem & calculum incideret (*f*). Ejus de vexatis locus exſtat, in quo loco vitium ſubeſſe putes, quis enim crederet ſub vitio aliquo nervum naſci (*g*). Genu in anteriora luxatum reſtituit (*h*). Fatetur palpebræ adhærentis ſeparationem nunquam ſibi ex voto ſucceſſiſſe (*i*). In herniam umbilici irrumpere aut inteſtinum, aut omentum, aut humorem (*k*). In cranii fractura laudat ſicciſſima medicamenta (*l*).

Ej. eſt pſilothrum ex ranis in aceto enecatis (*m*). Medicamentum quo uſus eſt Meges ad ozænam (*n*). Emplaſtrum (*o*), & ſubviride habet Scribonius (*p*).

## §. XX. Tempora Augusti.

Heras Cappadox, qui Romæ vixiſſe videtur (*a*), medicamentorum compoſitorum partem compilavit ex Attalo (*b*), Heraclide (*c*) aliisque, partem invenit (*d*), bonus ſcriptor & cui fidas (*e*); ita parcus laudator Galenus (*f*). Ναρθηκα ſ. *medicamentarium* ſcripſit.

Celsus ejus compoſitionem habet ad putrem carnem continendam (*g*). Galenus plurima medicamenta ad alopeciam (*h*). Paſtillus ad iſchiadem (*i*). Iceſium nigrum (*k*). Ad capitis dolorem (*l*). Auriculare (*m*): De Beſaſa (*n*). Ad morſum rabidorum canum ex ceruſſa (*o*). Catagmatica (*p*); διαβοτανον (*q*). Album

(f) Cels. L. VII. c. 26.
(g) Cels. L. VII. c. 1.
(h) Cels. L. VIII. c. 21.
(i) Cels. L. VII. c. 7.
(k) Cels. L. VII. c. 14.
(l) Gal. *meth. med.* L. VI. fin.
(m) Plin. L. XXXII. c. 24.
(n) Gal. *compoſ. ſec. loc.* L. III.
(o) Gal. ib. L. V.
(p) C. 70.
(a) Conf. *Bibl. botan.* p. 69.
(b) *Compoſ. ſec. loc.* L. I.
(c) *Compoſ. ſec. gen.*
(d) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(e) *Sec. loc.* L. VI. *ſec. gen.* L. V.
(f) *Compoſ. ſec. gen.* L. II. III.
(g) L. V. c. 22. Non ergo poteſt poſt Menecratem vixiſſe, ut le Clerc p. 579.
(h) *Compoſ. ſec. loc.* L. I.
(i) Oribas. *ſyn.* L. III. Medicamentum pro ischiadicis, quo uſus ſit, tum ad fracturas ex galbano Aetius habet L. III. IV. c. 5.
(k) Gal. *compoſ. ſec. gen.* L. III.
(l) *Compoſ. ſec. loc.* L. II.
(m) L. III.
(n) L. V.
(o) *Compoſ. ſec. gen.* L. I.
(p) L. II.
(q) L. VI.

Album (*r*), gleucinum (*ſ*). Acopa (*t*), πανυγρον (*u*). Helleſpontium (*x*) barbarum (*y*). Iſis (*z*). Emplaſtrum, quo uſus eſt MARCUS Cathegetes ad ſerpentum morſus (*a*), cruentis idoneum (*b*). Panacea (*c*). Malagma emolliens (*d*). Paſtillus ad ſugillata, carnem excreſcentem, fiſtulam, ex ærugine &c. (*e*) ad nares ex alumine (*f*).

ANTONIUS MUSA Medicus AUGUSTI, multorum medicamentorum auctor fuit. Paſtillus exſtat MUSÆ (*g*), ad pilos palpebrarum (*h*). Medicamentum cum atramento ſutorio (*i*). Auriculare ad ulcera (*k*), ad ſuffuſionem (*l*), ad ozænam (*m*), ad oris ulcera (*n*). Iſchiadicum ANTONII Archiatri (*o*). Iterum alia (*p*). Collyrium (*p**).

HYGINI, an AUGUSTI liberti, aliqua medicamenta ſuperſunt. Melinum (*q*), collyrium (*r*). Oculum infeſtos pilos HYGINUM delere MARTIALIS, alium ab iſto.

FLORUS etiam hujus ævi fuit, cujus collyrium ANTONIÆ, DRUSI matri, profecit (*ſ*), etiam ab AVICENNA repetitum (*t*).

L. APULEIUS CELSUS, Centuripinus, ruſticorum auctor, SCRIBONII præceptor. EJUS antidotum ad canis rabidi morſum SCRIBONIUS habet, ingenue tamen faſſus, neminem ab eo morbo convaluiſſe (*u*).

 CALLINI-

(r) *Compoſ. ſec. gen.* L. I.
(ſ) L. VII.
(t) Ib.
(u) Ib.
(x) Ib.
(y) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(z) Ib. & L. V. Tribuit HERMONI: ſcarificatori.
(a) De *antidot.* Habet etiam HERÆ emplaſtrum ACTUARIUS *meth. med.* L. VI. c. 8.
(b) *De compoſ. ſec. gen.* L. V.
(c) Ib.
(d) Ib. L. VII.
(e) ORIB. ad EUST. L. III.
(f) Ib.
(g) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. III. ORIBAS. *ſyn.* L. II. & III. Ex alumine & vitriolo L. IV.
(h) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(i) Ib. L. III.
(k) Ib.
(l) Ib. L. IV.
(m) Ib. L. III.
(n) *Meth. med.* L. V. c. 10.
(o) ORIBAS. *ſyn.* L. III.
(p) *Compoſ. ſec. loc.* L. X. &c.
(p*) MARCELL.
(q) Ib. L. I.
(r) Ib. L. IV.
(ſ) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. AETIUS L. VII. c. 107.
(t) P. m. 552.
(u) C. 13.

CALLINICUS. Ejus malagma ex collectaneis PACCII citat ANDROMACHUS (x).

PACCIUS etiam ANTIOCHUS hujus fuerit ævi, cum PHILONIDEM audiverit, & ab ejus morte medicamentum ad TIBERIUM C. pervenerit, hiera nempe SCRIBONIO dicta (*y*).

EJUS eſt emplaſtrum album (*z*) medicamentum ocularium (*a*), ocularia varia (*b*).

PANTHÆMI, ut nuperi auctoris, malagma citat, qui utebatur ipſe CELSUS (*c*). Conf. p. 26.

## §. XXI. A. CORNELIUS CELSUS.

Hujus viri nomen vulgo legitur AURELIUS CORNELIUS CELSUS, qualia quidem nomina poſterioribus ævis non rara fuerunt, vix autem AUGUSTEO, quo Romanorum nemo erat ſine prænomine, & nuper oſtendit doctiſſimus COCCHIUS, in antiquis exemplis nunquam AURELIUM legi (*a*). Romæ vixit, & multarum artium compendia ſcripſit, ad invidiam uſque polygraphus, notatus ideo a FABIO QUINTILIANO; Græcis multum uſum fuiſſe adparet (*b*), HIPPOCRATE in libro *de capitis vulneribus* quidem potiſſimum. Non tamen abſque arti fuit exercitio (*c*), qui ſuam ſententiam multis locis dicat, & de bono vel malo eventu cujuſque adminiſtrationis judicium ſuum interponat, in ancyloblephari exemplo (*d*), cujus quæ ferro fit, ſolutionem negat unquam recte ſucceſſiſſe: fuiſſe etiam, cui ſucciſa lingua, cum ſatis ſuper dentes emineret, tamen loquelæ uſus perierit (*e*). De calculi ſectione adeo perite ſcripſit, ut HILDANO viſum ſit, non potuiſſe tam bene, niſi ab eo ſcribi, qui in ea arte ſe exercuiſſet.

Verum omnino ornatius de CELSO dicendum videtur, cum primus veterum poſt HIPPOCRATEM de chirurgia ſcripſerit, cujus labores ad nos pervenerunt, & cum plurima in ejus libris reperiantur, de quibus nihil apud HIPPOCRATEM reperias.

In

(x) GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(y) C. 23.
(z) SCRIBON. c. 85.
(a) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(b) Ib.
(c) L. V. c. 18.

(a) Aut A. aut omnino nullum prænomen, ad NICETAM p. 120.
(b) Paſſim male vertiſſe invenio.
(c) NINNIN. MORG. *Ep.* IV. &c. Conſulendo magis artem exercuiſſe, quam inviſis ægris. IDEM ab initio.
(d) L. VII. c. 6.
(e) Ib. c. 12.

In libris IV. prioribus mala interna deſcribuntur: in præfatione tamen dicitur de utero inverſo prolapſo & ulcerato (*f*).

In L. II. arteriam venæ loco inciſam negat ſaneſcere (*g*).

In L. III. paracenteſin hydropicorum probat (*h*).

Cæterum integri ad chirurgiam pertinent libri V, VI & VII, cum majori parte octavi. In *quinto materies*, ut aiunt, *chirurgica* reperitur, & medicamenta ad externa mala pertinentia, tum ſimplicia, tum compoſita. Ceruſſam, qua veteres plurimum uſi ſunt, eryſipelati imponit (*i*). In aquæ metu jubet inopinato demerſum in aquam præcipitare. Pſyllorum nullum eſſe privilegium præter audaciam; & venenum ſerpentis non guſtu nocere, ſed in vulnere, neque in ſaliva canis virus eſſe. Noſſe ſe medicos, qui adverſus ſcorpii morſum nihil moliti ſint, præter venæ ſectionem. In linamentis ad abſceſſus ſubeundis (*k*), inque fiſtula parcos nos jubet eſſe. De meliceria, nempe humore articulari effuſo ex vulnere circa articulum (*l*).

In L. VI. vitia ſingularum partium cutanea dicit, & oculorum morbos. HIPPOCRATEM carpit, qui temporum rationem nullam habuerit (*m*). Multa collegit collyria ad oculorum mala. Aciem oculorum læſam per ſe ipſam ſanari, quem bonum eventum in hirundinibus herbæ tribuant. Morbi aurium. Mira curatio ad illapſa (*n*), tabula nempe malleo concuſſa, cui hominem adligaveris. Morbi narium. Ozænam negat ſanari (*o*). Mala capitis, colis, teſtium.

Aperta venarum hæmorrhoidalium oſcula ſanguinem fundentia non debere curari.

L. VII. potiſſimum chirurgicus, docet operationes. Tela ut evellenda (*p*). In ſteatomate lapillos & concretos pilos nonnunquam reperiri (*q*). Oculorum vitia, quæ manu curantur. Cataractæ depoſitio (*r*). Græcorum inciſiones crudeliſſimæ cutis capitis in oculorum malis. Afrorum aduſtiones. Galliæ comatæ morem, ut venas temporum ligent, laudat CELSUS.

Curta

(f) Præf. L. I.
(g) C. 10.
(h) C. 21.
(i) L. V. c. 27.
(k) C. 28.
(l) C. 26.
(m) C. 6.
(n) C. 7.
(o) C. 8.
(p) C. 5.
(q) C. 6. Sic in bronchocele c. 13.
(r) C. 7.

Curta labiorum ut ſananda, cute lineis transverſis inciſa (*ſ*). Dens exeſus plumbo replendus (*t*).

Si cataracta noluerit deſcendere, eam diſſipare oportet (*u*). Ænea fiſtula injicienda hydropicis, quibus aqua educitur (*x*).

Latius inteſtinum ſui poteſt, ſpe cum dubia (*y*). Gaſtroraphia, quæ duabus fit acubus (*z*). Teſtium mala varia, ut manu curentur, fuſe (*a*). Non curari, quibus nervus in teſte induruit (*b*). Nudata cute glans, ut cute tegatur (*c*). Infibulatio. Hydrocele interna funiculi, ab externa diverſa (*d*). Calculi veſicæ ſectio (*e*). Hic locus valde memorabilis eſt, quia ſemina lateralis apparatus hic latere credita ſunt (*f*). Parvum tamen apparatum deſcribit, neque in majori quatuordecim annis homine adminiſtrationem admittit. Veſicæ vulnera lethalia eſſe. Virgini calculus ex ſiniſtro latere excidendus, digitis per naturalia datis. A cancro veſicæ ſtomachum adfici (*g*). Fetum dirigendum vel in caput, vel in pedes (*h*). Ut unco ducatur (*i*). Quando alter pes elapſus eſt, alter intus remanſit, præſcindendum quodcunque elapſum eſt. Amputatio artuum: debere in vivo ſecari. Sæpe tamen ægrum ex hæmorrhagia perire (*i**). Cucurbitulas eſſe leviorem venæ ſectionem (*k*).

L. VIII. oſſium morbi. Terebratio (*l*) cranii, & alia, fere ut apud HIPPOCRATEM: Sed noſter ægre & poſt exhauſta mitiora auxilio eo deſcendebat, Græcis mitior. Fiſſuram ad imum eradere diſſuadet (*m*). Venula in cerebro rupta, & ſanguinem fundens, periculo plena eſt. Membranam duram cerebri acri debere aceto adſpergi. Os carioſum multis minutis foraminibus perterebrare ſuaſit, ante nuperos (*n*), denique aduri (*o*).

Vulnere

(ſ) C. 9.
(t) C. 12.
(u) C. 14. n. 8.
(x) C. 15.
(y) C. 16.
(z) Ib.
(a) C. 19.
(b) C. 23.
(c) C. 25.
(d) Ib.
(e) C. 26.
(f) Legite CELSUM, aiebat RAVIUS.
(g) C. 27.
(h) C. 29.
(i) Ib.
(i*) C. 33.
(k) L. VII.
(l) C. 3. 4.
(m) C. 2.
(n) L. VIII. c. 2.
(o) Ib.

Vulnere ſuper ſupercilia illato (in frontali ſinu) fieri non poſſe, quin per omnem ætatem ulceratio ſuperſit (*p*). A fracto femore crus brevius fieri. Cervicis luxatæ (aut capitis) nulla ſpes eſt (*q*). In cubito celerrime callum circumcreſcere (*r*), & flexum prohibere. Difficulter femur luxatum reſtitui (*ſ*), ob magnos muſculos. Eſſe tamen, quos citat, qui ſe ſanaſſe id malum ſcripſerint.

Ætas viri non undique certa eſt. Sub TIBERIO eam ponit MORGAGNUS (*t*), ad AUGUSTI ævum SCHULZIUS (*u*), & Cl. MATTHIÆ (*x*). Præterea de THEMISONE tamquam nuper demortuo auctore ſcribit (*y*), qui diſcipulus fuerit ASCLEPIADIS, coævi MITHRIDATI, & debuerit vivo primo CÆSARE eſſe exſtinctus. A COLUMELLA citatur coævo CLAUDII. JULIUS GRÆCINUS paſſim CELSUM exſcripſit, quem CAIUS CÆSAR occidit (*z*).

Sæpiſſime CELSUS editus eſt, cum præter rem ipſam medici puriſſimam dictionem in ejus ſcriptis quærerent.

Princeps editio eſt Florentina 1478. fol. cui titulus eſt: C. CELSI *de re medica* L. VIII. MEAD. d'ETR. B. MED.

Deinde Veneta 1479. fol. cui titulus eſt CELSUS *de medicina* MAITTAIRE.

Mediolani 1481. fol. de BURE perinde:

Venet 1493. fol. * Hanc poſſideo. Titulus eſt AUR. CORNELIUS CELSUS *medicinæ* L. I. &c. Præfatio nulla. Literæ Græcæ rudiſſimæ, initiales majores nullæ, orthographiæ nulla ratio habita.

Venet. 1496. fol. VAL.

Venet. 1497. fol. CLEMENT, MEAD.

AUR. CORN. CELS. *medicinæ* L. VIII. Lion 1516. 4. BOEHMER.

Apud JUNTAM Venet. 1524. fol. MEAD.

CELSUS de *medicina* Venet. 1528. 8. apud ALDUM. MEAD.

Iterum Venet. 1528. 4. apud ALDUM. MEAD.

CELSUS ex caſtigatione JOHANNIS CÆSARII Hagenau 1528. 8. B. B. cum SERENO.

CELSUS *de re medica*. Paris 1528. fol.*, vel 1529. fol. * edidit SIMON SILVIUS.

Paris. 1533. 8.



(p) C. 10.
(q) C. 13.
(r) C. 16.
(ſ) C. 20.
(t) Epiſt. ad CELS. p. 76.
(u) *Compend. hiſt. med.* p. 298.
(x) *Diſſ. de C.* CELSI *medicina*. Gotting. 1766. 4. *
(y) *Seculo noſtro* THEMISON *præf.* L. 1.
(z) Ex PLINIO L. XIV. 2. MORG. *ep.* I. n. 20.

Salignaci 1538. 8. GUNZ.

Antverp. 1539. 8.

Tiguri 1540. 8. LANGER.

C. CELSI *libri in medicina* 1542. 8. MAITT.

C. CELSUS, SERENUS &c. Venet. 1547. fol. cum aliis medicis.

C. CELSI *de medicina libri.* Lion 1548. 8. VAL. & 1549. 16. apud de TOURNES. Ita lego ap. de BURE, GUNZ.

A. C. CELSUS *de re medica* Baſil. 1552. fol. B. B. cum G. FANTINI commentario.

Lion 1554. 12. cum SERENO &c.

CELSUS *de re medica* Lovan. 1558. 8. B. BODL.

Patav. 1563. 8. GUNZ.

A. CORNELIUS CELSUS *de re medica* L. VIII. Lion 1566. 8. * cum adnotationibus & correctionibus R. CONSTANTINI.

Venet. 1566. 8.

Inter Principes rei medicæ ap. H. STEPHANUM 1567. fol. *

Lion 1587. 12. HÆNEL. GUNZ.

Lion 1592. 8. SEGUIER.

Leidæ cum notis JEREMIÆ THRIVERII BRACHELII & BALDUINI RONSSEI. 1592. 4. * RONSSEUS ſolus huc facit, cum THRIVERIUS in ſolum librum primum ſit commentatus.

Iterum Leid. 1598. 4. VAL.

Lion 1608. 12. GUNZ.

Genev. 1608. 12. VAL. niſi eſt eadem editio.

Genev. 1625. 12. LANG. 1625. 16. VAL. niſi eadem eſt. 1626. FABRIC.

Leidæ 1633. 4. VAL.

Ex recognitione J. ANTONIDIS VAN DER LINDEN Leid. 1657. 12. 1665. 12.

Eadem editio ex emendatione THEODORI JANSSON (*a*) *ab* ALMELOVEEN Amſterdam 1687. 12. 1688. DOUGL. 1711. 8. VAL. niſi error eſt. 1713. 12. * Leid. 1730. 8. * parte aliqua notarum MORGAGNI auctior, non tamen caſtigata.

Porro CELSUS auctus collatione M. S. & editionum veterum Leidæ prodiit 1746.

(a) MORG. *Ep. I. ad fin.* & V. oſtendit, non undique male eſſe de CELSO meritum.

1746. 8. * cum CÆSARII, CONSTANTINI, SCALIGERI & aliorum notis, recuſus Baſil. 1748. 8. Roterdam 1751. 8.

In *editionem* Almeloveenii *adnotationes.* Jenæ 1713. 8. 1730. 8. ita lego.

Patavii apud VULPIUM 1722. 8. 1750. 8. * ad editionem ALMELOVEENII cum MORGAGNI *epiſtolis;* & cum FACCIOLATI *obſervationibus.* Venet. 1763. 8. eadem editio cum 1750.

Ex editione CAR. CHRISTIANI KRAUSE Lipſ. 1766. 8. * multum emendata editio ex LINDENII, MORGAGNIANIS & TRILLERI conſiliis & notis. Editiones plusculas Editor conparavit, ad emendandum textum ſæpe ſuo ingenio uſus eſt.

Aliqua in ea edit. caſtigat CL. MATTHIÆ.

Ex recenſione LEONARDI TARGÆ. Patav. 1769. 4. * *Comm. Lipſ.*

Ex recenſione J. VALART Paris 1772. 12. * Mutatis capitum numeris, abjectis titulis ſectionum.

Editio noſtra exſtat inter Principes. Lauſann. 1772. 8. 2. vol. *, cum præfatione, in qua merita viri indicantur.

Germanice verſus CELSUS prodiit, C. CELSI VIII. *bücher von der arzney.* Mayntz 1531. fol. vertit JOHANNES KHUPFER. TREU.

*Critiſcher Verſuch einer deutſchen Ueberſetzung des* A. C. CELSI *von der Arzneykunſt durch* D. J. H. LANGE Luneburg. 1768. 8. Plenam verſionem promittit, editione uſus ALMELOVENII: nunc libri I. capita duo priora dedit, notas addidit.

Anglice vertit JAC. GREIVE London 1756. 8. * notaſque adjecit, ex nuperis medicis atque chirurgis ſumtas. Multum uſus eſt MORGAGNI adnotationibus, & de vera lectione quæſivit.

Italice vertit Abb. CHIARI Venet. 1747. 8. 2. vol. ad ALMELOVEENII editionem.

Gallice vertente Cl. NINNIN Paris 1754. 12. 2. vol. * Notulas aliquas adjecit, codice uſus *regio*, in quo nulla capitum eſt diviſio. Sæpe vetuſta nomina mavult retinere.

Codices M. S. aliqui exſtant. In B. R. Paris. perantiquus (*b*), alius ſec. XV. n. 6864. & denuo fragmenta, n. 7028. Codicem ex Regio deſcriptum habuit J. A. v. DER LINDEN.

Septem codices in MEDICEA ſervantur (*b**). Inter eos is eſt, ad quem prima editio CELSI a FONTIO curata eſt (*c*).

 In

(b) Præf. NINNIN.
(b*) N. 50. manu NICCOLI ſcriptus, alius 51. anni 1453, alii ib. n. 16. 17.
(c) COCCHI ad NICET. p. 170.

In Muſæo PHILIPPI TOMASINI CELSI codex erat (*d*).

Codice chartaceo uſus eſt MORGAGNUS (*e*): alio, quem vocat Forolivienſem (*f*). Titulus eſt *Artium* A. C. CELSI L. VIIII.

Interiiſſe videtur codex LEONARDI BOTALLI, de quo ROBERTUS CONSTANTINUS in præf. (*g*), & incendio periit alter, quo RHODIUS uſus eſt. Alios tamen etiam codices CONSTANTINUS adhibuit (*h*) a J. CAPELLANO mutuo datos. VORSTIANUM laudat RHODIUS (*i*).

*Notas & caſtigationes* adjecit J. CÆSARIUS, breves ſed judicioſas, & puram editionem dedit, nam priores apprime maculoſæ fuerant.

Iis caſtigationibus uſus eſt ROBERTUS CONSTANTINUS, qui multum in caſtigando CELSO laboravit. Breves ſunt notulæ, ad marginem adjectæ, & aliquæ variæ lectiones.

Sic JOSEPHUS SCALIGER, cujus adſcriptas ad exemplar notas FRANCISCUS VERTUNIANUS in ſuum tranſtulit, quo uſus eſt editor editionis Leidenſis anni 1746. Ipſas SCALIGERI notas habuit J. A. v. der LINDEN.

In libris MEADII erat editio RONSSEI cum notis MS. JOSEPHI SCALIGERI. Erat etiam editio Lugdunenſis cum Notis SCALIGERI in LI. VOSSIANIS n. 2846.

Locos parallelos HIPPOCRATIS R. STEPHANUS collegit. Reperiuntur in editione Leidenſi 1746.

Notulas ex codice J. FERNELII & J. CAPELLANI ad LINDENIUM GUIDO PATINUS miſit, tum alias NIC. NANCELII.

HIERONIMI RUBEI ſunt adnotationes in L. VIII. CELSI editæ Venet. 1614. 4. *.

PETRI DACQUET *commentaria in* CELSUM citari video.

GUILIELMUS PANTINUS ad duos libros priores uberrime eſt commentatus, ad ultimos & chirurgicos breviſſime, neque ut uſui eſſe poſſet.

B. RONSSEUS CELSI loca cum AETIO, PAULO, aliiſque veteribus comparavit; anatomica uberius, etiam ex nuperis illuſtravit: inſtrumentorum chirurgicorum paſſim icones adjecit.

Multa ſe emendaſſe LINDENIUS.

ILL.

(d) MONTFAUCON p. 789.
(e) *Epiſt.* III.
(f) *Ep.* II.
(g) MORG. *Ep.* III. p. 50.
(h) Præf.
(i) ad SCRIBONIUM p. 156.

Ill. Morgagnus primum epiſtolas tres Hagæ 1724. 4. *, deinde plures ad octavam uſque Patavii 1750. 8. * adjecit, duplici, uti monui, codice uſus. In opere ſuo, ut ſolebat, accuratiſſime verſatus eſt, & ad priores editiones, ubi neceſſe erat, animadvertit. Hiatum duorum foliorum in opere detexit (k). In Ep. IV. inventa aut primum dicta Celſi excerpſit, & pro Lindenio dixit in Schulzium. In Ep. VI. multa & ſubtiliter emendavit. In Ep. VIII. de iis judicium dedit adnotationibus, quas ſecum Vulpius communicaſſet. In Ep. III. Jacobus Facciolatus voces, quæ poſſim pro Celsianis habentur, oſtendit vitioſe ſcriptas eſſe.

In editione Crausiana varia adduntur, & aliter emendantur, & de emendationibus priorum judicatur.

Valartus nonnulla ex Arbuthnoto addidit, non quidem chirurgica;

J. Frid. Closs Ultrajecti 1768. 4. * doctum *ſpecimen* edidit *obſervationum* criticarum in A. Cornelium Celsum. Paſſim contra Trillerum dixit; tum de vera lectione, quam ex conſenſu ſimilium locorum conſtituit. Sæpe etiam a Krausio diſſentit: proprias etiam emendationes paſſim profert.

In ſua Nicetæ editione Cl. Cocchius plusculas emendationes ad Celsi librum VIII, variasqae lectiones adſperſic, ex codicibus Mediceis ſumtas.

Multum in Celso laboraverat Henricus Schulze, & exemplar ad editionem præparaverat, ſed operi inter mortuus eſt. Aliquod ejus operæ ſpecimen edidit in diſſertatione *de oſſibus conferventibus*. Erat etiam in ejus *Bibliotheca* exemplum editionis Guilielmi Pantini, cui tot addiderat adnotationes, ut ſex volumina in fol. efficerent; & alia editio Vulpiana cum Cl. viri notis.

Johannes Rhodius, qui & ipſe editionem Celsi moliebatur, vitam Viri dedit, doctorum plauſus non meritam. Is codex in Bibliotheca Bartholiniana incendio interiit.

Lexici ſpecimen Cl. Matthiæ dedit.

De Celsi vita & temporibus egit Mahudel hiſt. de l'Acad. des Inſcr. T VII. a. 1726.

Petri Paauw *in aliquot capita* Celsi *explicationes* prodierunt Leid. 1616. 4. *. In caput L. VIII, quod eſt anatomici argumenti; deinde in ſecundnm, in quo de oſſe vitiato agitur & carioſo. In C. III. de trepano noſtri ævi. C. IV. de calvariæ curatione.

Valentinus Maveus commentatus eſt in L. VII. C. 26, *quo calculi veſicæ manu demendi ratio traditur*. Witteberg 1600. 4.

In *meliceriam* Celsi (L. V. c. 26.) Christ. Ludov. Charisius Königsberg 1717. 4.



(k) Ep. II. p. 43.

De *lithotomia* CELSIANA HEISTER Helmſtätt 1745. 4. *, quem alibi laudabimus.

De acia CELSI integrum librum RHODII alias etiam dicemus.

FABRICIUS in *Bibliotheca* ſua latina, ut ſolet, catalogum addidit ſcriptorum, quos CELSUS laudavit.

Repudiari debet epiſtola ad C. JULIUM CALLISTUM, quæ in editione RONSSEI adjecta eſt; tum altera, in qua CELSUS dicitur duos libros Græcarum compoſitionum ex Græco ſermone convertiſſe. FABRICIUS LARGO utramque tribuit.

Interiit CELSI editio, quam MENTELIUS promittebat, PATINO teſte.

## XXII. POST CELSUM,

## ANTE SCRIBONIUM.

JULIUS BASSUS, non TYLIUS, DIOSCORIDI dictus (*a*), & SCRIBONIO (*b*) AUGUSTI ævo vixit. Remedia adverſus hydrophobiam citat AURELIANUS (*c*), clyſteres, alia. Ejus remedium ſtomaticum GALENUS habet (*d*). Ad nervorum reſolutionem (*e*) malagma.

An idem BASSUS, cujus aram GALENUS citat (*f*). Alius etiam videtur BASSUS, cujus oculare medicamentum citat.

NIGER TULLII BASSI amicus (*g*).

NICERATUS ejusdem ævi, pariter dictus DIOSCORIDI; EJUSD. medicamentum auriculare (*h*). Acopum, quo AUGUSTA & ANTONIA uſæ (*i*).

OCTAVIÆ, AUGUSTI ſororis dentifricium (*k*).

MARCIANI medici antidotus, quæ AUGUSTO CÆSARI componebatur (*l*). Collyrium

(a) In principio.
(b) C 29.
(c) *Acut.* L. III. c. 13. TULLIUM dicit.
(d) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
(e) *Compoſ. ſec gen.* L. VII.
(f) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
(g) Ad hydrophobiam CÆLIUS.
(h) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. II.
(i) SCRIB. c. 271. LIVIA puto & ANTONIA DRUSI.
(k) ID. cap. 11.
(l) ID. c. 46.

Collyrium MARTIANI habet AETIUS (*m*), & fomentum ad inflationem circa ſeptum transverſum (*n*).

MENECRATES, Zeophletenſis, TIBERII etiam & CLAUDII medicus (*o*). Ejus multa medicamenta chirurgica GALENUS habet. Celebris emplaſtri diachylon (*p*) auctor eſt; eſt etiam ejus emplaſtrum diſcutiens (*q*), & Proteus (*r*). Ejus denique eſt accipiter (*ſ*).

DAMOCRATES, qui ſibi nomen fecit SERVILII, non longe ab hac ætate abeſt, cum filiam curaverit M. SERVILII, qui AUGUSTO imperante conſulatu functus eſt. Carmine compoſitiones deſcripſit, quarum pluſculæ ad chirurgicos morbos pertinent. Titulum fecerat *Philiatri* (*t*). Ad dentes motos (*u*): collyrium (*x*); acopon (*y*); malagmata (*z*); diachylon (*a*); emplaſtrum ex dictamno (*b*); dentifricium (*c*); emplaſtra varia (*d*); gilvum (*e*). Ej. collyrium diaſmyrnium (*f*).

CHARICLES, inſignis TIBERII temporibus medicus (*g*). Ejus auriculare (*h*) GALENUS habet.

ANTHERO TIBERII lib. admota torpedine podagram ſanavit, & magnas ea curatione divitias ſibi comparavit (*i*).

L. JUNIUS MODERATUS COLUMELLA CLAUDII ævo vixit. Paſſim aliqua habet chirurgici argumenti; in armentorum cura, ut radicem per anum trajectam ad boum & equorum morbos. Caſtrandi ratio, accurate (*k*). Ferramento

(m) L. VII. c. 111. 112. &c.
(n) L. III. p. 1. c. 27.
(o) Ex fide lapidis, MERCURIAL. var. lect. L. III. c. 22.
(p) GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(q) Ibid. L. VI.
(r) ID. *compoſ. ſec. loc.* L. V.
(ſ) GAL. *faſc.* c. 53. ap. NICET.
(t) GALEN. *ſec. loc.* L. VII.
(u) *Compoſ. ſec. loc.* L. I.
(x) Ib. L. III.
(y) *Sec. gen.* L. VII.
(z) Ib. L. II.
(a) Ib. A MENECRATE habuit.
(b) *Sec. gen.* L. V.
(c) Pariter carmine expreſſum *ſec. loc.* L. V.
(d) *Sec. gen.* L. VI. diſcutiens.
(e) Ib.
(f) AETIUS c. 82. & alias.
(g) TACITO dictus.
(h) *Compoſ. ſec. loc.* L. II.
(i) SCRIBON. c. 41.
(k) L. VI. c. 25. L. VII. c. 4. 11.

mento fetum in utero ovis difficulter parientis ut concidas (*l*). Setacei inſerendi modus (*m*): ulcerum curatio (*n*), & ictus ſerpentum (*o*).

AMBROSII, Puteolani medici, medicamentum ſuperſtitioſum SCRIBONIUS citat.

TRASEAS chirurgus. Ejus eſt emplaſtrum viride (*p*), & nigrum (*q*), idem, quod Indum TARSEI (*r*) GALENO dictum.

GLICON chirurgus.

Ejus emplaſtrum viride (*ſ*) & nigrum (*t*).

An idem qui GLYCON p.

ARISTUS AN IDEM qui p.

Ejus emplaſtrum nigrum (*u*).

ZOPYRUS Gordienſis medicus, cujus medicamentum adverſus hydrophobiam exſtat, apprime ridiculum (*x*). Apud ORIBASIUM (*y*) etiam locus eſt de iis, quæ ulcus inducunt, quæ adſtringunt (*z*). An is fuerit ZOPYRUS ALEXANDRI f. ALEXANDER medicus RHODIO dictus (*)? an idem cum ZOPYRO, p. 21. 22, §. XVI.

§. XXIII. SCRIBONIUS LARGUS.

APULEII CELSI diſcipulus (*a*).

Cum librum ſuum C. JULIO CALLISTO, celebri CLAUDII liberto dicaverit, cum CLAUDIUM in Britanniam exercitum ducentem (*b*) comitatus ſit; cum MESSALINÆ (*c*) dominæ meminerit, nihil in ætate ſua incertum habet. ASCLEPIADEM ſuum citat (*d*); cæterum ita ſcripſit, ut propior ſit empirico, paſſim etiam

(l) L. VII. c. 3.
(m) L. VI. c. 5. 14.
(n) C. 12.
(o) L. c. 17. c. 152.
(p) SCRIBON. c. 72.
(q) C. 76.
(r) *Compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(ſ) SCRIBONIUS c. 74.
(t) C. 75.
(u) C. 77.
(x) C. 43.
(y) L. XIV. c. 58.
(z) C. 61.
(*) In LARG. p. 252.
(a) C. 43.
(b) C. 42.
(c) C. XI.
(d) C. 75.

etiam improbabiles medicamentorum ſucceſſus laudaverit, ut in epilepſia eboris (*e*) cum melle, teſtudinis ſanguine &c. maſculæ, ſi puer fuerit, feminæ ſi puella. Multum tamen laboravit, ut veras compoſitiones colligeret (*f*). Negat quemque ex hydrophobia ſanatum (*g*), dum interim abſurdum a muliercula acceptum medicamentum proponit (*h*). Adverſus calculum millepedes laudat (*i*).

Multa habet chirurgici argumenti medicamenta, collyriorum formulas & emplaſtrorum. Remedia ad cancrum, anum prolapſum, ad hæmorrhoides malagmata, acopa.

Pluſcula ejus medicamenta GALENUS repetiit, emplaſtrum digerens (*k*), & aliud (*l*), ad hæmorrhoides (*m*), ad palpebras ſcabras (*n*), ad ozænam (*o*), paſtillum ſtypticum (*p*); adde alios locos (*q*). Citat eum ASCLEPIADES junior (*r*).

Cum nunc rariſſime, ſi unquam, GALENUS latinum ſcriptum citaverit, factum eſt, ut JANUS CORNARIUS ſuſpicatus ſit, SCRIBONIUM Græce ſcripſiſſe, cum præterea adeo barbara ſit SCRIBONII dictio, ut non putes, quemquam CLAUDII ævo potuiſſe uſque adeo ruditer ſcripſiſſe. Vide phraſes *remediare multas* (*ſ*) *hereditates*, *remediari* (*t*). Multa contra RHODIUS; & certe auctor *in præfatione* dicit latine ſe ſcripſiſſe. Verum ea *præfatio* potuit a barbaro traductore vitiata eſſe. MARCELLUS plurimum SCRIBONIO uſus eſt.

## §. XXIV. MEDICI OCULARII.

Aliquos jam recenſuimus, ut EUELPIDEN, HERMIAM, forte & HERONEM, & ANTIOCHUM, & ATIMETUM. Alios conjunctos dicemus, quorum ætas partim ignoratur, partim definiri poteſt. Frequens eorum & in marmoribus memoria eſt, & in libris. In magnis enim urbibus ſolent chirurgi aliis & aliis artis partibus ſolis ſe dicare. In uno MARTIALIS epigrammate dentarius medicus dicitur CASELLIUS, & uvam curans FANNIUS; & herniarius chirurgus HERMES; denique qui oculorum pilis proſpiciat HYGINUS, & qui ſervorum ſtigmata deleat, HEROS. SEX. POMPEIUS SEX. L. POMPEII TONSOR GRUT.



(e) C. 2.
(f) C. 4.
(g) C. 43.
(h) Ib.
(i) C. 39.
(k) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(l) Ib.
(m) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(n) *Sec. loc.* L. IV.
(o) L. III. ib.
(p) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(q) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(r) Ib. L. VII.
(ſ) C. 29.
(t) C. 41.

Q. Clodius Q. L. Niger Medicus Ocularius legitur in teſta apud Rhodium ad Scribonium p. 77.

T. Lyrius Ti. Cæs. Aug. Ser. Celadinus Medicus ocularius (*a*).
Illustrius Tiberii Cæs. Aug. Celadianus Tiberii Aug. medicus ocularius ſervus (*b*).

Apud Fulvium Ursinum legitur Silicius Medicus ab oculis.

Cn. Helvius Cn. L. Jola Medicus Ocularius apud eumdem Rhodium legitur.

Tum P. Numitorius P. L. Asclepiades VI Vir Medicus Ocularius sibi et Semproniæ. L. F. Gallæi &c.

Et P. Decimius P. L. Eros Merula Medicus clinicus chirurgus ocularius VI. Vir (*c*), cujus erogatæ in publica commoda non minimæ pecuniæ in marmore memorantur, qui idem forte Galeni Eros. Erotem habet, qui ſervorum ſtigmata tollat Martialis.

Tiberius Claudius (*d*). Tiberius Julius Cutisonus Aug. lib. (*e*).

Atimetus Cassii medici ſervus, legatus, ut certe vis vocis ipſa vult Tiberii (*f*). Ejusdem medicamentum exſtat ocularium (*g*), & marmor cum inſcriptione P. Attius Atimetus *Aug. medicus ab oculis* (*h*).

C. Capito Sabinianus, cujus pſoricum & chloron, & chelidon ad claritatem in ſigillo apud Sponium. Idem fuerit Capito Galeni, cujus citatur medicamentum ad ſcabritiem palpebram (*i*).

M. Julius Charito (*k*), cujus eſt Iſiochryſon, diaſmyrnium, diarrhodon, diapſoricum, ut puto.

M. Julius Heracles, cujus diarrhodon & cycnarium.

M. Ulpius Heracles, cujus in ſigillo dicitur melinum, diamyſium, ſtratioticum, thalaſſa, roſa, cycnarium, alia.

In variis lapidibus a Walchio citatis legiter P. Colius P. L. Philogenes.

Q. Colius. Q. L. Nicomedes vir & Faustin.

Q.

(a) Apud le Clerc p. 568.
(b) Grut. legit Tiberius Ti. Cæs. Aug. L.
(c) Mercurial var. lect. p. 79. Eros Augustæ Medicus Sposianus. Gruter.
(d) Apud Muratorium Walch.
(e) Ex Grutero p. DCXXXI.
(f) Scribon. c. 29.
(g) Gal. *compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(h) Apud Gruterum DCXXXI.
(i) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(k) Ap. Maffeium.

Q. Cælius Niger.

Q. Cærillius Quintilianus, cujus ſunt ſigillum, & medicamenta ſtacte ad claritatem, crocodes, diaſmyrnium, & dialepidium in ſigillo.

C. Domitius Demetrius ex Fabretto.

M. Latinius Medicus ocularius Hermes. Gruter.

M. Jul. Secundus, ex Maffeio.

Cn. Julius Dionysodorus, cujus etiam ſigillum exſtat cum diamiſy.

Hermes.

M. Peutuca.

Silicius Medicus ocularius.

C. Sulpitius Hypnus, cujus ſigillo inſcriptum eſt cænon ad claritatem, ſtactum opobalſamatum, Lyſiponum ad ſuppurationem, dialepidium ad aſperitudinem.

C. Statius Sabinianus, cujus ſigillo inſcribitur diacherale.

Q. Julius Murranus, cujus eſt melinum ad claritatem & ſtagium opobalſamatum.

Sextus Asclepiadis P. Numitorii libertus. Ejus medicamentum ad oculos ex marmore *(a)*.

C. Rutilius Euthetus ex Fabreto.

Phronimus periodeutes, cujus ſigillum Walchius exponit, cui inſcriptum eſt, diapſoricum opobalſamatum ad oculorum claritatem: diaſmyrnion, ad lippitudinem, & Euodes. In nupera editione aliam dedit hujus ſigilli iconem.

C. Cintius Minius Blandus, cujus eſt euodes, diapſoricum opobalſamatum. Ejusd. diſpon cleni, forte ex ſpongia. Ejusd. diaſmyrnes. Ejusd. Euodes ad aſpredinem.

Magnum hic laboris compendium nobis fecit J. Ern. Immanuel Walchius in *ſigillo medici ocularii Romani*, qui fere omnia huc pertinentia antiquitatis monumenta lapidea, & oculariorum medicorum ſigilla congeſſit. Jen. 1763. 4. * Ocularios idem medicos ab oculariis ſeparat, qui oculos pro ſtatuis metallicos insererent.

Idem in nova editione ſuæ diſſertationis Jen. 1772. 8. * multa ſigilla oculariorum adjecit.

Sigillum anonymi ex Seguierii collectione, in quo Pſoricum, Aromaticum, Melinum, Crocodes.



(a) Ex Walch.

Aliud Sigillum, Crocodes, Galbaneus.

Aliud a Comite CAYLUS acceptum, *Poſt aſpredinem*, *poſt impetum*, *ad caliginem*, *Lene* (lenimentum).

Aliud DURONII CTESIÆ Chelidonium ad caliginem.

Aliud ap. C. CAYLUS L. SACCI MENANDRI THALASSEROS DE LAC. (lacrymali).

L. SACCI MENANDRI Chelidon. ad calig.

L. SACCI MENANDRI Melinum de lacr.

L. SACCI MENANDRI Diapſoric. ad. ſc.

Apud eundem DECIMI P. FLAVIANI collyrium lene ad aſpritudinem oculorum.

Et DECIMI P. FLAVIANI collyrium mixtum.

Apud GALENUM porro legitur STOLI Britannici, celebris ocularii medici, collyrium cinnabarinum (*b*).

SERGIUS OCULARIUS BABYLONIUS, cujus oculare medicamentum (*c*).

GAIUS ocularius (*d*). Putes antiquiorem eſſe, ſi AGRIPPÆ medicamentum miſit (*e*). Idem eſt Neapolita (*f*), cujus ſunt ſphragis (*g*), paſtillus ſtypticus (*h*), paſtillus (*i*), ocularia medicamenta varia (*k*), collyrium (*l*); ex cornu cervi (*m*); Phanium (*n*); Malagma (*o*); Aſianum (*p*). Non audeo cum GAIO *Herophileo* conjungere, quem CÆLIUS citat, de aquæ metu, in quo cerebrum & ejus membranas dixit laborare (*q*).

ZOILUS ocularius (*r*). Ipſum medicamentum nardinum *Zoilum* vocat AETIUS (*ſ*). Collyrium habet TRALLIANUS (*t*).

EPHEME-

(b) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(c) ID. ib.
(d) Ib.
(e) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(f) *Sec. gen.* L. IV.
(g) Ib.
(h) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(i) Ib.
(k) *Sec. loc.* L. IV.
(l) ACT. *Meth. med.* L. VI. c. 5.
(m) *Sec. loc.* L. IV.
(n) Ib.
(o) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII, & ad podagram ejusdem, ib.
(p) *Sec. gen.* L. VI.
(q) *Acut.* L. III. c. 14.
(r) SCRIB. L. III.
(ſ) L. VII. c. 114.
(t) L. II. c. 5.

Ephemerus ocularius (u).

Euemeri pſoricum Galenus habet (x).

Pyramus.

Antigoni collyrium ſphragis apud Marcellum.

Hori collyrium.

Demum Galeni ætate Justus (y) ocularius in hypopyo caput concutiebat, ut pus ſubſideret.

Plures ſuperſunt medici, quorum ocularia medicamenta Galenus citat, ſed non continuo auſus ſum ocularius accenſere.

## XXV. Obstetrices & Medicæ.

Et ipſæ partem ejus medicinæ exercuerunt, quæ manu utitur. Inter obſtetrices Agnodicen diximus, & inter medicas Cleopatram, cujus certe nomen libellis de muliebribus præfixum fuit.

Olympias Thebana (a).

Salpe de abortivis (b) ſcripſit.

Sic Lais (c), aut quæ ejus nomine uſa eſt.

Pyrrhonis ſoror obſtetrix (d) fuit.

Elephantidis, an eadem, cujus obſcæni exſtabant libelli, liber de ornatu (e).

Maia (obſtetrix). Ej. ad condylomata & rhagades medicamentum aridum, a Galeno citatum (f).

Aspasia, de ſtudio adhibendo prægnantibus (g), & ægre parientibus (h), ad fetum corrumpendum (i), deque abortu (k); cura poſt ſectum fetum (l), de



(u) Scrib. L. IV.
(x) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(y) Galen. *meth. med.* L. XIV. c. 19.
(a) Plin. Val. L. IV. Pollux. Alia Plin. L. XXVIII. c. 19.
(b) Plin. L. XXVIII. c. 7. Athen. L. VII.
(c) Plin. ib.
(d) Laert. p. 1033.
(e) Gal. *compoſ. ſec. loc.* L. I.
(f) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(g) Aetius L. XVI. c. 12.
(h) Ib. Fere emollientia ſuadet c. 15.
(i) Ib. Id facinus periculo non carere.
(k) C. 18.
(l) C. 25.

de utero prolapſo revocando (*m*) de hydrocele (*n*), & varicoſo ramice (*o*), herniis variis (*p*); de uteri condylomatibus (*q*), nomis (*r*); hæmorrhoidibus (*ſ*), de reclinatione, averſione, recurſu uteri (*t*), de ejus retractione aut æquali, aut ad alteram partem. Opus cæterum de methodica ſecta ſcriptoris, cum medicamenta metaſyncritica citentur.

SOTIRA obſtetrix, cujus ad tertianas & quartanas medicamentum fuit (*u*). Olim etiam obſtetrices medicamenta dediſſe, POLLUX auctor eſt in caſibus levioribus, ut ex loco judices JUVENALIS. Medicas MARTIALIS dixit.

ANTONIÆ AUG. L. AGRIPPINÆ obſtetrix.

Et SALUSTIA Q. L. MERITA, apud GRUTERUM.

FABULLÆ medicæ medicamentum ad ſplenem (*x*).

FORELLA T. L. MELANIONA Medica a MAMMIS ex GUDIO, WALCHIUS.

SENTIA ELIS MEDICA (ſerva) (*y*).

JULIA Q. L. SABINA medica, conjux Q. JULII ATIMETI (medici forte ſervi) (*z*).

SECUNDA LIVILLÆ S. MEDICA (*).

Ad SALVINAM obſtetricem libros dedit PRISCIANUS.

De MARIA ZENONIDIS Baſiliſci uxoris obſtetrice SUIDAS.

TROTULA etiam poſterioris eſt ævi.

## §. XXVI. ADUSQUE ANDROMACHUM.

PAMPHILUM μιγματοπολεα (*a*), putes CLAUDII tempore vixiſſe, cum ex lichenum curatione magnas (*b*) divitias adquiſiverit, novo eo ſeculo morbo. Emplaſtrum ad lichenes viride GALENUS habet (*c*). Emplaſtra Pamphilia (*d*) idem. An

(m) C. 79.
(n) C. 107. Eum ramicem ſcarificat.
(o) C. 104.
(p) C. 100, 101, 102.
(q) C. 106.
(r) C. 92.
(ſ) C. 97. Eas ſcarificat, volſella levat, conſtringit funiculo, excidit.
(t) Ib. c. 77.
(u) PLIN. L. XXVIII. c. 7.
(x) GAL. *compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(y) Apud RHODIUM p. 193.
(z) Apud eund. p. 194.
(*) Ex PIGNORIO le CLERC.
(a) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII. c. 3.
(b) Ib. L. V.
(c) Ib.
(d) *Compoſ. ſec. gen.* L. I. c. 17.

An eandem ob rationem huc SOCRATIONIS (*e*) ad lichenes illitionem referas?

ALCON vulnerarius, ejusdem CLAUDII ævo ad magnas divitias pervenit (*f*).

Qui ſequuntur ſcriptores, ab ANDROMACHO citantur, qui NERONIS Archiater fuerit. Cæterum difficillime obſcuri homines ſua in tempora diſponuntur.

De THESSALO ſatis certum eſt, NERONE imperante floruiſſe, qui Methodicæ ſectæ ſit auctor. Etiam *de Chirurgia* ſcripſit, de curatione ulcerum diuturnorum, ſed nimis extendiſſe (*g*) dicitur unius medicamenti ad diverſa mala uſum; exemplo medicamenti ex ſinapi: ſuaſiſſe præterea inertia medicamenta, ut geſtationes. De nervi punctura eumdem GALENUS refutat (*h*). Paracenteſin hydropicorum rejecit (*i*). Hepatis partem medicamento vel cauteriis in ſuperficie jubebat vulnerare (*k*).

ANTONIUM, qui centeſimum annum PLINII tempore adtigerit, non ponas poſt NERONEM, & priori forte ævo recte poſuiſſes. Viperarum eſu ulcera inſanabilia curaſſe (*l*) dicitur. Citat ANTONIUM ASCLEPIADES (*m*), & ad capitis dolores GALENUS (*n*); An idem eſt ANTONIUS ARCHIATER, cujus iſchiadicum medicamentum citatur (*o*). An is eſt Muſa.

Citat præterea ANDROMACHUS

QUADRATUM & ejus acopon (*p*).

Ejus paſtillum (*q*).

ANTIMACHI acopon (*r*).

Et PHILOCLIS (*ſ*).

Et ASPHALARTHESIUM (*t*).

Et GLYTUM (*u*).

ANTI-

(e) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. V.
(f) PLIN. L. XXIX. 1.
(g) GAL. *meth. med.* L. IV.
(h) *Meth. med.* L. VI. 17.
(i) L. II. regularium CÆL. *tard.* L. III. c. 8. in tard. L. II.
(k) CÆL. *tard.* L. IV. c. 4.
(l) PLIN. L. XXX. n. 39.
(m) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
(n) Ib. L. II.
(o) ORIBAS. *ſyn.* L. II.
(p) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(q) *Sec. loc.* L. II.
(r) Ib.
(ſ) Ib.
(t) Ib.
(u) Ib.

Antipatrum (x). Ejus malagma Asclepiades habet (y); aridum (z), colicam (a); auriculare (b); ad narium morbos, quo uſus Antipater (c); ad ſtrumas (d). Non poteſt eſſe Antipater, qui Galeni ævo vixit. Ejus fuerint epiſtolæ, in quarum L. III. vincula negat adverſus ſanguinis fluxum recte artubus injici (e).

De Antipatro methodico auctor agit introductionis, quæ eſt inter Galeni ſcripta. Huic medicamenta Rhodius tribuit. Ægre tunc idem eſſet, quem Scribonius citat.

Aelius Gallus. Ejus viride (f), aridum (g), ad pterygia (h), ad ſummos aurium dolores (i). Mireris alibi legi, eumdem Aelium Andromachi medicamentum correxiſſe (k), & ſchiſtum ejus catagmatico adjeciſſe.

Phanius, ut videtur (l).

Crispus, Ejus malagma (m); med. ad nomas (n), ad menti mala (o). Generoſum Crispi (p).

Aphrodas, cujus frequens fit mentio (q), Ejus eſt Iſchæmum (r), viride (ſ). Ad dentium dolores (t); ad ulcera cancroſa (u).

Castus. Ejus acopon calefaciens (x), dolorem ſedans (y). Aliud (z).

Orio-

(x) Gal. *compoſ. gen.* L. V. *ſec. gen.* L. VII.
(y) *Sec. loc.* L. X.
(z) *Sec. gen.* L. VII.
(a) *Sec. loc.* L. V.
(b) *Sec. loc.* L. III.
(c) Ib.
(d) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(e) L. II. *tard.* c. 13. de hæmorrhagia.
(f) Androm. ap. Gal. *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(g) *Sec. gen.* L. II.
(h) *Sec. loc.* L. V.
(i) Androm. ap. Gal. *compoſ. ſec. loc.* L. III.
(k) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. II.
(l) Ap. Andr. Gal. *gen.* L. V.
(m) Ib. *compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(n) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(o) Ib.
(p) *Compoſ. ſec. gen.* L. X.
(q) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(r) *Compoſ. ſec. loc.* L. III. V.
(ſ) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(t) *Compoſ. ſec. loc.* L. V. ex libris Aphrodæ & L. VII.
(u) *Compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(x) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(y) Ib. L. VI.
(z) Ib. L. IV.

ORIONIS PEXORIS acopon (*a*).

MELITO. Ejus aridum (*b*).

ALEXANDER, qui uſus eſt medicamento ab ASCLEPIADE citato (*c*), cujus eſt emplaſtrum (*d*) aridum.

ARISTOCRATES, cujus ad dentium dolores eſt medicamen (*e*).

ANTIPHANES, cujus medicamen (*f*) ejusdem finis.

PHILINUS. Ejus aridum (*g*).

CYRTUS, cujus eſt emplaſtrum adhærens (*h*).

HARPALI vel HARPALA duo emplaſtra (*i*).

PHILOXENUS, difficillimus homo. Præter priorem illum PHILOXENUM (*k*), reperimus apud ANDROMACHUM PHILOXENUM Grammaticum (*l*): alibi chirurgum (*m*), cujus eſt medicamentum ad ozænas & narium polypos.

CLAUDII vero PHILOXENI emplaſtrum ad fracturas (*n*) ægyptium (*o*), citat & ASCLEPIADES (*p*).

PHILOXENI ſimpliciter dicti, medicamentum ad ſuffuſionem (*q*), illinitio ad oculum (*r*), ad ſcabras palpebras emplaſtrum (*ſ*).

Citantur ejus collectanea (*t*). PHILOXENUS, qui cancrum occultum dixit, cujus ſedes eſſet in utero aut inteſtinis, reperitur apud AETIUM (*u*).

EPIGONUS. Ejus viride (*x*); iſis (*y*) ad ulcera recentia, quam aiunt ex adyto templi VULCANI ſumtam (*z*) eſſe.



(a) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(b) ANDROM. ap. GAL. in *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(c) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(d) *Compoſ. ſec. loc.* L. II.
(e) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(f) Ib.
(g) ANDROMACHUS ap. GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(h) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(i) Ib.
(k) P. 24.
(l) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(m) *Compoſ. ſec. loc.* L. III.
(n) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(o) Ib. L. III.
(p) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(q) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(r) Ib.
(ſ) Valde compoſitum *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(t) *Compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(u) AETIUS L. XVI. c. 44.
(x) ANDROM. in GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. II. AETIUS L. IV. I. c. 124.
(y) Ap. CRITONEM in GAL. *comp. ſec. gen.* L. V.
(z) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.

ZENO. Ejus emplaſtrum ad maligna ulcera, quo uſus ſit in deſperato caſu VALERIÆ (*a*) SECUNDÆ. Ejus locus etiam citatur (*b*). Quod doſes addiderit, laudat GALENUS (*c*).

Non putem eſſe ZENONEM HEROPHILEUM Cordubenſem, quem alias GALENUS citavit.

EUBULUS ad vulnera nervorum (*d*).

TELEPHANES ad cicatricem inducendam (*e*).

PUBLII ex vino viride (*f*), aridum (*g*).

MACEDO, cujus medicamentum ad vitia veſicæ (*h*).

EVANGELUS. Ejus viride epuloticum (*i*).

EPICURI emplaſtrum epuloticum (*k*).

ALCIMIONIS vel NICOMACHI (*l*), viride (*m*); epuloticum (*n*); malagma emolliens (*o*), aridum (*p*).

THEUDÆ ſarcophagi emplaſtrum diſcutiens & extrahens (*q*).

CANDIDI emplaſtrum, quo utitur ANDROMACHUS (*r*).

SARCEUTITÆ adtrahens (*ſ*).

HARPOCRATES, aut HERPOCRAS (*t*). Ejus aridum epuloticum (*u*); auriculare (*x*).

HARPOCRATIONIS etiam auriculare (*y*), conjungit CLERICUS.

DARIUS,

(a) GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. III.
(b) *Compoſ. ſec. gen.* L. III. ib. fin.
(c) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(d) *Compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(e) Ib. L. II.
(f) *Compoſ. ſec. gen.* L. V. Videtur fuiſſe ASCLEPIADIS præceptor.
(g) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(h) *Compoſ. ſec. loc.* L. X.
(i) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(k) Ib.
(l) Ib.
(m) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(n) Ib.
(o) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(p) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(q) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(r) Ib.
(ſ) Ib.
(t) ANDROMACH. apud GAL. *Compoſ. ſec. gen.* L. III. V. VII.
(u) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(x) *Compoſ. ſec. loc.* L. III.
(y) Ib.

DARIUS, cujus eſt paſtillus (z).

AGATHOCLES (a).

ARISTOCLIS malagma (b).

ISIDORI ad nomas (c) (d).

APOLLOPHANES, niſi eſt antiquus ille (e) p. 32.

IRIONIS fuſcum (f).

ACHILLAS (g).

MAGNUS (h); an Tarſenſis, ut puto, cujus remedium ad hæmorrhoides acerrimum exſtat ex cyclamine & felle (i), & floridum (k), & aſter (l). Emplaſtrum exſiccans ex ſalicibus (m).

MAGNUS PHILADELPHUS ſeorſim dicitur (n). EJUS ad carbunculos paſtillus.

MAGNUS Epheſius, in cujus L. II. epiſtolar. agitur de hydrophobia, cujus ſedem cor fecit & ſtomachum & diaphragma (o).

CRITO, & ipſe antiquior eſt ANDROMACHO, cum GALENUS diſerte dicat, priorem HERAM *Iceſium* dixiſſe, inde CRITONEM, tunc ANDROMACHUM (p), & voluiſſe a CRITONE diſcrepare (q). De *ornatu* aliquot libros reliquit (r). Ejus numeroſiſſima medicamenta externa a GALENO citantur.

Ipſum quod modo dixi *Iceſium* (ſ). Ad ſugillata (t), Stomaticum (u). Epuloticum ex ladano (x), emplaſtrum diabotanon (y): emplaſtrum de ſcillis

H 2 GALE-

(z) ANDROM. ib. L. V.
(a) ANDROM. ap. GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(b) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(c) ANDROM. ap. GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. V. VI.
(d) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(e) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII. hic malagma.
(f) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(g) ANDROM. ap. GAL. *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(h) L. V. *gen.* ſimpliciter dictus.
(i) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(k) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(l) PAULUS L VII.
(m) ORIBAS. ad EUST. L. III.
(n) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(o) CÆL. *acut.* L. III. c. 4.
(p) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. III.
(q) L. V.
(r) Quos citat GAL. de *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(ſ) Ib.
(t) *Compoſ. ſec. loc.* L V.
(u) Ex muſto ib. L VI.
(x) *Compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(y) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.

Galeno laudatum (*z*); dia Aconis (*a*); ad ſtigmata (*b*); naribus immittenda (*c*); & ad varia aurium mala (*d*); ad oris cruſtas (*e*); ad columellæ mala (*f*); aniceton (*g*). Gleucinum (*h*); ad menti vitia (*i*); Iſis viridis (*k*); ad ulcera maligna (*m*); ad capillorum defluvia (*n*): ad pruritum (*o*). Emplaſtrum de ſalicibus (*p*). Aliud medicamentum (*q*).

Apollonius pharmacopola (*r*), qui in Ægypto vixit, aliquanto Andromacho antiquior eſt, a quo non infrequenter citetur (*ſ*). Ejus conſilia & remedia ad dolores aurium habet Galenus (*t*), & de iis extrahendis, quæ in aures illabuntur (*u*): ad ozænam (*x*), ad polypos; ad aurium carneas excreſcentias (*y*); & ſugillata (*z*): ad ſonitus & ſuſurros (*a*); ad aurium gravitatem (*b*). Aridum (*c*); malagma emolliens (*d*); ocularia (*e*); & aromaticum (*f*): aridum ad hebetudines (*g*); ad ſuffuſiones (*h*); Pepiaſmenon collyrium (*i*); ad dentes (*k*). Conſilia pro demorſis a crocodilo (*l*).

Laudat eum hactenus Galenus, quod aliquanto plenius quam Andromachus

(z) Ib.
(a) Ib. Pro medicamento veſicas trahente habet Terillus.
(b) Actuar. *meth.* L. VI. c. 6.
(c) *Compoſ. ſec. loc.* L. I.
(d) Ib. L. III.
(e) *Sec. loc.* L. VI.
(f) Ib.
(g) *Sec. gen.* L. VI.
(h) Ib. L. VII.
(i) *Sec. loc.* L. V.
(k) *Sec. gen.* L. V.
(m) *Sec. gen.* L. IV.
(n) *Sec. loc.* L. I.
(o) Aet. L. IV. I. c. 126
(p) Oribas. ad Eust. L. III.
(q) Paulus L. VII. c. 13.
(r) *Compoſ. ſec. loc.* L. II.
(ſ) Androm ap. Galenum *ſec. gen.* L. V. VII. & III.
(t) *Compoſ. ſec. loc.* L. I. III.
(u) Ib.
(x) Aetius L. VI. c. 93.
(y) Aetius L. VI. c. 85.
(z) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(a) L. III.
(b) Ib.
(c) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(d) *Sec. gen.* L VII.
(e) *Sec. loc.* L. V.
(f) Aetius L. VII. c. 79.
(g) L. VII. c. 97.
(h) C. 98.
(i) C. 111.
(k) L. VIII. c. 33.
(l) L. XIII. c. 6.

MACHUS medicamenta deſcribat; tamen & carpit *(m)*, quod non accurate ſatis diſcrimina cauſarum definiat, quod contraria multa miſcuerit. Cum ex ejus conſilio medicus in aurium dolore piper adhibuit, malum immaniter auctum fuiſſe notat *(n)*.

Scripſit *parabilium* libros aliquos *(o)*.

An idem APOLLONIUS *Archiſtrator*, cujus melinum citat ANDROMACHUS *(p)*?

An is fuerit APOLLONIUS *organicus*, cujus ad carbunculos medicamentum ASCLEPIADES citat *(q)*; & junior chirurgus, cujus ἡμικράνιος *(r)*, & de ſcarificatione locus *(ſ)*.

APOLLONIUS Tarſenſis, cujus remedium citat GALENUS *(t)*.

APOLLONIUS θὴρ EROTIANO dicitur, in l. de *Ambe*, Ejus ædicula *(u)*.

APOLLONIUS Pitanius, cujus medicamentum ad ſuffuſiones PLINIUS habet *(x)*.

APOLLONIUS Pergamenus, multos, quibus aquæ metus aliunde ſupervenisſet, ſanatos fuiſſe, neminem, cui canis rabidi morſus mali cauſa fuerit *(y)*.

Difficillimum vero fuerit omnes illos numeroſos diſtinguere APOLLONIOS.

Antiquus ille MUS, HEROPHILI diſcipulus, non potuit noſter eſſe, cum iſte res Romanas citet (z); neque ARCHIGENIS & CRITONIS ſimillima fuiſſent medicamenta *(a)*; neque GALENUS eum cum ARCHIGENE comparaſſet. Compara, quæ GALENUS de APOLLONIO dicit, HEROPHILI diſcipulo *(b)*.

XENOCRATES ab ANDROMACHO juniori citatus, & PLINIO dictus *(c)*. Ejus eſt emplaſtrum dolorem ſedans *(d)*. Medicamentum auriculare, quo uſus eſt ANDROMACHUS *(e)*. Album *(f)*; paſtillus *(g)*.

H 3 EUDE-

(m) *Sec. loc.* L. II.
(n) *Compoſ. ſec. loc.* L. III.
(o) *Sec. loc.* L. I. II. III.
(p) Ap. GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(q) *Sec. gen.* L. V.
(r) *Faſc.*
(ſ) De *cucurbit.* ORIBAS. L. VII. c. 19.
(t) *Sec. loc.* L. IX.
(u) Ap. ORIBAS. NICET. GAL. *faſc.* 98.
(x) L. XXIX. c. 6.
(y) ORIB. ad EUST. L. VIII. c. 13.
(z) GAL. *ſec. loc.* L. II. de aure.
(a) Bibl. Botan. L. II. p. 101.
(b) *Sec. loc.* L. III.
(c) L. XXXVII. c. 11.
(d) GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(e) Ap. GAL. *compoſ. ſec. loc.* L. III.
(f) *Compoſ. ſec. gen.* L. I.
(g) *Compoſ. ſec. gen.* L. IV.

EUDEMUS (*h*) THEMISONIS ſectator, qui negavit aliquem evaſiſſe, qui ex canis rabidi morſu aquam metuerit; num LIVILLÆ corruptor? Ejus remedia adverſus id malum.

CAII duo (*i*), niſi alter fuerit ophthalmicus ille (*k*).

MINUTIANI ad ſtrumas emplaſtrum (*l*).

POLYSTOMI emplaſtrum, ad podagram (*m*).

PRYTANIDES (*n*).

SOLON dentarius. Ejus auriculare (*o*).

SPHENDUSA (forte femina) (*p*).

CHRYSANTHUS GRATIANUS (*q*).

LECANIUS AREUS Tarſenſis (*r*), ad quem DIOSCORIDES ſcripſit (*ſ*). Ejus aridum erodens medicamentum ad nomas ex plumbo (*t*): ad durum ſplenem (*u*); paſtillus (*x*); auriculare (*y*); ad ſordida (*z*). Peſſus acris (*a*).

DIOSCORIDES, Tarſenſis vel Anazarbæus, botanica laude celebris, multorum medicamentorum chirurgicorum auctor fuit. AREO amico medicamentum ſanguinem comprimens tradidit (*b*). Gleucinum ex ejus *mater. med.* L. I. ipſe GALENUS citat (*c*). Sed plurima alia olea noſter eo loco deſcribit. Medicamentum ad ulcera maligna (*d*) GALENUS etiam habet, cataplaſma AETIUS (*e*); & ad pedum tophos (*f*) med.

Deinde liber VI. magna ex parte huc pertinet. De morſu enim animalium

(h) DIOSC. L VI.
(i) ANDROM. *ſec. loc.* L. II.
(k) P. 52.
(l) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(m) GAL. ib.
(n) ANDR. ap. GAL. *ſec. loc.* L. III.
(o) *Sec. loc.* L. III.
(p) ANDROM. ib.
(q) Ib.
(r) *Compoſ. ſec. loc.* L. III.
(ſ) *Sec. loc.* L. VI.
(t) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(u) *Sec. loc.* L. IX.
(x) *Sec. gen.* L. V.
(y) *Sec. loc.* L. III.
(z) *Sec. gen.* L. V.
(a) PAUL. L. VII.
(b) GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(c) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII. ex c. 56.
(d) *Sec. gen.* L. IV.
(e) L. VII. c. 95.
(f) AETIUS L. XII. c. 45.

lium venenatorum agit, & primum de rabidi canis morſu fuſe, cujus vulnus urit, & vulneratos a ſerpente ſcarificat. Varia a ſerpentum morſu ſymptomata nuperiores in calidas regiones peregrinatores confirmaverunt.

Spurius liber fere eſt ASCLEPII & DIOSCORIDIS chirurgia, cujus codex ſervatur in *Bibl. S. Victoris* (*g*).

In *Euporiſtis*, quæ DIOSCORIDI tribuuntur Argentorati 1565. 8. *. CONRADI GESNERI cura excuſis, medicamenta ad omnia corporis mala, etiam chirurgica, tumores, ulcera, morſum animalium venenatorum numeroſa recenſentur.

In *hippiatricis* medicamentum eſt, quod refertur ad DIOSCORIDEM.

## §. XXVII. ANDROMACHUS.

ANDROMACHI filius, quorum uterque NERONIS fuit Archiater.

Ejus plurima & probata fuiſſe medicamenta GALENUS fatetur, tamen ut virtutes confectionum fere omitteret & diſcrimina (*a*).

Liber *de exterioribus* citatur (*b*), & *de oculorum remediis* (*c*).

Medicamenta ejus numeroſa GALENUS citat ad ulcera maligna (*d*).

Iceſium ab HERA ſumtum (*e*); viride (*f*). Ægyptia ad nervos (*g*), fuſca (*h*). Aridum epuloticum (*i*). Alia epulotica (*k*), ad ſanguinem de naribus fluentem (*l*), de Beſaſa medicamentum fere ut HERAS (*m*), catagmaticum (*n*) barbarum, nempe ex bitumine paratum (*o*). Ad veſicæ adfectus medicamenta. Quo curata eſt uxor MARII, & in FRONTINO (*p*). Myſterium a ruſtico acceptum (*q*). Pro CLEMENTE SERTORIO ad bronchocelen (*r*); & viride (*ſ*), panacea

(g) Ap. MONFAUCON L. II. p. 1369.
(a) *Sec. gen.* L. III. IV. VII. *ſec. loc.* L. V. IX.
(b) GAL. *ſec. gen.* L. V.
(c) *Sec. gen.* L. I.
(d) *Sec. gen.* L. III.
(e) L. V. & VII, ut CLEM. SERTORIUS.
(f) *Sec. gen.* L. II.
(g) Ib. L. III.
(h) *Sec. loc.* L. VI.
(i) L. IV.
(k) L. II.
(l) *Sec. loc.* L. III.
(m) Ib. L. VI.
(n) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(o) Ib.
(p) *Compoſ. ſec. loc.* L. X.
(q) Ib.
(r) *Sec. gen.* L. VI.
(ſ) L. VII.

panacea ex argenti ſpuma &c. (*t*) melinum (*u*). Quo ſanatus eſt Aruntius Aquila (*x*). Emplaſtrum emolliens (*y*) paſtillus (*z*) crocoſus (*a*) ad ſplenem (*b*); ad gangrænam emplaſtrum ex ærugine (*c*). Auricularia (*d*), ſtomaticum ex Punicis (*e*). Malagma emolliens (*f*). Ad ulcera maligna (*g*); ad capillorum defluvia (*h*). Gleucinum unguentum ex muſto (*i*). Ad aphthas acerrimum medicamentum (*k*).

## §. XXVIII. Ante Plinium.

Apelles ſcincum ad ſagittarum vulnera valere ſcripſit (*a*). Meminit ejus Galenus (*b*). Ej. diachartu (*c*).

Straton Erasistrateus. Ejus eſt de ambe locus. Ejus *antidotus* (*d*).

Bacchius hujus fere ævi fuit, cujus dictionarium vocum Hippocraticarum Erotianus plerumque ſequitur, & cujus ſententiæ fere accedit, ut in loco de ambe.

Ejus eſt emolliens, quo Cæsar uſus eſt (*e*).

Erotianus ſuam λεξεων συναγωγην Andromacho inſcripſit; hujus adeo ævi eſſe putatur. Cum tamen Menestheum citet Stratoniceum (*f*), & Stratonicus Galeni fuerit (*g*) præceptor, putes poſterioris eſſe ævi. Voces aliquas chirurgicas Hippocratis interpretatus eſt, veterumque opiniones collegit; fuſe de *Ambe* egit, ubi plurimas antiquorum interpretationes comparavit.

Aretæus Cappadox, magnus medicus, incertæ eſt ætatis, quem nemo ante Aetium citaverit. Elegantia tamen ſtyli, & Romani ſplendoris plurima veſtigia,

(t) *Sec. gen.* L. II.
(u) Ib.
(x) *Sec. gen.* L. VII.
(y) Ib.
(z) Ib. L. V.
(a) Ib.
(b) *Sec. loc.* L. IX.
(c) Ib. L. VI.
(d) *Sec. loc.* L. III.
(e) Ib. L. VI.
(f) *Sec. gen.* L. VII.
(g) Ib. L. IV.
(h) *Sec. loc.* L. I.
(i) *Sec. gen.* L. VII.
(k) Ib. L. VI.
(a) Plin. L. XXVIII. c. 8.
(b) *Antidotor* L. II.
(c) *Compoſ. ſec. gen.* L. V. c. 14.
(d) Aetius L. IV. 1. c. 346.
(e) Gal. *ſec. gen.* L. VII. ex Asclepiade.
(f) De Ambe.
(g) De *atra bile* c. 4.

gia, & curationum ex ſecta methodica profectarum, & pneumaticæ ſectæ ſententiæ, quam non putes poſt GALENUM ſuperfuiſſe, conjuncta faciunt, ut interim in hæc tempora referam, facile ceſſurus melioribus. *Chirurgica* ſcripſit & citat, quæ interierunt. In iis, quæ ſuperſunt, aliqua huc pertinent. Arteriotomen exercuit. Abſceſſum coli prope hepar in dextra parte ipſe ſecuit, ex quo multum puris effluxit, multum etiam per renes & veſicam deceſſit: poſt longum tempus tamen æger convaluit (*h*). In hæmoptoe ad ſanguinem reſervandum manubus & pedibus vincula injecit (*i*). Canem rabidum ſolo halitu monet inficere (*k*). Calculum majorem negat curari (*l*). Bronchotomen improbat (*m*). Proprio ferramento in cephalea ſanguinem de naribus detrahi jubet (*n*). Cauterio polypum ſanavit (*o*). Cathetere abſtinendum, quando veſica inflammata eſt (*p*). Venarum delectum recepit (*q*); & inter minimum digitum & medium venam ſecuit (*r*). Calculus ad veſicam connatus (*ſ*). Epilepſiam curat pertere-brato cranio, ut meninx denudetur (*t*). Cantharidibus ad veſicas excitandas primus utitur (*u*). Ignem admovet ad curandos lienis ſcirrhos (*x*). Malagma ſuum ad ventriculi mala citat, quod ſit μυϛήριον (*y*).

LYCUS a PLINIO citatur (*z*), ſi idem eſt cum LYCO Neapolitano; ejus aliqua medicamenta externa ſuperſunt. Cataplaſma ex frumento (*a*). Ex LYCI commentariis ad viperarum morſum aliqua apud PAULUM exſtant (*b*), apud ORIBASIUM vero de clyſteribus dyſentericorum, fere adſtringentibus, etiam cum auripigmento. Cataplaſma ex panis fermento (*c*).

## §. XXIX. C. PLINIUS SECUNDUS.

Cum totos decem libros de medicina ſcripſerit, morbos externos eorumque medelam non prætermiſiſſe potuit. Alio autem ordine utitur, ut fere ex plantis



(h) *Diuturn.* L. I. c. 9.
(i) *Cur. Acut.* L. II. c. 2.
(k) *Acut. cauſ.* L. I. c. 7.
(l) *Diut. cauſ.* L. II. c. 4.
(m) *Acut. cur.* L. I. c. 7.
(n) *Diut. cur.* L. I. c. 2.
(o) Ib. c. 4.
(p) *Acut. cur.* L. II. c. 8.
(u) Ib. c. 2.
(r) Ib.
(ſ) *Diut.* L. II. c. 4.
(t) *Diut. cur.* L. I. c. 4.
(u) Ib.
(x) C. 2.
(y) C. 7.
(z) L. XX.
(a) ORIBAS. L. IX. c. 25. AETIUS. De Cæſ. ſ.
(b) L. V. c. 13.
(c) ORIBAS. Coll. L. IX. c. 25.

tis primum ſcripta remedia enarret, L. XXVI. ad externos perinde, ut ad internos morbos; ad cutis mala, ſtrumas, ad luxata, vulnera, ulcera. L. XXVII. de iisdem. Inde L. XXIX. medicamenta ex animalibus depromta, etiam ad canis rabidi morſum, calculum, ulcera, cancros. Porro L. XXIX. & XXX. de morſu phalangiorum, aſpidum, cutis malis, ſtrumis, ambuſtis, calculis, carbunculis agit. L. XXXI. & XXXII. remedia ex aquatilibus recenſet. L. XXXIV, XXXV. ex mineris, ubi emplaſtrorum cum plumbo conponendorum rationem deſcribit. Compilata eſſe, & plurima vana notum eſt, & ipſe levitatem conſiliorum adgnoſcit, ſeque VARRONIS exemplo tuetur. Paſſim etiam aliqua vere chirurgica inter L. XXIX. c. 7. ſparſa ſunt, ut MARII exciſus varix (a). Exſecti de matris utero SCIPIO Africanus major & MANILIUS, qui primus Carthaginem cum exercitu intravit, & CÆSARUM primus & CÆSO (b).

## §. XXX. SORANUS, CÆLIUS.

SORANUS Epheſius ante ARCHIGENEM vixit (a), methodicus, ſed vir gravis, ne a GALENO quidem carptus, cui ea ſecta odio erat. Pluſcula chirurgica Cl. viri ſcripta fuerunt. Libellum *de fracturarum ſignis* COCCHIUS edidit, ex NICETÆ codice, non antea editum; quem putat eſſe fragmentum operis περι κοινοτητος, & ab eo, ſed corruptas voces aliquas PAULLUM tranſcripſiſſe (b). Breviter fracturas percurrit, a capite ad calcem. In coſtarum fractura ſpatia intercoſtalia linteis replet. Si oſſea fragmenta pleuram compugerint, ea jubet excidere. Habet ex eo PAULLUS (c). Humerum ſolis manibus reſtituit (d).

Alii duo codices Pariſiis ſunt (e).

Numeroſas faſcias VIDIUS ex SORANO ſumſit, ut GALENI *l. de faſciis* ſuppleret, codice uſus, quem tamen non totum neque convertit, neque edidit, ſed ea fere decerpſit, quæ putabat GALENI operi deficere. Prodiit cum HIPPOCRATIS libris chirurgicis Paris 1544. fol. * (f); tum cum GALENO Baſil. 1562. fol. * & alias. Multo plures vero faſciæ cum iconibus ſunt in NICETÆ (g) collectione.

Medicamenta aliqua externa SORANI citantur, ut illitio de uva acerba (i). In amiſſo opere, cujus magnam partem CÆLIUS ſervavit, paracenteſin abdominis

(a) L. XIX.
(b) L. VII. c. 7.
(a) SORANI medicamentum, quo etiam uſus eſt ARCHIGENES AETIUS L. VI. c. 55.
(b) P. 47. n. 4.
(c) L. VI. c. 96.
(d) PAULL. L. VI. c. 99.
(e) B. R. P. n. 2247. 2248.
(f) C. 70. 103. 118. 123, 137. &c.
(g) C. XII.
(i) AETIUS L. VIII. c. 43.

nis probavit (*k*). Apechema admiſit (*l*). Infantem vidit a morſu aquam reformidantem (*m*). Fracti humeri extenſionem & retentionem ſolis miniſtris perfecit, abſque machinamento (*n*).

Liber περὶ μητρας anatomici potiſſimum argumenti eſt; aliqua tamen habet de morbis mulierum ad chirurgiam ſpectantibus. Externam membranam uteri ſolam elabi, dum interna locum ſuum tenet. Ad latera etiam declinare. Ipſe putat ſe vidiſſe, in hernia teſtem femininum cum cremaſtere excidiſſe. Hujus operis forte partes fuerint, quæ apud AETIUM conſervantur: de ſeminis fluxu (*o*), de uteri debilitate (*p*), de furore uterino (*q*), reſolutione & frequente abortu (*r*), de prolapſu uteri. Non totum elabi, ſed ovi ſtruthiocameli ſimilem eſſe; nuper elapſum conatur reſtituere. Tum uteri laxus (*ſ*) ſcirrhus, qui ſolvi poſſit, ſi circa os & collum uteri ſedem habuerit, ſi circa fundum, ſpem nullam ſupereſſe. Multa addit medicamenta (*t*).

Neſcio quæ *Gynæcia* CLEOPATRÆ a MONTFAUCONIO *Bibl.* MEDICEA dicuntur reperiri, libri nempe IV. a SORANO collecti (*u*).

Iſagogen volens omitto, indignum viro opus.

Apud CÆLIUM locus eſt de hydrophobia (*x*).

CÆLIUM AURELIANUM cum SORANO relinquimus, cujus præcepta *latinizavit* (*y*); eos enim ſolos auctores citaſſe video, quos a SORANO putes citatos fuiſſe, latinum nullum, neque GALENUM, neque quemquam poſteriorum, niſi ARCHIGENES poſterior eſt, & LEONIDES epiſyntheticus. Ita tamen SORANUM vertit, ut ipſe loquatur, ſuamque ſententiam dicat. Ipſe quando vixerit, ignoratur. Styli barbaries ea eſt, ut etiam quinto ſeculo ævoque MARCELLI vixiſſe potuerit. Pluſcula vero medicis interſpergit pertinentia ad eas curationes, quæ manu fiunt. Laureolam deſcribit novum inſtrumentum, quo calcem de arthriticorum artubus eximeret (*z*). Laryngotomen damnavit (*a*). Clyſteris ex folliculo dandi modum accurate exponit (*b*).

 Para-

(k) CÆL. *tard.* L. III. c. 8.
(l) CÆL. *acut.* L. III. c. 11.
(m) ID. ib.
(n) PAUL. L. VI. c. 99.
(o) L. XVI. c. 72.
(p) C. 73.
(q) C. 74.
(r) C. 75.
(ſ) C. 81.
(t) C. 86.
(u) 73. n. 15.
(x) *Acut.* L. III. c. 9.
(y) *Acut.* L. II. c. 28. & L. I. &c.
(z) *Chron.* L. V. c. 2.
(a) *Chron.* L III. c. 4.
(b) *Tard.* L. IV. c. 3.

Paracenteſin abdominis probat & commendat, ex qua viderit aliquos convaluiſſe, (*c*) muliebri cathetere aquam educit. In colicis etiam ignem, aliquando tamen remotiori loco admovet (*d*). Venæ frontis & linguæ ſectionem rejicit (*e*). Cucurbitulis in phrenitide & ſæpe alias utitur (*f*), & hirudinibus (*g*); inque iſchiade cauterio & hirudinibus (*h*) & acribus epithematibus (*i*), maſculæ cæterum chirurgiæ & dolorem facienti medicinæ adverſus. De hydrophobia fuſiſſime agit (*k*): dentium dolorem adtigit (*l*), ubi denuo ab evulſione ſibi metuit. De auxiliis ad ſanguinis jacturas judicat (*m*). Frequenter urit lienoſos & jecoroſos (*n*). In eadem & in paralyſi ſcarificat (*o*), & hirudines admovet (*p*). Membranam cerebri læſam plerumque, non tamen ſemper mortem inferre (*q*). Pulmonem a ſagitta læſum aliquando convaluiſſe (*r*).

Scripſit alibi *chirurgica*, *ſ. reſponſiones medicinales* (*ſ*) de dentium evulſione (*t*), & de calculo (*u*), & de muliebribus, peſſorumque varietatem deſcriptam dedit (*x*). Sed ea quidem interciderunt.

MOSCHION incertæ ætatis eſt, non tamen poteſt poſteriori loco poni, cum eum junior ASCLEPIADES citet (*y*). Catagmaticon MOSCHIONIS citat, medicamentum ad nomas (*z*), & epuloticum (*a*), illinitionem ad oculos, GALENUS (*b*), & emplaſtrum ad fracturas (*c*).

Scripſit

(c) *Tard.* L. III. c. 8.
(d) *Tard.* L. IV. c. 7.
(e) *Acut.* L. I. fin. & c. 12.
(f) *Acut.* L. I. c. 11.
(g) *Acut.* L. III. c. 2.
(h) *Tard.* L. V. c. 1.
(i) *Chron.* L. V. c. 1.
(k) *Acut.* L. III. c. 9. ſqq.
(l) *Tard.* L. II. c. 4.
(m) *Chronic.* L. II. c. 13.
(n) *Tard.* L. III. c. 4.
(o) *Tard.* c. 1. L. V. 2.
(p) *Ad colicam tard.* L. IV. c. 7. *ad iſchiadem* L. V. c. 1.
(q) Ex ASCLEPIADE *Acut.* c. 1.
(r) *Tardar.* L. III. c. 12.
(ſ) *Chron.* L. IV. c. 1. L. V. c. 2. *Acut.* L. II. c. 1. L. II. c. 13. L. III. c. 7.
(t) *Tard.* L. II. c. 13.
(u) *Tard.* L. II. c. 4.
(x) Ib.
(y) GAL. *compoſ. ſec. gen.* L. III. citatum in ASCLEPIADIS *med. ext.* L. III. *compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(*) *Compoſ. ſec gen.* L. II.
(z) Ib. L. V.
(a) *Sec. gen.* L. II.
(b) L. IV.
(c) *Sec. gen.* L. II.

Scripſit *de ornatu* librum, pro obſtetricibus, quo de alopecia egit (*d*) & de *mulierum morbis*, cujus libri codex reperitur Auguſtæ Vindelicorum Græce (*e*). Eum librum Græce edidit C. WOLF. Matricem totam prolapſam ſe excidere, & ab ea operatione feminas ſupervixiſſe apud antiquos reperiri. Sellam habet obſtetriciam; obſtetricis in partu officium, minutasque curas, morbos muliebres; varias partus difficilis cauſas, perverſosque fetus ſitus, & auxilia; ut pedibus educatur puer, ita enim jubet, ſi in caput non æque commode dirigi poſſit. Medicamenta ad partum expediendum. Embryulcum habet, quem fetui mortuo injicit, ut de utero extrahat.

ANATHONIS philoſophi peſſarium dicitur in *Gynæcæis* (*f*). Is fuerit Philoſophus, qui falſus eſt, molam fuiſſe, quam putabat uteri eſſe hydropem.

## §. XXXI. ARCHIGENES.

AGATHINUS ARCHIGENIS Præceptor, citatur ab ASCLEPIADE ob paſtillum ſtypticum (*a*).

ARCHIGENES non poteſt multo inferiori ævo recenſeri, qui JUVENALI dictus ſit. Apamenſem & TRAJANO coævum faciunt. ORIBASIUS in libro 49. cujus partem COCCHIUS ex NICETÆ codice edidit, ARCHIGENIS locum de ſanguine ſubtercurrente dedit (*b*), & de ſuturis divulſis (*c*).

Porro libellum de partibus amputandis (*d*). Vaſa jubet laqueo conſtringere, quæ eunt ad partem amputandam, nervos per ambitum reducere, membranulas abradere. Reperitur etiam in B. R. P. n. 2247.

De calculo fragmentum eſt in B. R. P. n. 2276.

Tertium l. *de locis affectis* GALENUS citat.

Apud AETIUM locus eſt, ubi teſtatur optimo ſe eventu in hydrope femora ſuramque depleſſe ſcarificando (*e*). Idem in paralyſi juſſit in medullæ ſpinalis ſede & in vertice cauteriis uti (*f*). De cancro mammæ IDEM AETIUS locum habet (*g*).

Locum de ſinapiſmo ex epiſtola ad ARISTONEM idem AETIUS (*h*).

 Alium

(d) GAL. *ſec. loc.* L. I.
(e) MONTFAUCON p. 594.
(f) *Harm.* p. 1.
(a) *Sec. gen.* L. V.
(b) p. 117. & in B. R. P. n. 2247.
(c) p. 119. & in B. R. P. l. c.
(d) p. 156.
(e) L. X. c. 30.
(f) Ib. L. X. c. 28.
(g) L. XVI. c. 44. 50.
(h) L. I. 3.

Alium de hepatis abſceſſu (*i*), quem ſuadet aperire, ut tamen periculum non diſſimulet. Alium locum de elephantiaſi (*k*). De obturatione narium, medicamenta. Qui ſanatus fuerit nigella & ſcilla per nares infuſa (*l*). De volvulo ex hernia, veneno. Clyſteribus utitur, cataplaſmatibus, fomentis (*m*). De Ischiade. Veteres uſtione eſſe uſos, multos eſſe eo remedio ſanatos (*n*), poſſe ſtercore caprino uri. Poſt exciſum calculum dat lac aſininum, quod ſolum proſit. Malagma etiam ex ficu imperat (*o*). De renum calculo fuſe agit (*p*). Ad ganglion calcem vivam adhibet (*q*). De abſceſſu uteri (*r*). Ut aditus paretur dioptra, qua vagina dilatatur, quo abſceſſus poſſit ſcalpello incidi (*ſ*). De abſceſſu uteri rupto (*t*). Ad uteri cancrum, in quo ſolano utitur (*u*). Ad ejusdem viſceris ſcirrhum, ad quem medicamenta præſcribit (*x*). Qui caſtrati ſunt, eos elephantiaſi non corripi (*y*).

Medicamenta externa ARCHIGENIS GALENUS plurima repetit (*z*). Omnino certe empirici ſunt ingenii, plurima ſimplicia, ſed abſque diſcrimine (*a*) & ordine temere congeſta, ad unum malum centena, ut etiam alieniſſima commiſceat, & repulſoria ubi mollire opus eſt, vana etiam admittat, qualis eſt muſtelæ ſanguis, & amuleta in capitis dolore; denique conſilia dat utentem deſtitutura; quorum exemplum eſt ubi aquæ perpetua irrigatione parotides ſolvere ſuſcipit. Carpit etiam GALENUS, quod in faucium malis alieniſſimo loco præſcribat potulenta (*b*); quod empiricorum more ad vulnera meningum calamenthæ ſuccum abſque diſcrimine commendaverit, adque capitis dolores acetum roſaceum (*c*).

Medicamenta ipſa ARCHIGENIS aliqua recenſebimus. Ad defluvia capillorum, adque capillos tingendos; tum ex thapſia medicamentum (*d*): ad auditus gravitatem, ſurditatem (*e*); ad illapſa aliena, ubi caput concutit; animalculis acria varia

(i) L. X.
(k) L. XIII.
(l) AETIUS L. II. 2. c. 96.
(m) ID. L. III. 1. c. 28.
(n) ID. L. III. 4. c. 3.
(o) ID. L. III. 3. c. 15.
(p) ID. L. III. 3. c. 4.
(q) PAULUS L. IV. c. 16.
(r) AETIUS L. IV. 4. c. 85, 86, 87.
(ſ) C. 86.
(t) C. 87.
(u) C. 96.
(x) C. 87.
(y) L. IV. 1. c. 122.
(z) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(a) *Compoſ. ſec. loc.* L. III. 1. L. II. & VI.
(b) L. VI AET. L. XI. c. 4.
(c) *Compoſ. ſec. loc.* L. II.
(d) *Compoſ. ſec. loc.* L. I. c. 3. conf. AETIUS L. VI. 55.
(e) *Sec. loc.* L. III.

varia ſuperfundit. Porro ad aurium externos adfectus. Ad parotides: ad ozænas (*f*); ad narium polypos. Apophlegmatiſmi, cataplaſmata ad calidum capitis dolorem (*g*). Amethyſta. Inde de fiſſuris (*h*) & contuſionibus capitis. Ad ſonitus aurium acria & calida. In ægilope pauca remedia ſuadet, & chirurgia utitur, ipſoque cauterio (*i*). Porro ad menti eruptiones, dentium dolores (*k*). Ad uvulæ morbos varia. Nigra porro exſtant ARCHIGENIS (*l*): malagma ad calculum (*m*); ſmegma ad arenulas pellendas (*n*); aliud poſt calculum expulſum (*o*).

Habet ipſæ etiam ORIBASIUS ad oculorum claritatem medicamentum (*p*) ARCHIGENIS. Scolopendræ morſum curare oleo calido ſuſcipit (*q*). Ad viperæ morſum (*r*). Varia apud AETIUM ad mala cutanea (*ſ*). Et ad parotides ACTUARIUS (*t*).

Dropax, emplaſtrum ad tumores (*u*).

Ex libris SEVERI aliqua mutaſſe (*x*).

## §. XXXII. HELIODORUS.

ARCHIBIUS ab HELIODORO citatur (*a*) de fiſſuris. Aridum epuloticum ASCLEPIADIS correxit (*b*).

MENODORUS totum os fiſſum excidit apud HELIODORUM (*c*). Ambroſiam MENODORIAM GALENUS habet (*d*).

HELIODORUM non longe removemus, chirurgi certe JUVENALIS meminit, cujus id eſſet nomen, & HELIODORI aridum GALENUS citat (*e*).

Multa

(f) AETIUS L. VI. c. 92.
(g) GAL. *compoſ. ſec. loc.* L. II.
(h) Ib. L. III.
(i) Ib. L. V.
(k) L. VI.
(l) AETIUS L. VI. c. 51. ad capitis dolores.
(m) L. XI. c. 7.
(n) Ib. c. 5.
(o) C. 15.
(p) *Synopſ.* III.
(q) PAULUS L. V. c. 9.
(r) Ib.
(ſ) L. XIII.
(t) *Meth. med.* L. VI. 9.
(u) AETIUS L. IV. 1. c. 124.
(x) ID. L. III. 1. c. 34.
(a) NICET. coll. p. 96.
(b) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(c) Ib. c. 14.
(d) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII. c. 3.
(e) *Compoſ. ſec. gen.* L. V. c. 14.

Multa ejus loca chirurgici argumenti apud ORIBASIUM exſtant. Multo etiam plura inde ſumſiſſe COCCHIO probabile viſum eſt (*f*). *Chirurgica* HELIODORI NICETAS in notis ad ſuum codicem citat (*g*).

Ejus locus de capitis vulneribus exſtat in NICETÆ collectione (*h*). Ipſe manu curavit, & varia ad incidendum inſtrumenta adhibuit. Oſſa negat (*i*) dolorem ſentire. In fiſſura partes cranii defractas nonnunquam ſibi relinquit, quas ſperat convalituras (*k*). Membra luxata abſque inſtrumentis reponebat. Alius locus de carie calvariæ (*l*). Alius de oſſe excreſcente, quod totum (*m*) delere jubet, per ambitum primo exterebratum. De alopecia (*n*). De extremis membris abſcindendis (*o*). Vinculum ſuper locum ſectionis injicit, & prius carnes diſſecat, quam ſerram adhibeat. De his, quæ digitis accidunt (*p*). Loci de variis artus reponendi modis (*q*) initium & finis. Quatuor de faſciis capita HELIODORI in eadem *collectione* repeiiuntur (*r*), iterumque duo alia (*ſ*).

Capita aliquot HELIODORI ex codice NICETÆ ſumſit, & in ſuis chirurgicis edidit (*t*) VIDIUS Paris 1544. fol. ut GALENUM de faſciis pleniorem ederet.

NICETÆ *collectio* etiam bis in Pariſina Bibliotheca reperitur, & additur, alterum codicem in MEDICÆA fuiſſe, alterum a Biblioth. Fontebleandenſi n. 2247; in quo HELIODORI de capitis vulneribus; de fracturis; de carie capitis; de exoſtoſi; de amputatione, de digitis, & faſciarum capita 49; & de machinamentis nonnullis, deque artuum repoſitione.

Denique HELIODORUM de machinamentis ORIBASIUS ſervavit, vertitque VIDIUS, & in chirurgicis edidit: adjectus eſt idem editionibus ORIBASII, plenus libellus, qui & ipſe eſt in NICETÆ *collectione*, & quo machinæ ab ipſo retro HIPPOCRATE inventæ breviter recenſentur. Abſque machinis ad palæſtræ morem in junioribus & feminis luxata reſtituit.

Non ſeparari debere putes ejusdem argumenti ſcriptores. Huc PERIGENES organicus, cujus organon citatur, & Galea gladiatoria (*u*). Ej. *Geranis*, quæ etiam HIPPOCRATI tribuitur (*x*). Ej. *Thais*, quæ ad alios ab aliis refertur.

AMYNTÆ

(f) In NICETAM p. 86.
(g) P. 87.
(h) P. 91.
(i) P. 92.
(k) P. 96.
(l) P. 112.
(m) P. 124.
(n) Ib.
(o) P. 156.
(p) P. 159.
(q) Apud ORIBASIUM cum NICETA p. 172.
(r) N. 114. 117.
(ſ) N. 128. 129. adducens retinaculum χειλοφυλαξ.
(t) C. 101. 113. 119. 129. &c.
(u) GAL. *faſc.* c. 28.
(x) C. 74.

Amyntæ vallum (*y*): ad naſum in alteram partem declinaturum (*z*). Ej. thorax (*).

## §. XXXIII. Alii ante Asclepiadem.

Deileon, cujus ad maligna ulcera medicamentum eſt cephalicum (*a*).

Aristarchus Samius, cujus eſt paſtillus (*b*).

Serapias. Aridum ex Serapiade (*c*).

Eunomius (*d*).

Strathon Berytius. Ejus ad oculos (*e*). Nonne Straton. p. 64.

Marcius, cujus nectarium (*).

Menius Rufus; Ejus acopon (*f*).

Aphrodisius, cujus collectio citatur (*g*).

Alii legunt Aphrodam.

Patroclus, Cæsaris libertus. Ejus illinitio (*h*).

Pompeii Sabini medicamentum pro Flavio Clemente Domitiani adfini (*i*). Ejusd. Polyteles ad podagram Aburnio Valenti datum (*k*).

Charixenus ad ulcus (*l*) arteriæ, alias citatus, ad polypos (*m*), ad ozænas (*n*), qui locus dicitur *poſt chirurgiam*. Ej. auriculare (*o*); ad inflammationes aurium (*p*) cum ulcere.

Lysias ad ulcus arteriæ (*q*).



(y) Gal. *faſc.* c. 51.
(z) C. 54.
(*) C. 83.
(a) Gal. *compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(b) Id. *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(c) Ib.
(d) Ib.
(e) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(*) Ib.
(f) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(g) Ib.
(h) Ib.
(i) Ib.
(k) Ib.
(l) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
(m) Ib. L. III.
(n) Ib.
(o) Ib.
(p) Ib.
(q) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.

Origenias ad profunda ulcera aſperæ (ſ).

Aster ad ulcera cancroſa (t).

Turpillianus, perinde (u).

Amphion (x).

Claudius Damonicus perinde (y). Ejus auriculare (z).

Philocalus (a).

Domitii Nigrini illinitio (b).

Antigonus medicus in caſtris exercitatus. Ejus ſphragis (c).

Threptus, cujus paſtillus ad ulcera ſerpentia (d).

Nicolaus (e), cujus paſtillus, emplaſtrum ad vulnera recentia (f).

Amythaon. Ej. parygron ad ancyloſes (h). Ejus malagma Trallianus habet (i). Emplaſtrum Paulus (k). Ej. ad hypochondriacos malagma (l).

Onesidemus (m).

Primion ad ulcera Chironia (n).

Diophantus chirurgus. Ejus emplaſtrum (o). Emplaſtrum ad ſerpentum morſus (p).

Ad ambuſta (q).

Gennadius. Ejus collyrium (r).

Poly-

(ſ) Ib.
(t) *Compoſ. ſec gen.* L. IV.
(u) Ib.
(x) Ib.
(y) Ib. L. IV.
(z) *Compoſ. ſec. loc.* L. III.
(a) Ib. L. X.
(b) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(c) *Compoſ. ſec. loc.* L. II.
(d) Ib. L. V.
(e) Ib.
(f) Paulus L. VII. c. 17.
(h) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(i) Ib. L. VIII. c. 13.
(k) L. c.
(l) Oribas. ad Eust. L. III.
(m) *Compoſ. ſec. loc.* L. X.
(n) *Compoſ. ſec. gen.* L. IV. & Actuar. *meth. med.* L. VI. 6.
(o) Ib. L. V.
(p) Galen. *antidot.*
(q) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(r) Ib. L. IV.

Polyxenus. Ej. med. ad palpebras ſcabras (ſ).

Erasistratus Sicyonius (t).

Cleobulus. Ejus medicamentum ad nomas (u).

Diodori med. ad carbunculos (x) & ex calce, alumine, lapide Aſio, quod Galenus habet (y).

Ej. naſturcinum (z) &c.

Lucii, præceptoris Asclepiadis, ad renes (a), ſanguinem ſiſtens (b), emplaſtrum adtrahens (c), de chalcitide (d), diarrhodon (e), paſtillus ſtypticus (f), ad fracturas (g); diarrhodon emolliens (h); viride (i): epuloticum (k): catagmaticum (l), melinum (m), malagma ad articulorum diſtortiones (n).

Nonne Lucius Tharſenſis Gal. (o)?

Severus. *Severianum* ad palpebrarum ſcabritiem (p); Ej. *Theodotio* (q). Ej. linimentum ad totum caput (r). Ejus locus de ulceribus in oculo curandis, de carbunculis (ſ) palpebrarum; aſpredine, ſycoſi & callis (t); de ægilope (u), ulcere ad magnum angulum, quem urere jubet. Idem in doloribus ſecabat neruum temporum tranſverſum ad ipſum uſque os (x). Uſtio temporum,



(ſ) Ib.
(t) *Compoſ. ſec. loc.* L. X.
(u) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(x) Ib.
(y) *Compoſ. ſec. loc.* L. X.
(z) Ib. L. IX.
(a) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(b) Ib.
(c) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(d) Ib. L. II.
(e) Ib.
(f) Ib. L. V.
(g) Ib. L. II.
(h) Ib. L. VII.
(i) Ib. L. V.
(k) Ib. L. II.
(l) Ib.
(m) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(n) Aet. L. III 4. c. 42.
(o) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX. medicamentum ad dyſenteriam.
(p) Ib. L. IV.
(q) Aetius L. VII. c. 27. 32. 33. 114. &c. Alia etiam paſſim medicamenta habet, quibus nomen ſit Theodotion. ib. c. 114.
(r) Aetius L. VII. c. 99.
(ſ) Id. L. VII. c. 15.
(t) Id. L. VII. c. 30.
(u) Id. L. VII. c. 83.
(x) Id. L. VII. c. 88.

rum , etiam arteriotome (z). Pulvis Severius (a). Cataplaſma ex libris SEVERI: hic putes SEVERUM ante ARCHIGENEM poni debere, qui in eo medicamento aliquid mutaverit (b). EJUSD. cataplaſma, illitiones muſculorum temporum (c), & totius capitis (d).

TELAMON (e).

PETRONIUS. Ejus Virtus (f).

TERENTIUS. Ejus paſtillus ſtypticus (g), diarrhodon ex roſis (h). Hunc virum putes eſſe, qui pleno nomine dicitur MARCUS TERENTIUS ASCLEPIADES (i).

PITHION. Ej. catagmaticum (k).

AERIANUM medicamentum inſcriptum DIOMEDI (l).

TONSOR Bithynicus ut videtur. Ej. ad hydropem (m), malagma (n).

PETINUS ad profunda ulcera aſperæ (o).

## §. XXXIV. ASCLEPIADES JUNIOR.

Numeroſi fuerunt cum hoc nomine medici, ut quem hic GALENUS velit, non ſatis intelligas. MARCUM TERENTIUM ASCLEPIADEM eumdem eſſe putabam pleno nomine (a) dictum, cognomento *Pharmacionem* (b), cujus *externorum* libros quinque (c) GAL. citat. Quartus adſcribebatur MARCELLÆ (d).

Verum ab ea ſententia receſſi, quod TERENTIUS ſeorſim, & eodem quidem cum ASCLEPIADE capite citetur (e).

Non potuit prioris eſſe ævi, qui TITI Cæſaris medicamentum citet (f).

GALENUS ſæpe laudat, quod melius ANDROMACHO vires definiat (g), quod

(z) AETIUS ib. c. 89. ibi laudat ſuum monogenes.
(a) TRALLIAN. L. II. c. 6.
(b) AETIUS L. III. 1. c. 34.
(c) ID. L. II. 3. c. 4.
(d) ID. ib. c. 95.
(e) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(f) Ib. L. V.
(g) Ib.
(h) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(i) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII. c. 6.
(k) Ib. L. III.
(l) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(m) Ib. L. IX.
(n) PAULUS L. VII. c. 18.
(o) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
(a) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII. c. 6. Item le CLERC p. 841.
(b) Ib. L. IV.
(c) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX. & III.
(d) Ib. L. X.
(e) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(f) *Compoſ. ſec. loc.* L X.
(g) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.

quod doceat medicamenti conficiendi modum (h). Eſt tamen ubi carpat, quod tempora morborum non addat (i).

Multa collegit vetuſtiorum, etiam potiſſimum HERÆ, ut tamen aliqua mutaverit. Ex ANDROMACHO (k) auriculare ſumſit, ex NICERATO alia (l).

Ejus ad ozænam medicamentum GALENUS habet (m); ad oculorum mala ex lapide Phrygio (n), quod GAL. laudat; agglutinatorium ad oculos (o). Panacea collyrium (p); ex hirundinibus abſque beſaſa. Stomaticæ illinitiones (q). Libianum (r). Stella (ſ). Acopum (t). Malabathrinum (u). Ad hæmorrhoides (x), ad ſplenem (y); ad prolapſum uterum (z); malagma ad mala ischiadica (a).

Catagmaticum (b); epuloticum ex cydoniis (c); ad ulcera cancroſa (d); viride (e); gilvum (f); ad maligna ex ſalicum foliis emplaſtrum (g); ad alia maligna ulcera (h); chironia (i).

Ægyptium. Emollientia malagmata (k). Acopa (l). Metaſyncriticum (m); ad arthritidem pro JULIO Secundo. Epithemata ad capitis dolorem (n); ad alopecias (o); ad polypos (p); ſanguinem de naribus (q). Cicatricem in ulceri-

 bus

(h) *Compoſ. ſec. gen.* L. II. & III.
(i) *Compoſ. ſec. loc.* L. II.
(k) *Compoſ. ſec. gen.* L. III.
(l) *Compoſ. ſec. loc.* L. II. & III. ex L. I. *externorum* ad fractas aures & vulnera.
(m) Ib. L. III.
(n) Ib. L. IV.
(o) Ib.
(p) AETIUS L. VII. c. 109.
(q) ID. L. VI.
(r) L. VII. c. 104.
(ſ) Ib.
(t) AETIUS L. III. 4. c. 44. Podagrica multa ID. ib.
(u) ID. L. VIII. IV.
(x) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(y) Ib.
(z) Ib.
(a) Ib. L. X. AET. L. III. 4. c. 5. habet etiam malagma acre AET. L. III. 2. c. 11.
(b) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(c) Ib.
(d) Ib. L. IV.
(e) Ib. L. V.
(f) Ib. L. II. ex argenti ſpuma.
(g) Ib.
(h) Ib. L. VI.
(i) Ib. L. IV.
(k) Ib. L. VII. habet ad ſcirrhos TRALL. L. VIII.
(l) Ib.
(m) Ib.
(n) AETIUS L. VI.
(o) Ib.
(p) Ib. c. 93.
(q) C. 95. Vinciebat etiam pollicem pedis.

bus ducentia (*r*). Ad dolores femorum paſtillus (*ſ*). Extus in podagricis opio uſus eſt (*t*).

Orphiti compoſitum, quo liberatus eſt pectoris dolore (*u*). Variorum apud Asclepiadem medicamenta (*x*).

Cæterum hactenus ad chirurgos pertinet, quod medicamenta ad mala externa deſcripſerit, nihil enim lego, quod manu ſit molitus. Quæ vero fuerint antiquorum medicamenta externa, docte expedivit D. Clericus. Recte adnotavit, μαλαγματος nomen a medicamenti mollitie ſumtum eſſe, vires ſæpe acres & adſtringentes fuiſſe. Lipara & parygra emplaſtra molliora erant. Collyria aliquid ſimile erant magdaleonibus; poſteriori vero ævo id nomen ad oculorum mala reſtrictum fuit.

## §. XXXV. Rufus.

Rufus Epheſius, inſignis ſcriptor, Asclepiadem juniorem & Archigenem citat (*a*), a Galeno vero citatur. Cum multa ſcripſerit, pauca fragmenta ad poſteros pervenerunt; ſupereſt *de renum & veſicæ morbis* libellus, ſed imperfectus, & in ipſa inciſione ulceris extus ſe efferentis abruptus. A renum ulcere ſeminis generationem ſupprimi. De calculi ſignis egerat in L. ad vulgus X.

De *machinis medicis* videtur ſcripſiſſe. Scamnum certe Hippocratis Oribasius ex Rufo citat (*b*).

In l. *de regimine infantum* ſcripſit de ulcere Ægyptio, cui igne medetur, & de aphthis malignis. In. l. *de medicamentis popularibus* habebat aliqua ad ophthalmiam; ſic in l. *de morbis oculorum*; in l. *ad vulgus* de auris doloribus, ubi oleum cum vino laudat. Hæc apud Rhazeum. Alius l. *de canis rabidi morſu* dicitur, cui additum eſt etiam Possidonii nomen. Magnus numerus medicamentorum. Unguentum Rufi ad penem erigendum apud Oribasium (*c*) reperitur, & apud Aetium (*d*) ſmegma odoratum coſmeticum.

De venis artuum exſcindendis (*e*) in fluxu ad pedes, & de uſtione locus ſupereſt (*f*); alius de ſanguinis eruptione apud Aetium. Eſcharotica rejicit. Arteriam aut ligare jubet, aut totam reſecare (*g*). Exſtat etiam ejus de clyſteribus locus (*h*) deque eorum materie (*i*).

§. XXXVI.

(r) L. XVI. c. 95.
(ſ) Oribas. ad Eust. L III.
(t) Aet. L. III. 3. c. 38.
(u) *Compoſ. ſec. gen.*
(x) Galen. *ſec. loc.* L. IV.
(a) ita intelligo locum Aetii L. III. ſerm. II. c. 27.
(b) *Machinam.* c. 28
(c) *Synopſ.* ad Eust. L. III.
(d) L. VIII. c. 6.
(e) Aetius L. XII. c. 24.
(f) C. 25. laudat etiam, ſi ulcera ægre ſanabilia fuerint.
(g) L XIV. c. 52.
(h) Oribas. Collect. L. VIII. c. 21.
(i) C. 39.

## §. XXXVI. Leonides.

Leonides Alexandrinus, Epiſyntheticus, citatur in *l. de introductione*, ut huc pertineat, ſi is libellus vere Galeni eſt: Sed mihi quidem id dubium videtur. Non adeo humilis fuit ſcriptor, ut nuſquam ejus a Galeno nomen diceretur, ſi prior vixiſſet. Quæ ejus ſuperſunt, ea fere apud Aetium exſtant. Locus de cauteriis (*a*); de ſcarificatione: non in ſura ſola, ſed & ſcrotum & femora & manus poſſe ſcarificari (*b*). Abſceſſum faucium ut aperias (*c*); de ſutura palpebræ crudeli operatione (*d*). De peruſtione ſedis prolapſæ, quam ait tutam eſſe (*e*); de abſceſſibus ſedis anique fiſtula, quam ſuper flexum ſpecillum aperit (*f*); de thymis pudendorum (*g*); de teſtium & ſcroti inflammatione (*h*); de hydrocele (*i*); de ramice (*k*) inteſtinali. De ſtrumis, quas vocat χοιράδας (*l*); de atheromate & meliceride. Cutem incidere jubet, tumoresque, ut vocant, enucleare, cavere ne tunica lædatur, ampliorem ad tumorem & myrti folio ſimilem inciſionem fieri debere, omnino ut nuper Britanni: lapidoſa etiam corpora & quaſi ramenta ſulfuris in tunicatis tumoribus vidit. Ad mammarum fiſtulas (*m*) emplaſtra. Ad ſcirrhum & cancrum mammarum (*n*). Ut iſtum amputet Leonides; alterne incidit & urit, donec totum tumorem amputaverit. Aliquando tamen igne abſtinet (*o*). Ad induratam mamillam (*p*). Purulentis ut thorax inter V. & VI. coſtam aperiatur; videtur autem vel ipſe addere, aut Paulus (*q*), mortem eos non evadere. Varicoſa vaſa ſpermatica (*r*) debere ligari, ſi omnia varicoſa fuerint, cum teſte ejici. Ventoſum varicem non debere tangi. Ut artus amputaverit vitatis magnis vaſis nerviſque (*ſ*). Ad nomas paſtillus ex œſypo (*t*). De hydrocephalo inſignis locus. Malum fere imperitia obſtetricum deberi, ſub cute aquam colligi, vel inter os & pericranium, vel inter calvariam & duram matrem, denique inter eam meningem & cerebrum. Suturas a multo humore diduci & hiare. Incidere jubet, ut muſculus vitetur (*u*).

§. XXXVII.

(a) L. VII. c. 92.
(b) Aetius L X c. 30.
(c) Id. L. VII.
(d) Ib. c. 69.
(e) L. XIV. c. 7.
(f) Ib. c. 10.
(g) C. 17.
(h) C. 20.
(i) C. 21. diſtinguit ejus ſpecies & uſtionem præfert.
(k) C. 22.
(l) L. XV.
(*) C. 57.
(m) L. XVI. c. 41.
(n) L. II. c. 44.
(o) C. 46.
(p) C. 51.
(q) L. VI. c. 44.
(r) C. 64.
(ſ) C. 84.
(t) L. XIV. c. 51.
(u) L. VI. c. 1.

## §. XXXVII. Antyllus.

Eadem mihi de Antyllo fuit ſuſpicio fuiſſe Epiſyntheticum. Non poſſum tamen diſſimulare in emplaſtris habere ordinem ſyſtematicum, primum, ſecundum, tertium (*a*).

Plura loca habet Oribasius.

Ex L. II. *de præſidiis evacuantibus.* Fuſe de variis venis, quæ inciduntur, ut ſanguis mittatur, de frontis venis, de tribus venis bracchii. In debilibus & pinguibus ſuperiorem recte incidi, mediam ſi ſubitam] evacuationem quæſiveris; alia occaſione inferiorem, cujus tamen inciſio gracilibus non conveniat (*b*).

Inde adminiſtratio venæ incidendæ ægris: quibus vinculum inferre neceſſarium ſit, quibus nempe muſculi brachii elati ſunt. In vena frontis aut linguæ vinculum collo circumdandum, ſi in manu fovendam calida (*c*). Ut punctim ſecetur (*d*), transverſim, rectà, oblique (*e*). Ut fiat, ut ſanguis facilius fluat (*f*).

Tunc de arteriarum ſectione (*g*), ſub cute ad occiput, ſecus aures, in vertice verſus ſinciput, non adeo de iis arteriis, quæ a temporibus ad frontem pertinent. Cum periculo ſecari, quæ ante aures ſunt; in occipite debere ſectionem ad os uſque duci, & os ipſum dividi.

Idem de cucurbitula (*h*). In doloribus levioribus debere abſque ſcarificatione admoveri, non vero mammis (*i*), cum multo igne quando ad caput.

De ſcarificatione (*k*), de hirudinibus (*l*). Ejus glandula & clyſter (*m*).

Porro de dropace (*n*), de ſinapiſmo, de ſuffitibus ad muliebria admotis (*o*): Ej. olfactoria (*p*), collyria (*q*), paſtilli (*r*) ad clyſteres, alii illiniendi, peſſi (*ſ*), de iis

(a) Paulus L. VII. c. 17.
(b) Oribas. Collect. L. VII. c. 7.
(c) C. 9.
(d) C. 10.
(e) C. 11.
(f) C. 12.
(g) C. 13.
(h) C. 14. Galen. de *cucurbit.*
(i) Galen. ib.
(k) Oribas. l. c. c. 18. Galen. l. c.
(l) Oribas. l. c. c. 21. ad Eust. p. 15.
(m) Paulus L. VII. c. 10.
(n) Oribas. Coll. L. X. c. 12.
(o) C. 19.
(p) C. 20.
(q) C. 23.
(r) C. 24.
(ſ) C. 25.

iis quæ infunduntur (*t*), de unguentis (*u*), de malagmatibus (*x*), de acopis (*y*), porro de empaſmatibus (*z*), cataplaſmatibus (*a*), inunctionibus.

Ex primo *de præſidiis* loca non contemnenda habemus de cataplaſmatis compoſitione (*b*).

Ex 7. l. *de remediis extrinſecis* de dropace (*c*) de ſinapiſmo (*d*), de collyriis (*e*) quæ ANT. dicit etiam utero, fiſtulis, ſinubus inponi, de paſtillis (*f*), de peſſis (*g*), de unguentis (*h*), de malagmatibus (*i*), de acopis (*k*), de cataplaſmatis &c. (*l*), de auricularibus med. (*m*), de dentium remediis (*n*).

Curationem eroſæ palpebræ ex ANTYLLO AETIUS habet, quæ duabus fit inciſionibus (*o*).

Locus *de hydrocephalo* eſt (*p*) in ORIBASII l. de fracturis, quem COCCHIO debemus. Eum tumorem noſter jubet incidere, ſi cutem inter & calvariam aqua collecta fuerit.

Bronchotomes tota ratio: quæ fit tribus ſub laryngе annulis & inter annulos (*r*). Suturam poſt hydrocelem cruentam adhibuit (*ſ*).

Curationem varicis docet (*t*); elevat hamo, incidit. Cauteria in ore, nare, aure, pene, per cannulam admovet obvoluta pannis madidis (*u*).

De calculo fuſe, quem ad CELSI modum excidit. Monet ne corpus veſicæ incidatur, quod non conſolidetur, ſed collum utique (*). De calculo peni in-



(t) C. 26.
(u) C. 27.
(x) C. 28.
(y) C. 29.
(z) C. 31.
(a) C. 32.
(b) ID. L. IX. c. 4.
(c) L. X. c. 12.
(d) C. 13.
(e) Ib.
(f) C. 24.
(g) C. 25.
(h) C. 27.
(i) C. 28.
(k) C. 29.
(l) C. 32. 33. 34.
(m) C. 35.
(n) C. 36.
(o) L. VII.
(p) NICET. p. 121. ſq. & in Cod. Par. n. 224.
(r) AETIUS L. VI. c. 33.
(ſ) PAUL. L. VI. c. 82.
(t) ACT. L. XII. c. 2.
(u) ID. L. XIV. c. 7.
(*) RHAZ. *Cont* L. IV. c. 2.

pacto. Ligandum ne labatur, excidendum, extrahendum(x). Alius locus de ganglio & de carie: ut id malum(*)adgnoſcatur. In paronychia de qua ſanies fluit,incidendum,os corruptum excidendum (y). Deſcriptio paracenteſeos (z). In umbilico perforandum ſi malum in inteſtinis fuerit; in ſplene ſi eo loco: inmittendam eſſe fiſtulam. De calculi origine, de mictu harenarum & calculo molli, qui ſolvi poſſit. Quando inciditur curandum, ne quidquam reliquum fiat. Ut curetur, cui exiguus eſt calculus. Adnaſci veſicæ lapidem,hinc a moto corpore dolorem ingraveſcere (a). De morbo palpebræ ſuperioris. De ungula exciſa nihil relinqui debere. Cataractæ depoſitio. Nominat aliquos, qui ſub pupillam operati cataractam extraxerint. Apoſtema ſacci lacrumalis non ſparſum neque ad nares neque ad oculum. In trichiaſi palpebræ tranſfuuntur. Medicamenta, emplaſtra ex ſpuma argenti, aere uſto, auripigmento, alumine, ut in emplaſtrum recipiantur (b).

ANTYLLI malagma (c).

Fragmentum ex ANTYLLO eſt in *Bibl. Vindobonenſi.*

## §. XXXVIII. VARII.

JULIANUS cujus barbarum (d); an ejus JULIANIUM apud TRALLIANUM?

MENECRITI faſciæ ad partes externas (e).

MNASEUS, vel ſi idem eſt, MNASEUS Methodicus fuit (f).

EJUS eſt diachylon l. (g). Medicamentum emolliens ad parotides diſcutiendas emplaſtrum (h). Cataplaſma (i). Nomen etiam PHILUMENI MNASÆI reperitur, cujus eſt cataplaſma (k) & clidion (l).

Deinde PHILUMENI nomen ſolum (m). EJUS Anthera.

Hujus PHILUMENI, ſimpliciter dicti, multa loca apud AETIUM ſunt. In partu difficili, a fetu viam obſtruente, jubet fetum in pedes convertere, & ſi minus ſuccedat, uncum impingere oculo vel ori (n). Hydropici fetus ventrem incidit

(x) AETIUS L. XV.
(*) Ib. c. 5.
(y) Ib. C. XV.
(z) L. VII.
(a) C. 2.
(b) PAULUS L. VII. c. 17.
(c) Ib. c. 18.
(d) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. II.
(e) ORIBAS. *Machin.* c. 121. & apud NICETAM.
(f) L. *de introd.*
(g) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. *ſec. loc.* L. III. qui fuſe de eo agit *Euporiſt* L. IV. AETIUS L. VI. c. 90.
(h) ACTUAR. *meth. med.* L. VI. AET. L. XV. c. 14.
(i) TRALLIAN. L. III. c. 7.
(k) ORIBAS. *ſyn.* L. III.
(l) ID. ib.
(m) Ib.
(n) AETIUS L. XVI. c. 23.

incidit & viſcera eripit, caput etiam in gravi caſu amputat & tumidum incidit, evacuat (*o*) coxam etiam reſecat (*p*). Ad caput vitiatum conſilia (*q*). Ad mammarum inflammationem (*r*); indurationem (*ſ*); uteri inflammationem (*t*); thymos & verrucas vulvæ (*u*). Ut ſecundas oporteat educere docet (*x*). De inflammatione tonſillæ & ulcere: de uteri inflammatione (*y*); de thymis, verrucis ani (*z*). Aridum admirandum SEVERI (*a*).

EJUSD. PHILUMONI remedia (*b*) varia externa, etiam frigida. De aurium dolore (*c*): de oculorum obſcuratione (*d*): de urinæ difficultate in febre (*e*), de ulceratione circa os ſacrum (*f*), circa ſcrotum & anum (*g*).

Collyrium NAUCRATITÆ (*h*).

NICETIS ex GALBANO (*i*).

OLYMPIONICI oculare (*k*).

ZOSIMI oculare (*l*) ad tumores (*m*).

HERMOPHILI collyrium thalaſſinum (*n*). EJ. collyrium habet AETIUS (*o*).

POMPONII BASSI ad incipientem ſuffuſionem (*p*).

APIUS PHASCUS. EJUS excoriatorium (*q*).

AXIORII (*r*) medicamentum cutaneum.

ÆSCHRION, empiricus Pergamenus, quem GALENUS inter magiſtros ſuos recen-



(o) Ib.
(p) Ib.
(q) Ib.
(r) C. 38.
(ſ) C. 39.
(t) C. 85.
(u) C. 105.
(x) C. 24. leniter jubet agere. L. VIII. c. 45. 6.
(y) L. XVI.
(z) Ib.
(a) L. XIV. c. 34.
(b) AETIUS L. II. 1.
(c) C. 120.
(d) C. 123.
(e) C. 125.
(f) C. 127.
(g) C. 128.
(h) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(i) Ib.
(k) Ib.
(l) Ib
(m) PAUL. L. VII. c. 19.
(n) Ib.
(o) L. VII. c. 112.
(p) Ib.
(q) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(r) Ib.

recenſet, ex cinere cancrorum exuſtorum medicamentum ad canis rabidi morſum fecit (*t*).

Menaeti melinum ex lithærgyrio (*u*), aliud ejus aureum (*x*).

Papias, medicus ut trichiaſin curaverit (*y*).

Machærionis medicamentum ad auferendas cruſtas in gangræna (*z*).

Baphulli emplaſtrum ad ſerpentum ictus (*a*).

Eudemus chirurgus, ſenecio, in ſanandis fracturis felicior, quam qui blandioribus remediis utebantur (*b*).

Diodori medicamentum ad lichenes (*c*).

Nicostrati malagma ad podagram (*d*).

Zeuxidis (*e*) medicamentum ad menti lichenes.

Diomedis (*f*) Lyſiponion.

Sosandri ad palpebras (*g*).

Timocratis dentifricium (*h*).

Leucus, cujus melinum (*i*); malagma ad articulos diſtortos (*k*).

Philippi in cæſaria (*l*).

Cimonis auriculare ex Ario Tarsensi (*m*).

Azanita (*n*), repetitus in collectione veterinaria (*o*), ubi magnus dicitur auctor.

Lampo, cujus medicamentum ad ozænas ex miſy & ære (*p*).

Cloniani ad podagram (*q*).

Procliani

(t) *Simplic. facult.* L. II.
(u) Gal. *compoſ. ſec. gen.* L. II.
(x) Ib.
(y) Gal. *compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(z) Id. *de art. cur. ad Glauc.* II. c. 9. *compoſ. ſec. loc.* L. V.
(a) Id. *antid.*
(b) Id. *meth. med.* L. VI. fin.
(c) Gal. *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(d) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(e) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(f) Ib. L. IV.
(g) Ib.
(h) Ib. L. V.
(i) Ib. L. I.
(k) Aetius L. XII. c. 41.
(l) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(m) Ib. L. III.
(n) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(o) *Ed. Pariſ.* p. 114. b.
(p) *Compoſ. ſec. loc.* L. III.
(q) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.

Procliani emplaſtrum (r).

Pytii ad dentes motas, niſi eſt Pythicus Damocratis (ſ).

Magni, circulatoris, ad lichenes (t).

Charitonis, circulatoris, ad phalangia (u). Medicum ejus nominis Aetius habet (x).

Simmiæ, circulatoris, adverſus eadem phalangia (y).

Chrysus, cujus *teſtamentum* nomen eſt collyrii, quod dicitur a morte auctoris ab Hadriano eſſe inventum (z).

Charicles, cujus epithema ad capitis dolores: an (*). Non credo eſſe Chariclem Tiberii p. 47.

## §. XXXIX. C. Galenus.

Claudius Galenus, uti nullam partem artis medicæ neglexit, ita neque chirurgiam. In ea ſe juvenis exercuit, cum Pergami ludi gladiatorii curam gereret. Varia tunc excogitaverat ad nervorum vulnera (a), ſectioneſque muſculorum, annos natus 28, & gladiatorum in ludis pontificiis ſauciatorum vulnera ut curaverit exponit (b).

Tum demum, quando Romæ ſedem fixit, curationes, quæ manu fiunt, chirurgis reliquit, urbis mores ſequutus (c). Ophthalmiam tamen, quam Romæ celeberrimus medicus non poſſet ſanare, ipſe rejectis ejus conſiliis balneis ſanavit (d); mitis in univerſum amans medicationis, ut maſculam chirurgiam dictus ſit neglexiſſe. Jam ſenex narrat, ut Theſſalium medicum male medicantem correxerit, cum omnia vulnera cruenta iisdem remediis ſananda ſuſciperet, quæ quidem curatio in nervi punctura alieniſſima viſa eſt (e).

Iterum Theſſalium medicum male aurium ulceri medentem, & alieno loco laxantia adhibentem caſtigavit, & ſicciſſimis adhibitis ægrum ſervavit (f). Ut humerum ipſe manu repoſuerit fuſe. Asclepiadas ait utique in morbis narium



(r) Ib. L. VI.
(ſ) *Compoſ. ſec. loc.* L. I.
(t) Ib. L. V.
(u) *Antidot.* II. habet & Aetius L. XIII.
(x) L. XIII. c. 18.
(y) Ib.
(z) Aetius L. VII. c. 114.
(*) Gal. *compoſ. ſec. loc.* L. II. ante Apollonium quidem & Asclepiadem.
(a) *Compoſ. ſec. gen.* L. III.
(b) In Hipp. *de fract. comm.* III.
(c) *Part. art. med. Meth. med.* L. VI.
(d) In *Aphor.* L. VI. n. 31.
(e) *Meth. med.* L. VI.
(f) Ib. L. V.

rium & capitis medicamenta ad ſuturam coronalem admoviſſe, laxataſque eſſe & mobiles fetus ſuturas & medicamentum abſorbtum (*g*).

Fiſtulas emplaſtro ſuo ex oxelæo & lithargyrio ſanavit (*h*). Muſculos in profundo gladiatoris vulnere conſuit, tendines non auſus. Multos ſe curaſſe (*i*), quibus læſi fuiſſent nervi, & celeriter quidem curatos, periiſſe neminem. Curavit, cui ſummus humerus elapſus erat (*k*): aliumque, cui elapſum eſſe brachium medici non adgnoverant, quod cum brachio dudum (*l*) elapſo comparaverant. Luxationem humeri in anteriora elapſi ſanavit (*m*). Fractæ calvariæ oſſa ut curaverit, modo ſuperne exemto oſſe, modo inferne. Arteriam brachii læſam ſanavit (*n*). Sic ulcus pericardii (*o*), perforato ſterno. In doloribus oculi narcoticis abſtinuit, malumque balneo & humectantibus medicamentis curavit (*p*). Pauperes ut ſublevaret enixe ſtuduit. Hortulanum ex uva pene ſuffocatum ſervavit (*q*). Primus, puto, coævorum arterias incidit.

Ipſe multos morbos chirurgici generis tulit; illinitionibus ulcus femoris in ſeipſo ſanavit, cum jam videretur incidendi adeſſe neceſſitas. Acromium ſibi elapſum & adgnovit, & male curantem aliptam (*r*) correxit, & ſe ipſe reſtituit. Cum peſte laboraret, ſcarificato crure ſe ſervavit (*ſ*). Jugulum ſibi incurvatum ſenſit & ad humerum adductum, cum maximo frigoris ſenſu, & convulſionis motu in cervicis muſculis.

Chirurgici argumenti ſunt. *Commentarii tres* in l. *de iis, quæ in medica officina fiunt.* Vertit J. BERNARDUS FELICIANUS. Incertum eſſe fatetur, num HIPPOCRATES auctor ſit, num THESSALUS; cum alii *Gnoſidici* filio tribuant (*t*). Eſſe, qui velint unum fuiſſe librum, & cum duobus ſequentibus (*u*) continuatum.

Fere chirurgici eſt argumenti, & de deligatione agit, deque vinculis. Artem deligandi in ligneo ſimulachro diſci. Paſſim de vero ſenſu vocum HIPPOCRATICARUM Noſter inquirit, & ASCLEPIADEM refutat: vetat mutare antiquam ſcriptionem. Acia eſt linum vel lana, aut molle aliquid, quod per acum trajicitur. A nimia extenſione artuum convulſio & reſolutio. Citat librum *de motu muſculorum.*

Codex

(g) Ib. L. XIII.
(h) *Compoſ. ſec. gen.* L. I.
(i) Ib. L. III.
(k) *De iis, quæ in medicat.*
(l) Ib.
(m) *Comm.* in l. *de articul.*
(n) *Meth. med.* L. V.
(o) HIPP. & PLAT. *plac.* L. I.
(p) RHAZ. *Contin.* II.
(q) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI. & alibi.
(r) Ad l. *de articulis.*
(ſ) De *cucurbit.*
(t) *Fract.* L. I.
(u) *De articul.* Comm. L. IV.

Codex Mſ. eſt in B. R. P. VIDIO interprete n. *6866.* & in MEDICEA.

Codex Græcus in B. R. P. n. 1849. & 2248.

Porro *commentariorum* in L. HIPPOCRATIS *de fracturis libri* III; pariter J. BERNARDO FELICIANO interprete (*a*).

Cur oporteat fractos artus extendere. Icones ubique adjectæ. Corneæ virgæ HIPPOCRATICÆ hic exponuntur. Cutis partes ſæpe non præcidiſſe ſe, & compoſitas eas comprehendiſſe. Breves cæterum GALENI ſunt commentarii, neque ea adtingit, quæcunque nullam apud HIPPOCRATEM obſcuritatem putat habere.

Edidit ſeorſim VIDUS VIDIUS Pariſ. 1544. fol. *, cujus *commentarii* codex Mſ. eſt in B. R. P. n. *6866.*

Codex Græcus eſt in MEDICEA & in B. R. P. n. 1849. In n. 2247. capita aliqua ſunt de faſciis, fracturis & capitis vulneribus.

*Commentariorum* (*b*) *in* HIPPOCRATIS *de articulis librum* Libri IV. iterum J. B. FELICIANO interprete.

Eſſe omnino continuum librum ei, qui dicitur *de fracturis* & reliquas abſolvere luxationes, De origine vocis *ambes* ſ. gnomonis; de luxatione humeri accurate. Elabi quandoque inter diſſilientes humeri muſculos, deltoidem & bicipitem. Frequenter humerum excidere, primo antrorſum, inde deorſum; & contrario ductu debere reponi. Pilam vix poſſe firmari. Contra piſtillum. Quinquies ſe vidiſſe luxationem, quæ antrorſum fit, non viſam HIPPOCRATI. Mira curatio quaſſationis hominis inverſo capite de ſcala ſuſpenſi. Se utique femoris luxationem bis ſanaſſe, ſed ab humoribus ſenſim auctis natam. Reſtitutio quæ fit inverſo corpore. Citat ſua lignea ſimulachra, in quibus inſtrumentorum effectum demonſtrat. Hujus commentarii pars non exigua interiit.

Edidit cum priori VIDUS, cujus codex eſt in B. R. P. n. *6866.*

Codex alius in MEDICEA eſt Græcus; & in B. R. P. n. 1849 & 2248.

GALENI l. *de faſciis.* Vertit VIDUS VIDIUS & edidit Pariſ. 1544 fol. *. Editionem ſine loco & anno 12 GUNZIUS habet, ego Lugdunenſem 1553 16. * cum LACUNA, forte eandem.

Codex eſt in B. R. P. n. *6866.* Latine ſolum exſtat, niſi quod Græci codices ſunt in collectione NICETÆ, tam MEDICEA quam Pariſina n. 2247. 2245.

Addit in *præf.* VIDIUS plenum eſſe opus hactenus, niſi quod nonnulla deficiant: ea ſe ut ſuppleret ſumſiſſe ex SORANO, exque HELIODORO, ut tamen

(a) Citat ſuum L. I. l. *de muſculorum motu* & L. I. *diſſectoriarum tractationum.* In L. II. *diſſect. muſcul.* In L. III. l. *de uſu partium.*

(b) Citat l. *de motu muſculorum.*

men cujusque operam diſtingueret. Faſciæ ſunt a capite ad calcem, in quibus videas, veteres non minorem induſtriam his in rebus poſuiſſe, quam nuperi quidem: additæ ſunt icones. Paſſim GALENUS aliqua ex antiquioribus ſumſit, ut ad hiſtoriam chirurgiæ pertineat.

Prodiit in GESNERI collectione chirurgica. Tiguri 1555 fol. *

Apud ORIBASIUM de machinamentis agit de ſcala perpendiculari & horizonti paralella; de plinthio; de repoſitione per ſcamnum.

GALENUS *de hirudinibus, cucurbitulis, ſcarificatione* FERDINANDO BALAMIO interprete & L. FUCHSIO Lion 1550. 16. * De carnibus ſolis hirudines ſugere & humores revellere ſcarificationis utilitas ad phlegmonen. Breviſſimus libellus, ut quo encheireſes docentur. Codex eſt in B. R. P. n. 2269.

In eum MELCHIOR SEBIZ commentatus eſt. Argentor. 1652. 4.

EJUS *de tumoribus præter naturam* l. interprete HORATIO LIMANO. Inflammatio, abſceſſus, fiſtula, ſinus, etiam calloſi; tumores cyſtici, meliceris, ſteatoma gangræna, cancer. Eryſipelas, ſcirrhus. Elephas, achores, phagedæna, varices. Breviſſime omnia. Aneuryſma, quod primum a GALENO dictum, vulnus eſt arteriæ, quæ non tota coaleſcit. Varix. Auctor ait ſe *de oculorum malis* ſcripſiſſe, qui liber periit. Noſter ſeorſim prodiit Witteberg 1589. 8. Latine Baſil. 1529. 4. vertente G. ANDERNACO. GUNZ. Græce Pariſ. 1557. 8.

Codex eſt in B. R. P. n. 2164.

Gallice verſus a PETRO COLET. Lion 1540. 8.

In libris medici argumenti paſſim aliqua chirurgica ſunt.

GALENI *de methodo medendi* libri III. IV. ad chirurgiam hactenus pertinent; de ulceribus enim agit L. III. & potiſſimum aſiatica diffuſione refutat THESSALUM, qui omnibus ulceribus eandem opponebat curationem, neque aliam indicationem præter replendorum carne ulcerum ſtudium admittebat, cum alia & alia ulcera aliis modis curare oporteat. Mel non bene ad cerebri ulcera adponi.

In L. II. de ulceribus mali moris. Contra curationem THESSALI metaſyncriticam, ut varia ejus conſilia potius ad malum habitum emendandum pertineant. Contra tres illos dies jejunii methodici, in febre minime neceſſarios. Siccantia fere laudat, alvumque ducentia, & in univerſum cacochymiam jubet corrigere per ea, quæ cuique cacochymiæ contraria ſunt. Singularum partium ulcera ex ordine conſiderat.

L. V. de vulneribus venarum & arteriarum: ea thrombo claudi. Contra eſcharotica in arteriarum vulneribus. Candens ferrum permittit, ubi metus eſt putredinis. Vincula artubus injecta habet. De eroſione & diapedeſi. Contra frigida, præferre ſe vincula & revulſiones. Utique arterias in pueris, inque feminis, glutinari ſola diuturna deligatione, triduo non ſoluta, conpreſſo arteriæ in cubito inciſæ vulnere. Laudat pilum leporinum, frigus. Adſtringentia injicit per fiſtulas;

las;

las; facile vero tranſire monet in anevryſma. In maximo malo utitur cauterio aut eſcharotico, ut calce. Ejusmodi medicamentum etiam ſanguini ſuperfundit, ut coëat. Mulſa in pectus injecta per pulmonem rediit. Ut Theſſalius medicus ulcus fœtidum & verminoſum auris male curaverit, GALENUS vocatus ſubito ſiccante uſus medicamento ſanaverit. Ulcera aſperæ arteriæ ſanata ſiccante medicamento, lacte Stabiis poto. Contra methodicos, medicamenta a partium vulneratarum ſubſtantia mutari, neque idem in omni parte convenire.

L. VI. vulnera tendinum, nervorum. Iſta requirere non aquam, ſed medicamenta calida, euphorbium ipſum cum terebinthina. Iterum male THESSALUM omne cruentum ulcus ſimiliter ſanare: etiam contuſum: puncto nervo oleum antiquum recte imponi. In herniis reponendis utendum eſſe ſyringotomo, non ſcalpello utrinque ſcindente. Gaſtroraphiæ diverſi modi. Alia vulnera, ventriculi, omenti: hoc exiguum reſecandum tantum, vinculo injecto, ne ſanguis nimius fluat. De curandis oſſibus fractis. De machinis. Gloſſocomium HIPPOCRATI non fuiſſe notum. De cranii fractura, terebella & eycliſco abaptiſton habet, & clavum. Glandulas ſæpe intumeſcere in collo & capite, quas ipſe purgantibus medicamentis adgreditur, & farinam tritici cum melle imponit. Glandulas in axillis & inguinibus ſuppuratas cum cute ad modum folii myrtini excidit.

L. XIII. De tumoribus omnis generis. Arteriotomen in calida ad caput fluxione commendat: ea ipſa, ab ÆSCULAPIO ſibi indicata ex dolore ad diaphragma pertinace ſe convaluiſſe; nempe arterias anteriores & poſteriores in fronte & temporibus vinculo injecto jubet incidere: eodem modo varicem curare in teſticulo, & urere.

L. XIV. Scirrhis præcalida nocere. Scirrhos curare ſuſcipit pyrite candente in aceto exſtincto. Muſculorum contuſiones vino cauſtico curat. Linguam prætumidam validis intus purgantibus reſtituit, extus refrigerantibus.

*De purgant. med. facult.* Laudat ſuas cancrorum, ſed incipientium curationes factas purgantibus medicamentis.

In L. II. *de ſimplicibus med.* cancris exuſtis, nimis confidenter, morſui rabidi canis vult mederi.

In librorum *de arte curativa ſecundo* externa medicamenta pluſcula tradit. De inflammatione, de carbone, ſcirrho. Ut in femore ſcirrhum reſolverit, balneo in oleo tenui, & impoſitis amaris gummi ſpeciebus. Sæpius ſe hepatis ſcirrhum ſanaſſe. Abſceſſus: eos profundos ut ad ſuppurationem perducat, ſcarificationes mediocres multas facit. Ne in ſcirrhos tranſeant. Inter ſiccantia numerat calcem oſtreorum cum fermento. Fiſtulæ. Eas ſe ſanaſſe nulla in altero fine inciſione facta; injicit mulſam. Gangræna, cancer, hæc breviter; ſtrumæ.

In L. VI. *de locorum adfectorum natura*, ſeorſim Lion 1549. 16. BB. excuſis, multa ad chirurgica faciunt, ut ſigna vulneratæ veſicæ urinariæ. De vulnere inteſtini, cujus ſedes ex puritate ſanguinis exque tempore divinetur, quo cruor decedit; tanto enim proditurum meraciorem, & tanto citius, quo propius rectum inteſtinum vulneratum fuerit. De morſibus viperarum eorumque curatione. De arteriotome antiquorum. De ſuffuſione, quam paſſim in principiis ſanaverit.

De ulcere epiglottidis, de inflammatione & vulnere cordis, & de tempore, quo ex eo ægroti pereunt. Icterus a viperæ morſu. Abſceſſus varii. De canis rabidi morſu. Fatetur dolorem a pituita vitrea natum ſibi impoſuiſſe, ut pro calculi ſymptomate haberet. Qui cum cordis vulnere aliquamdiu ſupervixerint. Calculum ex inteſtino decedentem alios vidiſſe, ſe nunquam. Canem ſolum rabidum fieri, ejus ſalivam inficere.

In *Commentario ad* L. VI. *Epidemiorum* agit de calculi generatione & ſignis; de tuberculis & in capite tumoribus. Fere medicus.

In *Comm. ad Prognoſticon* de bonis puris qualitatibus. Abſceſſus crurum ex purulentis pulmonibus nati, cujusmodi caſum vidi, qui in cariem femoris erupit.

In notis ad *aphoriſmos* pluſcula ſunt chirurgica. Conſuetam & familiarem ſibi malleolorum ſcarifationem citat. Vulnera cerebri majora vidit ſanata apud Præceptorem PELOPEM.

In l. *de plenitudine* malleolorum ſcarifationem obeſis commendat; delectum venarum ad certarum partium mala levanda admittit, & eas venas deſcribit. Arteriotomen in temporibus & poſt aures laudat. Inciſam in cubito arteriam ſe injecto vinculo abſque anevrysmate ſanaſſe, & præſtare totam diſſecare arteriam.

In l. *introductionis* chirurgica etiam breviter traduntur; calculi curatio, morbi oculi, & crudeles illæ veterum adminiſtrationes.

Libellus de cura lapidis medicamentarius eſt.

Lib. *de morbis oculorum*, cujus eſt codex in B. R. P. n. 2275.

In L. I. de HIPP. & PLATONIS *decretis* deſtructo ſterno, inciſo pericardio, puerum ſanavit.

In *adminiſtr. anat.* L. VII. mortem vidit ſuperveniſſe, cum ob vulnus arteriæ, artus nimis diu vinculo fuiſſet interceptus.

In L. VIII. arteriam inciſam transverſim jubet diſſecare.

Adparet ex his, GALENUM non adeo veræ chirurgiæ fuiſſe imperitum, mollemve, ut quidem M. A. SEVERINI eſt judicium. Arteriarum equidem inciſione abſtinere maluit, & crudeles illas veterum uſtiones non videtur amaſſe, cum multum ab internis medicamentis, a purgantium vi, & a diæta ſperaret.

Magnam partem tamen ſui laboris utique poſuit in re medicamentaria, quam accurate didicit, etiam pretio conducto magiſtro, & manu ſua exercuit, ut omnino ruri, ſi quando medicamentis vulgaribus deſtitueretur, in caſu præſenti alia & alia medicamenta componeret, & propolide, fermento & oxelæo vulnera nervorum curaret (*a*). Teſtas uſtas (*b*) pauperibus utendas dedit. Adverſus achores ipſe chartam exuſſit, pauperibus medicis (*c*) euporiſta tradidit.

EJ. primum libri VII. *de compoſitione medicamentorum ſecundum genera* toti ad mala externa ſpectant. Hoc opus ſcripſit, cum alii duo libri conflagraſſent, quos de eadem re conſignaverat (*d*). Solet autem præmittere rationes, quare his

(a) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(b) Ib. L. I.
(c) Ib.
(d) Citat in L. I. *methodum ſuam med.* etiam L. IV. & VI. *ſimplic. medic.*

his vel illis medicamentis utatur, quare hoc illove modo ea componat, ut nempe ex ſimplicibus medicamentis, hoc vel illo certo gradu caloris vel frigoris notis, aliud componatur ejusmodi gradus, quo gradu natura nullum medicamentum ſuppeditaſſet. Nimiam etiam violentiam componendo frangi, gratiamque aliquam addi. Exemplum dat, ut ſua manu ex chalcitide medicamentum præparaverit & coxerit. Ipſe varia excogitavit auxilia, & Phœnicium ſuum citat (*e*). Lithargyrium ut lavetur. De medicamentis ex lithargyrio, ceruſſa, molybdæna: de ulceribus; ad ulcera cacoethea, & de emplaſtris albis.

Ipſe cum ulcus femoris, etiam fiſtulam, paſſus eſſet, ſanatus eſt meris illinitionibus; & alias medicamento ex oxelæo & lithargyrio fiſtulas ſanavit.

L. II. porro agit de emplaſtris, variorum colorum. Fortia medicamenta cum aceto digeſta miteſcere: ut cum ærugine præparentur: diu cocta gilva reddi. Catagmatica. Barbarum ſuum. Glutinantia, Barbara, quæ ex bitumine.

L. III. potiſſimum ad vulneratos nervos. Tendines in gladiatoribus male curatos ſe vidiſſe, ut quaſi cocti viderentur. De rhizopolis querela, qui medicamenta contaminent. Putrido tendini lixivium adfundit: inflammato oleum. Ad ea mala, tendinum & nervorum vulnera, euphorbium cum oleo. Ut quis nervo conpuncto die ſeptimo interierit. In puncturis cutem jubet duobus locis incidere. Metallica ad nervorum vulnera, ærugo, miſy. Compoſitio ex euphorbio. Medicamentum ad puncturas nervorum, adque rabidi canis vulnus non ſinit vulnus claudi, factum ex pice, aceto, & opopanace. Punctis acriora, denudatis nervis imponit, quæ mediocriter adſtringant & una digerant. Medicamenta ex euphorbio, ex columbarum ſtercore, diabotanon, alia ad nervorum vulnera ibi reperias.

L. IV. ad ulcera maligna ſiccantia, metallica, terrea laudat. Corpora mollia ab acrioribus pati phlegmonen. Ad ANDROMACHI medicamenta varia monet; ita & alibi ſuum judicium interponit. Ad CRITONEM, aliqua de cavis ulceribus, tum ad ASCLEPIADEM & ARCHIGENEM.

L. V. Emplaſtra multiplicis uſus. Ad ea, quæ HERAS adverſus ulcera maligna laudat. Ut alii ſcriptores alios exſcripſerint, HERACLIDEM HERAS, HERAM CRITO, CRITONEM ANDROMACHUS. Paſtilli. Solet autem ex variis ſcriptoribus numeroſa ejusdem tituli medicamenta colligere. Arida ad nomas, carbunculos.

L. VI. Emplaſtra, iterum ad nomas. Virtutes medicamentorum ab ANDROMACHO neglectas ſupplet. Medicamenta plumbea ut coquantur. Fuſe de Ægyptio. Emplaſtra digerentia & extrahentia.

L. VII. emollientia. Scirrhi pathologia. Ut HERAS & ASCLEPIADES in doſibus diſſentiant. Relaxantia. Acopa (quæ laſſitudinem aut dolorem tollunt.) In hoc opere GALENUS potiſſimum HERAM, CRITONEM, ANDROMACHUM & ASCLEPIADEM excerpit.



(e) Ib. L. II.

Vertit J. GUNTHER, ad vetera exemplaria emendavit AUGUSTINUS GADALDINUS.

Arabice L. IV. & VI. cum adnotationibus HONAIN in B. Scurialenſi, n. 791.

Medicamenta varia GALENI ad poſteros deſcenderunt, ut collyrium, quo uſus eſt LEUCUS paſtor (*f*).

Malagma GALENICUM apud PAULUM (*g*).

Non perinde unice chirurgici ſcopi eſt alterum GALENI opus *de compoſitione medicamentorum ſecundum locos* (morbos), cujus L. X. GUINTHERIUS vertit, emendavit NICOLAUS MACCHELLUS (*h*).

Morbos perſequitur a capite ad calcem.

L. I. mala cutanea.

L. II. ad vulnera capitis aliqua.

L. III. ad auris dolores, inflammationem. Recte monet, priſcos non ſatis cauſas & diſcrimina morborum in præſcribendis medicamentis conſideraſſe. Ut parotides ad ſuppurationem ducantur. Paſtillus ex charta uſta GALENI. Adverſus aurium vermes; inmittit veratrum. De polypo narium, breviſſime: ſe uſu diphrygis diu continuato eum conſumſiſſe. Narium ulcera, & proprius ad ea GALENI paſtillus.

L. IV. Ocularia medicamenta varia. Morbi oculi & palpebrarum per ſingulos. Ad ſuffuſionem, fel hyænæ. Ad pſorica etiam *arſenicum* admiſcet. Arterias in temporibus ſe excidere.

L. V. porro de oculorum morbis & dentium. Inflammatis acria & adſtringentia non conveniunt. ARCHIGENEM ſolanum diſcutientibus non bene admiſcuiſſe. Dentes nimis longos lima diminuit. Suum dat dentifricium.

L. VI. oris mala. Adverſus putredinem laudat atramentum ſutorium. Nihil effici externis medicamentis, niſi interna conjungas.

L. IX. aliqua externa ad hydropem. Pompholygis vim beneficam laudat.

In *ſpuriis* & *anatome mortuorum* de vulnere abdominis agit, in quo omentum adparebat: Amplius vulnus reddidit & conſuit. In alio exemplo, bilis profluxit, in alio, urina: ſanatus etiam eſt, cui ſtercus de vulnere effluebat (*i*).

In ſpurio de *Gynæciis* libro, etiam prolapſus & alia chirurgica tanguntur, quatenus medicamentis levantur.

*Chirurgia* GALENI ſ. capitula varia ex operibus collecta M. ſ. ſunt inter BODLEIANOS codices (*k*).

§. XL.

(f) ACTUAR. *meth. med.* L. VI. 5.
(g) L. VII. c. 18.
(h) Citat ſuum *de curandis morbis* & L. III. *meth. curat.* L. V. & *de med. ſimpl.* L. VIII. *de facult. natur.*
(i) RHAZE. L. XIV. c. 4.
(k) B. BRIT. n. 3500.

## §. XL. Post Galenum.

Obſcura ſunt tempora & ſcriptores pauci, neque ſatis certi ævi.

In Alexandri Aphrodisei *proplematibus* aliqua huc faciunt. Ulcera renum & veſicæ difficulter ſanari. Cur ulcera pupillæ cicatrice clauſa alba ſint. Uvulam ſi a radice reſecaveris, phthiſis. Ophthalmiam contagioſam eſſe.

Apud Ælianum aliqua de demorſis ab aſpide (*a*).

Diogenes Laertius de Pythagora dicit medico, qui de herniis ſcripſerit, cujusnam ætatis, non recordor.

In *Geoponica* collectione inque L. XIII. & XVI. aliqua ſunt ad venenatorum animalium morſus.

In L. XVI. de morbis internis equorum aliqua.

L. XVII. de boum caſtratione, ulcere, claudicatione; omnia perbrevia.

In Julii Pollucis *lexico* Inſtrumentum chirurgicum; morbi chirurgici. Sola tamen, ut notum eſt, nomina.

In Q. Sereni Sammonici *de medicina præceptis ſaluberrimis* aliqua ad chirurgiam faciunt, ut (*b*) de fractis & luxatis ſuperſtitioſa quidem & vana conſilia; deinde ad nervos inciſos & dolentes (*c*): ad ambuſta (*d*); ad vulnera (*e*); ad tollendas verrucas (*f*).

Evenoris tempora nunc non continuo reperio; citatur autem a Cælio. Paracenteſin rejicit in V. ſuo libro *curationum*. Aristoxeni locum habet de hydrophobia.

## §. XLI. Aliqui, quos Oribasius citat.

Polites, cujus emplaſtrum geranium ad ſtrumas (*a*), quod dorycnium ſubit & mandragora (*b*). Pſittacum ex Althea (*c*), e ſemine lini (*d*); elephantinum (*e*), e bugloſſo (*f*); ex achate (*g*).

Adamantinum, qui de herniis ſcripſerit (*h*), video citari, cujus medica-



(a) L. IX. c. 62.
(b) C. 53.
(c) C. 54.
(d) C. 60.
(e) C. 63.
(f) C. 64.

(a) *Syn.* ad Eust. L. III. c. 1. Aetius L. XV. c. 14.
(b) Aetius ib.
(c) Id. L. XV. c. 14.
(d) Ib.
(e) Ib.
(f) Ib.
(g) Ib.
(h) Ib.

medicamenta ad ramicem adſtringentia cum ſandaracha & aliud ad phagedænas ORIBASIUS habet (*i*).

ADAMANTIUM ſophiſtam de dentium cura AETIUS habet (*k*).

PHILAGRIUS. Ejus fragmentum de calculo reperitur in B. R. P. n. 2276. AETIUS hunc ſcriptorem ſæpe citat. Diæta eorum, quorum renes ex calculo laborant (*l*). Idem calculum in urethra hærentem inciſione facta volſella eduxit (*m*). Magni ad eum finem fecit ſanguinem humanum ſiccatum (*n*) & paſſerem troglodyticum (*o*). De ganglio (*p*), de ſcirrho (*q*). Ceratum repetit AETIUS (*r*), tum alii. Collyria varia (*ſ*). Medicamentum GALENI ad nervos ſauciatos metallicum ſe efficax eſſe expertum (*t*). PHILAGRII medicamentum ex nitro & oleo (*u*). Hippace (*x*). Med. ad tophos (*y*), ad ſanguinem reprimendum (*z*); diſcuſſorium (*a*); ad evocandum (*b*). Malagma (*c*). Idem cum metallicis deſtitueretur, de ſalicibus addidit (*d*), cum auripigmento & alumine (*e*). Unctiones ad uteri ſuffocationem (*f*) & ſtrangulationem (*g*). Ad oris cruſtas (*h*).

DIO. Ejus collyrium habet ORIBASIUS (*i*) & AETIUS.

PROCLI paſtillus podagricus (*k*).

§. XLII.

(i) Ad EUST. L. III.
(k) L. IX. c. 27. & 31.
(l) L. XI. c. 4.
(m) L. XI. c. 5.
(n) AETIUS L. XI. c. 12.
(o) Ib. c. 8.
(p) L. XV.
(q) ORIBAS. L. IX. ad EUST. c. 60.
(r) L. III. S. 4. c. 23.
(ſ) AETIUS L. VII. c. 111. & alibi.
(t) Apud AETIUM L. XII. c. 33.
(u) Ib. c. 41.
(x) Ib. c. 42.
(y) C. 45.
(z) L. XIV. c. 52.
(a) L. XV. c. 14.
(b) C. 18.
(c) PAUL. L. VII. c. 18.
(d) AETIUS L. XI. c. 8.
(e) ID. L. X. c. 11.
(f) ID. L. XVI. c. 70.
(g) ID. ib. c. 71.
(h) ORIBAS. ad EUST. L. III.
(i) *Syn.* ad EUST. L. III.
(k) Ib.

## §. XLII. Oribasius.

Pergamenus, Juliani amicus, compilator. Prima collectio fuerat ſeptuaginta librorum Juliano Aug. regnante facta, quorum pars maxima interiit. Superſunt quindecim priores libri, tum vigeſimus quartus & vigeſimus quintus, horum unicam editionem hic indico, lat. Baſil. 1557. 8. 2. vol. * In iis libris pauca huc faciunt; in libro quidem XIV. aliqua medicamenta chirurgici ſcopi ex plantis; de exulcerantibus, inter quæ cantharides & nitrum toſtum (*a*), de adſtringentibus (*b*) ſic L. XV. med. ex animalibus fere, ut pleraque hujus ſcriptoris ex Galeno ſumta: num aliqua propria ſint Auctoris difficile eſt dictu. Libro etiam L. VII. de venæ & arteriæ ſectione agit, de cucurbitulis & ſcarificatione. Ulcere carcinode laborantem feminam ſe helleboro ſanaſſe.

L. VIII. de clyſteribus.

Deinde ex conjectura docti viri Antonii Cocchii poſſidemus hujus collectionis libros a XLIII. ad XLVI.

Liber ergo *de laqueis* ex Heracla habetur pro XLIII. (*c*) Eum Vidus Vidius convertit & edidit Pariſ. 1544. fol. * Omiſſo non bene Oribasii nomine redit in editione Baſileenſi, & in Gesneriana collectione, & in Galenicis operibus 1562. fol. * a Gesnero curatis: & alibi Cocchius initium ex Mediceo codice converſum dedit. Vincula ſunt ad univerſas corporis humani partes a capite ad calcem, pauca quidem, cum figuris; non deeſt vinculum, quale ſolebat ad calculi ſectionem adhiberi, & quo caput una cum pedibus conprehenditur.

Græcus codex exſtat in collectione Nicetæ, tum in Medicea, tum in duplici exemplari Pariſino.

Exſtat etiam Latine in B. R. P. n. 6866. valde nuperus codex.

Liber XLIV. dictus eſt, cum Galeni titulo.

L. XLV. ex opinione doctiſſimi Cocchii eſt Oribasius ex Heliodoro de machinamentis Vido Vidio interprete: Redit in editione Galeni Gesneriana. Recuſus fuit cum Græco textu in collectione Nicetæ. Collecta ſunt etiam ex veteribus, Hippocrate, Galeno, aliis, ſed etiam potiſſimum ex Architectonicis. Deſcribuntur enim & delineantur polyſpaſti varii, quibus fortiſſimæ extenſiones fiant, ad fracta & luxata. Deinde ſcala ad humeri luxationem, & ſic porro ad univerſi corporis luxationes aptæ machinæ delineantur. Pro femoris etiam luxatione hic adminiſtrationes reperias. Scamnum Hippocratis Noster laudat ad omnia, ſed potiſſimum etiam ad ſpinam repellendam, quæ retrorſum exceſſit. Nilei plinthium mutavit. De varia genu luxatione, ejuſque repoſitione.

L.

(a) C. 58.
(b) C. 61.
(c) p. XII.

L. XLVI. primum prodiit in collectione NICETÆ (d) Græce & Latine COCCHII cura. Pleraque ſunt ex GALENICIS, quæ exſtant, & poſſunt pro emendando GALENI ſermone paſſim adhiberi. Ipſas autem GALENI voces ORIBASIUS retinet, ut officium curandorum gladiatorum a Pontificibus Pergamenis in ſe collatum ſibi tribuat. Aliqua tamen ſunt ex HELIODORO, ARCHIGENE & ANTYLLO. Sæpe ORIBASII excerpta meliora eſſe GALENICIS, COCCHIUS.

L. *de Luxatis* habetur pro XLVII, quem & ipſum ex collectione MEDICEA COCCHIUS Græce & Latine edidit. Et iſta fere ex GALENO ſunt, ut iterum, quæ GALENO acciderunt, ſibi ajat accidiſſe. Aliqua ex ASCLEPIADE, ARCHIGENE & HELIODORO.

Deinde duplex exſtat compendium magnæ collectionis. Majus aliud, novem librorum, ad EUSTATHIUM, Baſileæ prodiit 1557. 8. * J. B. RASARIO interprete, tum Venetiis apud ALDUM 1554. 8. *

Pene in omnibus libellis aliqua huc faciunt.

In L. I. de venarum, quæ ſecantur ſelectu: tuto cephalicam, mediam ob nervum non ſine periculo ſecari. De arteriarum ſectione, quas medici in temporibus, & pone aures incidunt. Tum de cucurbitulis, ſcarificatione ex APOLLONIO, hirudinibus ex ANTYLLO, de dropacibus, ſinapiſmis.

L. II. Medicamenta aliqua externa, interna alia.

L. III. unguenta, emplaſtra, malagmata, cataplaſmata, paſtilli, collyria, ſmegmata, dropaces, alia ex antiquis, potiſſimum etiam ex GALENO. Collyrium ex ære uſto ſuum ad vetuſtas adfectiones citat.

Liber VII. totus chirurgici eſt argumenti, ad ulcera, tumores, contuſa, luxata, vulnera, carbunculos, fiſtulas, cancros, gangrænam (e), ſphacelum, bubonem, mala cutanea. Externa iterum medicamenta. Malignis plumbum, nervis nudatis calcem & pompholygem adhibet, breviſſime.

L. VIII. ad oculorum mala; tum aurium & dentium, ad canis rabidi morſum.

L. IX. de renum & veſicæ abſceſſu, hujus ulceribus, tum pudendorum, de utero morboſo prolapſo, ſcirrhoſo. Vas in veſica ruptum.

Altera brevior *ſynopſis* ad EUNAPIUM librorum eſt 4. Baſil. 1557. 8. * Venet. 1558. 8. * excuſa. In L. II. aliqua medicamenta ſimplicia, adtrahentia, digerentia.

In L. III. curatio ulcerum diverſi generis, ambuſtorum, carbunculi, cancri. De ſugillatione, contuſione, nervorum vulneribus, ſtrumis, fiſtulis, bubonibus, ſcirrho, bronchocele, venenato morſu, hirudinibus.

In L. IV. de nonnullis morbis cutaneis, ulcera capitis, formulæ aliquæ veterum, ut ANDRONIS paſtillus.

ORIBA-

(d) Sic L. XII. nam p. 45. dicitur L. XLIX.
(e) Apud PAULUM L. IV. c. 19.

ORIBASII *de cucurbitulis*, *ſcarificatione*, *hirudinibus*, *derivatione & revulſione* ſermo, ex L. VII. & VIII. collectionum AUGUSTINO GADALDINO interprete; exſtat cum GALENO. Loci ſunt ANTYLLI, HERODOTI, APOLLONII, & MENEMACHI. Num caput 20. L. VII. ſit ORIBASII, num APOLLONII non ſatis intelligo.

ORIBASIUM ſcarifatione, ſed abſque cucurbitulis, plurimum eſſe uſum FREINDIUS adnotavit.

Locus de viperæ morſu eſt apud PAULUM (*f*).

Aliqua ORIBASII medicamenta ad poſteros pervenerunt.

Emplaſtrum e buccinis ad parotides ex ORIBASIO (*g*); ad polypos (*h*); collyrium ſiſtens (*i*); aliud (*k*); diarrhodon album (*l*); chiacum (*m*); ad aſperitates (*n*); abſterſorium (*o*); diaceraton (*p*); ad maculas (*q*); ad ficos (*r*); lichenicum (*ſ*); ſmegma (*t*).

Ipſe MESVE emplaſtrum habet ORIBASII (*u*). Ex urina medicamentum (*x*). Decumanum ad podagram (*y*); ſmegma ad elephantiaſin (*z*); ad ſedis inflammationes (*a*); paſtillus (*b*); ad verrucas (*c*); ad ramicem (*d*); Ægyptium (*e*); ad nomas pudendorum (*f*); emplaſtrum ad ſinus & fiſtulas (*g*); ad putrefacta (*h*); ad pterygia (*i*); ad lepram (*k*); ad fracturas e ſucco ſalicis; e cadmia (*l*). Ejus

 diachy-

(f) L. VI. c. 9.
(g) AETIUS L. VIII. c. 90.
(h) C. 93.
(i) C. 101.
(k) C. 104.
(l) C 107.
(m) C. 109.
(n) C. 111.
(o) Ib.
(p) C. 113.
(q) L. VIII. c. 11.
(r) Ex L. ad EUSTATH.
(ſ) C. 16.
(t) C. 35.
(u) *Antidot.* L. III.
(x) AETIUS L. XII. c. 42.
(y) ID. c. 43.
(z) L. XIII. c. 123.
(a) L XIV. c. 1.
(b) C. 3.
(c) C. 4.
(d) C 23.
(e) C. 31.
(f) C. 49—52.
(g) C. 56.
(h) C. 52.
(i) C. 75.
(k) C 80.
(l) C. 13.

diachylon (*m*), ad ſtrumas (*n*), ruptorium (*o*), candidum (*p*), evocatorium (*q*), e capparibus (*r*), apochyma ex ovis (*ſ*), parygron (*t*). Varia ad lapides, etiam cicadæ aridæ (*u*), ad alopeciam (*x*), ad fracturas (*y*). Malagma ex ſtercore caprillo (*z*). Ad dealbandas cicatrices nigras (*a*). Epithema ad uteri ſcirrhum ex lauri baccis (*b*). Ad cancrum uteri (*c*). Parygron (*d*). Dropax Gallus (*e*).

Excerpta ex ORIBASIO etiam de emplaſtris ſunt in B. R. P. n. 2240.

## §. XLIII. THEODORUS PRISCIANUS.

Archiater VALENTINIANI II. Ejus librorum ad Timotheum primus & tertius ad chirurgiam ſpectat. Primo farraginem tradit formularum ad morbos externos a capite ad calcem. Polypos narium a pulvere ex miſy, chalcitide & æris flore compoſito eſſe delapſos ipſe ſe teſtem dat. Subinde etiam manu ſuadet curare, cauteria ad carbunculos admovere. Sed raro, neque certe laudes fidem merentur, quas nimias inutilibus ſæpe medicamentis prodigit. In L. II. de hydrophobia agit. Liber tertius eſt de muliebribus. In atretis aliqua parte chirurgiam adtingit; cæterum fere in fomentis eſt peſſiſque. Verum hoc ævo omnes bonæ artes degeneraverant. Hi tres libri prodierunt Baſil. 1532. 4. *

Alia eſt editio, ſed quatuor librorum, quam cum præfixo nomine OCTAVII HORATIANI HERMANNUS de NEUENAAR, vir nobilis, literarum cupidus, Argentorati 1532. fol. * edidit. In quarto libro, qui huic editioni acceſſit, agitur de phyſica ſcientia. Farrago eſt medicamentorum, quorum multa ſunt vaniſſima. Citantur TITIANI medici chalaſticum ad podagram (*f*); TERENTII EUTYCHIANI antidotus; SEBASTI diamoron; PHISOPHIANI CYSO, (puto chryſopharmacum) ad mala ulcera, & PORPHYRII ad calculum medicamentum. Deinde fragmentum de calculo ex HIPPOCRATE.

THEO-

(m) AET. L. XV. c. 54.
(n) C. 17.
(o) C. 18.
(p) Ib.
(q) C. 19.
(r) C. 20.
(ſ) C. 30.
(t) C. 31.
(u) L. XI. c. 10.
(x) L. VI. c. 56.
(y) PAULUS L. VII. c. 17.
(z) ID. ib. c. 18.
(a) AETIUS L. IV. 1. c. 129.
(b) ID L. XVI. c. 84.
(c) Ib. c. 99.
(d) PAULUS L. VII. c. 17.
(e) ID. ib.
(f) Peſſus EJUSD. eſt in PAULI. L. VII.

Theodori multa habet Aetius. Admirandum ad herniam, quod experti ſumus, & cum admiratione ſanavimus (*c*); charta nempe in pilam trita. De narium fractura (*d*). *Malagma quo ſuum patrem ſanavit* (*e*).

Ad cancrum exulceratum (*f*).

Habet etiam de venis ulceræ locum Rhazeus (*g*).

## §. XLIV. Euporista, quæ Galeno adſcribuntur.

Certe non ſunt Galeni, quem citant. Farrago eſt medicamentorum ſimplicium, tamen etiam compoſitorum, ad morbos varios, etiam chirurgicos; ad parotides, ozænam, polypos narium (hic auripigmentum); oculorum mala, dentes, uvulæ vitia, calculoſorum ſymptomata. Hic liber inſcribitur ad Glauconem.

In altero libro ad Solonem ſimilia, & ad deſtruenda ſtigmata, frequentem curationem, cum ſervi adeo facile ad ſummas opes pervenirent. Ad dentes tollendos, & aliena, quæ in gula hæreant; coſmetica aliqua, ocularia, ad mammarum ulcera.

Tertius liber ad Glauconem ejusdem eſt ſaporis. Adeo non Galeni eſt, ut Barnabas monachus citetur (*).

## §. XLV. Veterinarii.

Magna turba hominum fuit, qui cum veterinis mederentur, veterinarios ſe dixerunt medicos, quorum nomina vel ideo adpono, quod chirurgiam utique cum interna curatione conjunxerint. Neque hanc humiliorem artis medendi partem ab humana medicina undique ſeparaveris, cujus artis principia fere eadem ſint cum noſtris, chirurgicæ curationes etiam ſimiliores. Non inertes fuerunt homines. Fracta oſſa equorum præter paucos caſus difficiles utique ſananda receperunt, quem laborem nuperrimus auctor putet (*a*) ſe primum ſubiiſſe. Res medicamentaria utique eſt ad empiricorum morem, qui his temporibus etiam in medicina humana dominati ſint. Quo ævo noſtri viguerint, difficile eſt dictu, neque eodem tempore floruerunt. Inter antiquiores videtur Hieronymus eſſe, de armis læſis apud Hieroclem citatus.

Hippocrates ante Hieroclem poni debet, cum ad eum Absyrtus epiſtolas dederit veterinarias, de ſtrumis, de armis luxatis; teſtium inflammatione. Ad



(c) L. XIV. c. 27.
(d) L. VI. c. 93.
(e) Aetius L. III. 4. c. 5.
(f) Id. L. XVI. c. 50.
(g) L. X. c. 1.
(*) C. 179.
(a) Nob. Sindius.

Ad inflammatos, aut alioquin vitioſos artus. Carcinoma, meliceris; ſerpentum morſus. Mus araneus. Fracta. Luxa. Fiſtula. Malagma, unguentum. Linguæ inuſtæ medela. Agglutinatorium.

Apsyrtus, qui ſub Constantino meruit (b), quem Hierocles citat (c); egit de albuginibus oculorum, de oculis contuſis. Mirifica, & pene incredibilis adminiſtratio, qua fetum in ipſo utero manu jubet incidere. De utero prolapſo reponendo. De parotidibus, frequenti equorum malo. De ſtrumis rumpendis, de polypo. De cervice perverſa, quam injectis per cutem fibulis reſtituere tentat. De armis luxatis, armis ſuppuratis, tumentibus. Ulcera putrida maxillarum. Penis prolapſus quem acri Stimulo revocari poſſe putat. Herniæ: Scrotum fibulis conſtringit, donec funiculus computruerit.

Teſtium tumor & inflammatio. De fluxione in genu. Equi ſuffraginoſi. Marmor, quæ pedis eſt rigiditas, ex calloſo topho nata. Equi a calce combuſti, præcipites dati, a calcitrante equo percuſſi. Fracta. Formicatio, ficus. Nervi vulnus. Ad ſerpentum morſus, & ſcorpii, muris aranei, phalangii. Hirudo in ore. De urendi ratione. Caſtrandi modus: adhibet ignem & fibulas. Fracta; ad pedes molles. Ulcera varia. Ex bdellio malagmata, emplaſtrum. Celsum etiam citat.

Eumelus, quem idem citat Hierocles. Ejus de locis, in quibus vena inciditur. Idem de albuginibus, oculorum cicatricibus. De parotidibus & ſtrumis. De maxillarum tumore. De cervice emota. Crurum defluxio. Serpentum ictus. Ad ſubtritionem. Luxa. Cataplaſmata ad ſedem procidentem, parulides.

Pelagonius. Ejus multa huc pertinent; de inflammatione, quæ ſectæ venæ ſupervenit. Ad ictus oculorum collyrium. Fracta cervix aut crus; læſi armi. Vertebræ luxatæ. Penis prolapſus. Meliceris, mus araneus, cornu fiſſum. Malagmata & viride emplaſtrum; alia unguenta, lipara, ad linguæ vulnera.

Theomnestus de albuginibus; de ſtrumis & tonſillis; de fractis armis. Uti urere oportet. Ad ſubtritionem.

Tiberius de ſcapulis luxatis; ad ſcabiem.

Anatolius ad ictum ſcorpionis, ad hauſtam hirudinem: ungulam fiſſam. Idem, ut videtur, qui in *Geoponicis*.

Archidemus, cujus eſt malagma.

Hippasius Helias, cujus medicamentum ex argenti ſpuma.

Tetrippi aliquot medicamenta.

Stratonicus.

Veterinarius apud Hieroclem citatus.

Hie-

(b) Apud Suidam.
(c) De ſanguinis detractione.

Hierocles J. C. & ethnicus, qui multa priorum videtur collegiſſe. Ejus ſunt de albuginibus: ad ictus, ad contuſiones oculorum & ungues. De ventre perforando (non perferendo, ut in editione Ruellii) ad eximendum fetum, fere ut in Absyrti conſilio. De parotidibus; de tonſillis, de aurium ulceribus. De ſtrumis reſolvendis. In hydrope urit, ut vitet inteſtina. De polypo; de cervice adtrita, perverſa. Puſtula a tritu nata. De ulceribus in ſpina dorſi. In ore ulcera Vulnus pectoris: jubet fibulam injicere. Penis prolapſus. Teſtium tumor & inflammatio. Hernia, defluxio in genu, in pedes. Marmor. Radius fractus; ulcera ſerpentia; vulnera, ea debere conſui. Equus præceps datus, calce percuſſus. Crus fractum, quod ferulis & quiete, fere ut in homine curat. Fracta. Fragmentis oſſis per tophum conjunctis ignis admoveatur. Carcinoma, meliceris, abſceſſus, extrahendi aculei; uſtio ut curanda. Formicatio, ficus; ad ſerpentum morſus & ſcorpii, muris aranei, phalangii. Hirudo ori adhærens. Caſtrandi modus. Fracta. Fiſtula. Malagma tripherum; emplaſtrum; alia medicamenta externa. Glutinans. Barbarum. Hippacopum. Agglutinantia.

Auctor hujus operis non eſt Hierocles. Præfatio quidem libri I. & II. ei tribuitur, ſed utique ipſe Hierocles nomine ſuo (*a*) citatur, & demum plurima medicamenta & curationes integræ reperiuntur, nulli nomini adſcriptæ, dum aliis Hieroclis nomen præmittitur.

Poſt *Geoponicos* (*b*) collectio veterinariorum facta eſt, quorum pluſculi citentur (*c*), temporibus ut puto chriſtianis. Gregorius (*d*) enim nomen, cum quo paſtillus recenſetur, niſi fallor, eſt chriſtiani. Pleniſſime videntur de veterinaria Apsyrtus ſcripſiſſe & Hierocles.

Edidit J. Ruellius *veterinariæ medicinæ libros duos.* Pariſ. 1530. fol. * Latine verſos ex Græco codice. Lego collectionem etiam prodiiſſe Eger. 1571. fol. Ruellius vocum ad veterinariam pertinentium lexicon adjecit.

Codex ditior 25. medicamentis Græce exſtat in Bibliotheca Bodleiana, Absyrti nomine n. 164. demum Cantabrigiæ, codex eſt vulgato melior, quam vidit Uffenbachius (*e*).

An eadem eſt collectio hippiatrica cum figuris, multum diſcrepans ab editis Isaaci Vossii Cod. Brit. n. 2217.

Cum magna pars operis epiſtolis fiat ad varios ſcriptis, multæ ſunt ad medicos veterinarios, quorum nomina hic repeto, cum nihil ultra repererim.

Damon Laodicensis. Secundus. Apelles Laodicensis. Epiphanius.



(a) Hic emplaſtrum Hierocli fertur acceptum p. 75. b. Hieroclis emplaſtrum p. 111. b.
(b) Quintilios.
(c) Didymus, Diophanes, Tarentinus. &c.
(d) p. 118.
(e) *Reiſen.* L. III. p. 50.

NIUS. MARCUS. AGATHOCLES. ANTIPATER. MEMNON. DIUS. APOLLONIADES, cujus nomen AETIUS habet (*f*). HEGESAGORAS medicorum optimus. FRONTO EPHESIUS. JULIUS FRONTINUS. HERODION ALEXANDRINUS ELENUS. MENECRATES CLAZOMENIUS (*g*). PAPIAS ANTIOCHUS. GAIUS ALEXANDRINUS (*h*). PASICRATES ALEXANDRINUS.

## §. XLVI. VEGETIUS.

Summi viri nomen barbarus aliquis multo nuperioris ævi homo uſurpavit. Hoc tamen opus hic ob id ipſum nomen recenſeo; etſi ipſe auctor VEGETIUM citat. Italici nuperi idiomatis pluſcula veſtigia reperi. Foci pro igne. Glante ferreo calceare (*a*). Gamba (*b*), battitura chalybis (*c*) ſic barbare declinatur malagmæ, cum malagmatis ſcribi oporteret.

Multa ſunt chirurgica; venæ incidendæ ratio, deque ratione *foci*, ſ. ignis admoti. De calculoſis: eſſe ubi veſica rupta ſit: jubet per vulnus recti inteſtini & veſicæ aculeo lapidem ejicere. De capitis vulneribus & calva fracta; de aurium ulceribus. De oculorum morbis: in platochoria (pupilla juſto latiori) negat poſſe Te imaginem tuam in equi oculo videre. De paracenteſi oculi, de ſtaphylomate. De ſuffuſione curanda flatu per nares inpulſo. Venam intra nares ſecat (*e*); variaſque alias in equo venas. De ſtrumis, glandulis, fiſtula & peculiariter de maxillæ, faucium & capitis tumoribus; de lingua inciſa, oſſe fracto, polypo, cervicis vulneribus, ſcapularum diſſolutione, armis læſis, fractis articulis, marmore, ozæna. Exungulatio, ungulæ molles; de dorſo læſo, pulmunculis in dorſo, vulnere, luxato talo; viperæ, aranei muris, phalangii morſu, & rabidi canis, quo loco cutem cuprinis cauteriis jubet urere. Igne multum utebatur in morbo ſubcutaneo, ad morſus venenatos animalium, etiam alias (*f*). Frequenter etiam ſcarifat (*g*). Setonem ex conſiliginis radice per cutem ducit (*h*). Sinapi adhibet, ſed præfert cauterium (*i*). Trichiaſin tranſſuendo ſanat, ut fiebat in homine (*k*). Cataractam ut in homine deponebat (*l*). Bovem ſagitta conpungo, fiſtulam ſubdo, poſt triduum iterum aquam educo

(f) L. VIII. c. 48.
(g) Conf. p. 52.
(h) Ib.
(a) L. III. c. 18.
(b) L. II. c. 53. L. IV. &c.
(c) L. II. c. 27.
(e) L. I. c. 11.
(f) L. I. c. 12. 28. L. III. c. 77.
(g) Ib. c. 11. L. III. c. 6.
(h) Ib. c. 12.
(i) L. II. c. 6.
(k) Ib. c. 15.
(l) Ib. c. 17.

educo (*m*). Fiſtulam ani non ſyringotomo curat, ſed papiri injectione (*n*). Caſtratione boves roboroſos fieri, (tetano corripi) ſi negligantur (*p*). Sagitta bovem curat hydropicum. Ad finem medicamenta. Etiam hic TITRIPPUS citatur & CHIRON; iſte frequenter; tum APSYRTUS, PELAGONIUS.

Prodiit Baſil. 1528. 4. * edente H. de NEUENAAR; tunc SAMBUCO curante 1574, & multum caſtigatius cum ruſticis opera J. MATTHIÆ GESNER viri ILL. Lipſ. 1735. 4. *.

## §. XLVII. PLINIUS VALERIANUS.

Magno, quod uſurpat, nomine indignus, MARCELLO undique ſimilis, & TRALLIANO nuperior, ſiquidem L. V. ex eo auctore exſcriptus eſt. Ejus *de re medica* L. V. ſæpe excuſi ſunt, & Baſil. 1528. fol. *. valde vitioſe.

Medicamenta ſunt omnis generis, & ſimplicia & compoſita; pleraque medici ſcopi, tamen etiam ad mala externa pertinentia, ut capitis vulnera (*a*); peſſus LIVIANUS (*b*); ad auriculæ mala (*c*); parotides (*d*); oculorum mala (*e*); narium (*f*); oris (*g*), dentium (*h*); ad fauces & uvulam (*i*); ad mammæ cancrum (*k*); inteſtina vulnerata (*l*) & rupta (*m*); calculum (*n*); ramices (*o*); pedum mala (*p*): ad ulcera & cancros (*q*); abſceſſus (*r*); ſtrumas (*ſ*); carbunculum (*t*); ambuſta (*u*); mala cutanea (*x*); livores (*y*); oſſa fracta (*z*); morſum canis rabidi (*a*); & alios morſus (*b*).

Reliqui

(m) L. III. c. 25.
(n) L. II. c. 27.
(p) L. III. c. 24.
(a) L. I. c. 5.
(b) Ib. alieno loco.
(c) C. 9. 10. 11.
(d) C. 13.
(e) C. 15. ſeqq.
(f) C. 24. ſeqq.
(g) C. 29. ſeqq.
(h) C. 36. ſeqq.
(i) C. 43. ſeqq. C. 68.
(k) L. II. c. 3.
(l) C. 31. L. III. c. 17.
(m) C. 32.
(n) C. 39.
(o) C. 40.
(p) C. 48. ſeqq.
(q) C. 22. ſeqq.
(r) C. 23. ſeqq.
(ſ) C. 28. ſeqq.
(t) C. 30.
(u) C. 36.
(x) C. 38. ſeqq.
(y) C. 47.
(z) C. 48.
(a) C. 50.
(b) C. 51.

Reliqui libri vix huc faciunt.

Artemii Dianionis dentifricium Marcellus citat.

Et Cosmi Medici ad anginam. Eutychiani archiatri aliqua.

## §. XLVIII. Marcellus vulgo Empiricus.

Theodosii M. Archiater, Burdigalenſis, perinde ut ille Plinius compilator quorumcunque conſiliorum; infidus, etiam quando ſe ipſum medicamenti vim dicitur expertum eſſe. Ejus L. *de medicamentis* prodiit Baſil. 1536. fol. * Jano Cornario interprete, & in collectione Stephani. Ad chirurgica referas medicamenta, quæ ſuadet ad tubera & cutanea mala capitis, ad oculorum dolores, ubi ſuum interponit experimentum, multumque opio utitur. Lacertis acu excæcatis aciem oculorum ſponte redire. Ad aurium dolores & ulcera, tum narium, oris, dentium vitia, quorum vermiculos ſuffitu necat bituminis accenſi. Ad uvam & fauces; uvulam cauſtico medicamento jubet conſumere; ad paronychiam; ad mala cutanea, ad calculum, ani fiſtulas, partium genitalium vitia, artuum dolores & vitia.

Totum Scribonium exſcripſit, & tantum compilavit ineptiarum & ſuperſtitionum, ut nauſeæ ſit legenti.

Eutropio regnante chirurgia adhuc illa maſcula ſuperfuit, & multi perierunt, qui cum vellent eunucho ſimiles eſſe, cum barba vitam amiſerunt.

Apud Procopium reperiuntur medici argumenti aliqua, ut de ſpiculo ſupra oculum infixo, qui anno demum quinto de cute prodierit.

Sextum Apuleium Platonicum, cui de *medicina ex animalibus* liber tribuitur, uno verbulo tango, cum ad varia mala chirurgica remedia proponat.

## §. XLIX. Citati ab Aetio.

Cyriacus Archiater Edeſſenus. Ejus paſtillus adverſus ozænam (*a*).

Constantini ſapo (*b*).

Danai aridum ad oculos (*c*).

Petri archiatri collyrium (*d*).

Stratiotice (*e*).

Mariani medici Afri medicamentum ad calculum (*f*). Et Presbyteri indicem

(a) L. VI. c. 91.
(b) C. 54.
(c) C. 96.
(d) L. VII. c. 110.
(e) Ib.
(f) L. XI. c. 10.

dicem (*g*). Ceratum JACOBI Pſychreſti (*h*) CASTINI unguentum ad podagram (*i*). Saltatoris ad dolores artuum (*k*). ANDREÆ comitis, & MAIORIANI ſiccum (*l*). FAUSTINI paſtillus (*m*).

§. L. AETIUS.

Amidenus, medicus ſeculi quinti exeuntis. Magnum opus reliquit, potiſſimum quidem ex GALENO compilatum & ex ORIBASIO, tamen ut etiam propria aliqua habeat, aut ex veteribus decerpta, quorum non alibi monumenta exſtant, aut ex ORIBASII deperditis, aut ex proprio etiam experimento nata. *Tetrabiblion* dicitur XVI. librorum, Eorum partem J. B. MONTANUS latine reddidit, & partem JANUS CORNARUS; editiones hic tantum quatuor cito. Venetiis 1543. 8. Baſil. 1535. fol. * Lugdun. 1549. fol. *, 1560. 4. (PORTAL.) & inter *principes* STEPHANI. Quæ chirurgica AETIUS habet, ea inter medica ſparſa ſunt.

In L. II. de cantharidibus agit, quarum alas & pedes rejicere jubet, ex præceptoris conſilio. In L. III. de ſinapiſmis (*b*) glandibus, clyſteribus.

L. IV. morbi puerorum, hernia umbilicalis.

In L. VI. aliqua ſunt de canis rabidi morſu ex RUFO & POSSIDONIO ſumta: deinde medicamentariæ compoſitiones numeroſiſſimæ.

In L. VII. plurima medicamenta ad oculorum mala, fere ex GALENO, etiam HORI collyrium (*c*). Habet & crudeles illas veterum operationes, ut periſcyphiſmum ſ. cranii excoriationem (*d*). Multa SEVERI ocularia (*e*).

Ad aſpritudinem, ſycoſis, collus, quem non vult deradi (*f*). Ad ægilopem, abſceſſum (*g*): Os corruptum urendum.

Sic in L. VIII. ESDRÆ antidotum (*h*) hic ad dentes & alias laudat. Sic alia capitis mala percurrit & curationes addit, etiam chirurgicas. De ancylogloſſo. Ad extrahendas ſpinas miſera invocatio S. BLASII.

In L. IX. naſci in colo inteſtino lapides, rem tamen eſſe.

*Tom. I.* O In

(g) Ib.
(h) L. XII. c. 43.
(i) C. 44.
(k) C. 46.
(l) Ad ſinam.
(m) L. XIII. c. 49.
(a) C. 174.
(b) C. 180.
(c) C. 32.
(d) C. 90.
(e) C. 43.
(f) C. 87.
(g) C. 86.
(h) C. 33.

In Libro XI. ſatis fuſe de calculo, medice tamen potius, quam chirurgice. Vidiſſe ſe calculoſum hominem, cui digiti ſtreperent. Eum ſe lenibus medicamentis ſanaſſe. Veſicæ ſcabies, tubercula.

In L. XII. potiſſimum ad articularem morbum numeroſa remedia externa. Interna ad fervidas inflammationes. Peſtilens faucium abſceſſus. Ex hermodactylis medicamentum (*i*), quo ſe ipſum ait uti.

In L. XIII. denuo medicamenta externa, etiam interna, ad animalium venenatorum morſum, quorum vulnera diutiſſime vult aperta relinqui. Antidotus ESDRÆ hic deſcribitur, quam & intus propinabant & extus illiniebant. Morbi cutanei, & imprimis de elephantiaſi. Ei malo etiam caſtrationem opponebant. Multa ſuperſtitioſa. Ut ſibi timeant a fele ſylveſtri (ichneumone, ut puto) ad eos accedente, qui a crocodilo ſunt demorſi.

L. XIV. ad vitia ani & pudendorum, ad ulcera maligna. Hic de pterygiis (*k*), & de reduviis (*l*). Putes AETIUM ad propriam experientiam provocare. Non vero valde tuto de his compilatoribus definitur, qui ſæpe aliorum ſcriptorum verba repetunt. Cantharides ad leproſos ungues adhibet. Adeo in minuta ſe demittit, ut etiam de anulo nimis anguſto agat, & de pedum clavis. Varices ligat & exſcindit.

L. XV. de tumoribus tunicatis, de anevryſmatibus. De horum vinctione duplici & exciſione (*m*) fuſe, tamquam ipſe expertus, ſcribit. Vulnus profundum femoris (*n*), longo cum tempore ſanavit medicamentum, quod atractylis ingrediebatur. Quæ dicit de medicamento, quod ad ulceroſum adfectum habuerit, vereor ne ſint GALENI. Sic etiam, quæ de aceto & vino addit, quæ negat ſe in fracturis adhibere. Iterum ait, ſe nycteridem bugloſſi loco adhibere in emplaſtro POLETIS. Totus vero liber eſt fere in medicamentis.

Libri XVI. initium magis eſt chirurgicum, & plurima ad partum conſilia continet. De mulierum & mammarum morbis. De pure in abdomine effuſo, quo in caſu AETIUS cauterium admovet. Uterum imperforatum ferro aperit (*o*). In extrema vulva, in vagina, in uteri oſculo, ut fiat inciſio, adhibito prius ſpeculo (*p*). Fuſe de uteri inflammatione, quæ emollientibus internis, externis curetur (*q*). Calculus uteri. Eum educit inciſione facta, depulſum verſus veſicæ collum (*r*). Nymphæ nimium incrementum ut caſtigetur (*ſ*): id ait in Ægypto vulgo

(i) C. 46.
(k) C. 75.
(l) C. 76.
(m) C. 10.
(n) C. 12.
(o) C. 96.
(p) Ib.
(q) C. 83.
(r) C. 99.
(ſ) C. 103.

vulgo fieri, antequam puellæ nubant. De cauda, quæ & ipſa amputatur (*t*). Denique etiam in medicamenta, & fere coſmetica degenerat.

Hugonis Solerii ſcholia non pertinent ad res chirurgicas.

## §. LI. Aliqui ab Alexandro citati.

Maximiani collyrium (*a*).

Polydeuci collyrium (*b*) quod ſit expertus.

Bufati ceratum (*c*).

## §. LII. Alexander.

A patria, Phrygiæ urbe, vulgo Trallianus dicitur, medicus ſeculi ſexti, idem ex melioribus certe Græcæ antiquitatis. Aetio, quem citat, nuperior, prior Paulo, a quo citatur. In medicamentis quidem potiſſimum verſatur, quibus & compoſitionibus multum tribuit, nimiumque. Scripſerat de morbis oculorum (*a*) & de eorum curatione, & ſe de fracturis ſcripturum promittit (*b*). In iis autem, quæ ſuperſunt, habet aliqua ad pterygia (*c*), ſcirrhum lienis ſanavit (*d*). In arthritide euphorbio & ſinapi feliciter uſus eſt (*e*).

L. I. morbos cutaneos capitis percurrit; deinde L. II. oculorum morbos, cum infinitis collyriis.

L. III. aurium mala, parotides: dentium dolores.

L. IX. de calculo renum & veſicæ vitiis. Calculo varia opponit lithontriptica, etiam hirci ſanguinem.

L. XI. fomenta podagrica.

Ipſam, quæ manu utitur, chirurgiam non adtigit. Editiones interim cito tres, Græcam apud R. Stephanum 1548. fol. * Græco latinam Baſil. 1556. 8. * latinam H. Stephani. *



(t) C. 104.
(a) L. II. c. 6.
(b) L. II.
(c) Ib.
(a) L. II. init.
(b) L. I. c. 14. fin.
(c) L. II. c. 5.
(d) L. VIII.
(e) L. XI.

## §. LIII. A Paulo citati.

Constantini (*a*) Maſſiliotæ (*b*) & Nilammonis collyrium (*c*). Acopon Basilii (*d*). Antiphanium (*e*) emplaſtrum & Neronis (*f*).

## §. LIV. Paulus.

Æginetam dudum a patria vocarunt, ipſi jam Arabes (*a*). Peregrinator, hinc περιοδευτης dictus, obſtetriciis laboribus exercitatus, ut etiam obſtetrix audiverit (*b*): minus plene, ſed diſtincte de re obſtetricia ſcripſit (*c*). Romæ (*d*), & Alexandriæ vixit (*e*), tempore Amru, vice regis Ægypti, ſeculo adeo ſeptimo jam adulto: Hunc principem inter Græcos chirurgiæ auctorem cenſet Freindius (*f*), ut etiam Celso præferat, & ei ipſi fere ſuperſtructa eſſe putat, quæ nuperiores, & ipſe Hieronymus Fabricius, de chirurgia ſcripſerunt. Proprium enim ſuum judicium eſſe ſecutum, & ab ipſo Galeno (*g*) paſſim receſſiſſe Freindius adnotavit. Ipſe quidem Paulus (*h*) ſe pro collectore dedit, & opus eſſe molitum Oribasiano majori brevius, plenius vero compendio, quod idem ad Eustathium dederit: pauca addit ſe adjeciſſe, quæ in actis operibus ſibi viſa fuerint & comperta. Plurimum Celso utitur, & Aetio.

In L. III. de oculorum nonnullis malis. Veteres ſuffuſionem cum glaucomate conjunxiſſe (*i*); nuper diſtingui utramque, quod glaucoma inſanabilis ſit lentis cryſtallinæ morbus; ſuffuſio humor effuſus inter eam lentem & inter corneam tunicam. Aurium & dentium mala. Hernia umbilicalis. Mala externa, ulcera, ſtrumas, ramices, ſcirrhos, cancros, ita recenſet, ut eam medelam doceat adhibere, quæ a medicamentis repetitur. In eo etiam libro agit de *partu difficili*, & inflammatione uteri, ex methodico aliquo medico, cum *diatriton* jubeat obſervare.

In L. IV. mala cutanea univerſi corporis ad medicorum modum percurrit, ambuſta, ulcera, gangrænam, tumores varios, emphyſema, ſcirrhum, cancrum, fiſtulas, vulnera etiam nervorum, dracunculum.

Liber

(a) L. VII. c. 13.
(b) Ib.
(c) C. 16.
(d) C. 19.
(e) C. 17.
(f) Ib.
(a) *Bulos al Aigianithi* Herbelot. Abul Farai. p. 114, 115.
(b) Herbelot. p. 215.
(c) Smellie *introduct.*
(d) L. IV. c. 69 L. VII. in cyphoide.
(e) Certe in Latio ex L. VI. c. 25. monente Cel. Vogelio.
(f) Sic Cl. Vogel
(g) Galeni tamen dictus eſt ſimia.
(h) In præfatione.
(i) C. 22.

Liber quintus & ſextus potiſſimum ad chirurgiam ſpectant. L. V. de morſu ſerpentum, & rabidi canis, phalangii, ſcorpii. Morſus illos ſerpentum jubet exſugere. A canibus rabidis demorſos pauciſſimos, ſi ullos, mortem effugere, qui aquæ metum paſſi ſint, multos vero ſervatos, quibus ante aquæ metum vulnera inciſa fuerint. De ſaltatione a phalangii morſu nihil habet. CLEOPATRÆ aſpis & mors vulgo nota.

L. VI. de chirurgicis adminiſtrationibus a capite ad calcem. Adverſus ophthalmiam os ipſum in vertice exurebant. Hydrocephalum externum inciſione adgreditur. Angiologia, puta, quæ in equis adminiſtratur; Vaſa capitis atramento notata, inciſa cute, hamulo elevata reſecantur. Hypoſpathiſmus; inciſiones tranſverſæ in fronte ad os uſque ductæ; deinde depulſa cute vaſa omnia reſecantur. Periſcyphismus: cute verticis ad os uſque inciſa, oſſe raſo. Calculos de aure ut educas. Magna venarum, quæ inciduntur, varietas, etiam angularis oculi, narium venæ internæ. Alas adverſus frequentiam luxationum exurere docet. Duplex cirſocele, altera venoſa, quæ poſſit curari; arterioſa altera, quæ tangi non debeat. Catheteris uſus. Calculi etiam in adulto ſectio. In hydrocele totum ſcrotum dividit. Sutura nuperis inventa poſt inciſionem. Ut abdominis vulnus ſyringotome dilatetur, ut inteſtina reponantur, hæc ex GALENO (k). De tranſſuenda palpebra ſuperiori adverſus duplicatam ciliorum ſeriem, quam curationem ait ſecuram eſſe, cum CELSUS rejeciſſet: de alia ejus mali curatione; de medico, qui ſolo medicamento eſcharotico utebatur. Pterygii reſectio, accurate. Negat adminiſtratione chirurgica ſtaphylomatis viſus uſum reddi. Auribus illapſa ipſe extraxit, monente jam Cl. VOGEL. Polypum narium vinculo interceptum reſecat. Ut ſpinæ de gutture educantur. De ſtrumarum amputatione, quæ inſignis certe eſt adminiſtratio. De luxatis cum ulcere: periculo plena eſſe; debere ſeptimo die reponi, præmiſſo prognoſtico. Maxillam integre luxari non poſſe (l), ſubluxari utique. Ut CELSUS, ita noſter claviculam antrorſum negat luxari, ſed cartilagineum os emoveri, quo clavicula cum ſterno committatur. Humerum antrorſum negat luxari, reponi variis modis, ſed nos inquit, ambe utimur. Patella fracta laborari in adſcenſu. In fiſtula lacrumali eſſe, qui terebra viam in nares aperuerint: ſufficere vero adurere, ut ſquama decidat. Periiſſe, quibus aqua ſimul & ſemel de abdomine emiſſa ſit. Uſtio palpebræ: ſolere ſuo ævo id fieri cauſticis. De ſuffuſione & depoſitione cataractæ, fere ut ad initium uſque hujus ſeculi factum eſt. De bronchotome, fuſe ex ANTYLLO. De amputando ſuperfluo digito. De virorum mamma nimis ampla & quaſi muliebri diminuenda. De paracenteſi abdominis, quam ſcalpello adminiſtrat, deinde fiſtulam inmittit. De herniæ ſectione: recentiores ſarcotica ſutura uti. Singulas funiculi ſpermatici venas vinciri. Rupta hernia, quæ ſubito naſcitur, tum altera, in qua peritonæum non eſt niſi dilatatum: hanc herniam ſolam curandam adgreditur. Teſticulum aufert. Cauterio poſſe exuri. Peritonæum inciſum ob bubono-

O 3

(k) *Meth. med.* L. VI.
(l) p. 47.

bubonocelen ſutura confirmat. Ut eunuchi fiant, invitis quidem medicis. Ut nympha excidatur, cercoſis corrigatur. Mulieres atretæ ut aperiantur, & clauſus anus. Fetus ut de utero excidatur, ut cranium effringatur. Secundas valida vi vetat extrahere. Varicis exciſio. Artuum amputatio. De varietate telorum, & ut evellantur. Fracta oſſa, per ſingula. Veteres ſeptimo demum die ferulas admoviſſe, nuperos continuo. Patellæ fractura; raram eſſe. Luxata. Anevryſma verum diſtinguit a ſpurio, & etiam in capite curare adgreditur, arteriamque & ſuperne ligat & inferne. Arteriotomen in temporibus deſcribit. Paronychiam malignam dicit, & ex contuſione natum; emphyſema. Inſtrumentum tribus cuſpidibus inſtructum ad ſcarificandum utile videtur inveniſſe. Sternum luxari negat.

Et ipſe paſſim loca habet veterum, non alibi conſervata, LEONIDÆ, ANTYLLI, ARCHIGENIS, SORANI. In iſto quidem peccaſſe monet COCCHIUS, ut etiam FALLOPIUM & VESALIUM ſecum in avia abduxerit.

Græce PAULUS prodiit Venet. apud ALD. 1528. fol. BURC. Baſil. 1538. fol. *

Latine vertente ALBANO TORINO Baſil. 1532. fol. 1546. 8. Melius autem GUINTHERIO Andernacenſi interprete, Pariſ. 1532. fol. Baſil. 1534. fol. * Uſus eſt tribus codicibus, quorum unus erat profectus a LASCARI, a quo & NICETÆ eſt collectio. Apud ALDUM 1553. 8 * & 1554. 8. *, quæ editiones non differunt, cum GOUPYLI notis & J. B. CAMOTII. Vertente JANO CORNARIO Baſil. 1556. fol. cum *Dolabellarum* L. VII.

Porro Lion 1551. 8. 1567. 8. cum notulis DALECHAMPII. Inter Principes ex CORNARI verſione cum *dolabellis.*

Solus liber de chirurgia interprete J. BERNARDO FELICIANO cum TORINI *caſtigationibus.* Baſil. 1533. fol.

Gallice verſus a PETRO TOLET Lugdunenſi. Solus L. VI. cum GAL. de humoribus Lion 1540. 8. 1542. 8. RAST. Aliam editionem a DALECHAMPIO converſam PATINUS citat, ad quam SIMON PIETRE notas ſcripſerit (*n*). Nempe intelligit *la Chirurgie Françoiſe* DALECHAMPII. Paris 1610. 4. * qua totus liber VI. PAULI, cum multis additamentis continetur. Arabice novem tractatus verſi ſunt, ab HONAIN EBN ISHAK (*o*).

M. ſ. codices totius operis exſtant Græci in B. R. P. n. 2205, 2206, 2207, 2208, 2209, 2210, 2211, 2213, 2214, 2215, 2222, 2292. In MEDICEA bini, & bini in B. D. MARCI. Bini in BODLEIANA. Alius in VOSSIANA n. 2125, ſi Græcus eſt, & in NICETÆ codice, cum l. de *luxatis*, deinde in duobus Pariſinis NICETÆ codicibus.

Libri V. poſteriores in B. R. P. n. 2217. Libri V. VI. VII. in MEDICEA, L. VI. ſolus ib. *Plut.* LXXIV, Capita de fracturis ib. *Plut.* 74.

Citatur

(m) p. 47.
(n) Ad SPON p. 28.
(o) ABULFARAI p. 115.

Citatur etiam a GESNERO codex, qui ſit apud DIEGUM HURTADUM.

Pars libri VI. in B. R. P. n. 2192.

Liber VI. in *Bibl.* VINDOB. L. VI. p. 97.

Codex M. ſ. Arabicus exſtabat in Bibl. MICHAELIS CANTACUZENI.

L. de fractura cranii ſeculo XII. ſcriptus eſt in *B. Acad. Nat. Cur.*

Liber peculiaris de mulierum morbis Arabibus notus fuit, & a HONAIN converſus (o).

Interpretationes in PAULUM edidit CHRISTOPHORUS OROSCIUS Venet. 1536. fol. *, quem GOUPYLUS paſſim refutat. IDEM PAULI textum ex DIOSCORIDE, CELSO, GALENO emendat, aliiſque veterum. Tribus exemplaribus inſtructus difficilem tamen invenit laborem.

*De* PAULI ÆGINETÆ *meritis in medicinam, inprimisque chirurgiam Proluſio* I. prodiit Gotting. 1768. 4. * & II. ib. eod. anno. Accurate, potiſſimum in poſteriori libello Cl. VOGELIUS enumerat, quæ PAULUS peculiaria habeat.

## §. LV. GRÆCI AB ARABIBUS CITATI.

Quos RHAZEUS recenſet, eos ſeculo undecimo antiquiores eſſe neceſſe eſt.

FILOGORIUS aut PHILOGORASIUS poſſet pro PHILAGRIO haberi: ejus tamen liber I. ad GEORGIUM, quem RHAZEUS citat (a), non videtur ea tempora admittere, quæ ORIBASIO ſint antiquiora. Alium librum *ad commune*, & *librum parvum* RHAZEUS legit. Reperias cæterum in magna collectione RHAZEI FILOGORII medicamenta ad omnia fere corporis mala, a capite ad calcem, ex more ſeculi; ad aurium morbos, narium & dentium; lithontriptica, ad hæmorrhoides. Plumbea medicamenta ad ulcera cancroſa dicta commendat (b).

JOHANNES GRAMMATICUS, Jacobita, ſeculi VII (c). Ejus chirurgiæ codex M. S. eſt in B. BODLEIANA n. 3500.

THEODORUS, ſi diverſus ab illo antiquiori (d), mihi undique ignotus eſt, quem RHAZEUS frequenter citat de aurium morbis (e). Non debere ſecundas violenter extrahi (f): de ulcere in calce (g), Ad putredinem renis & veſicæ. De modo, quo calculus in urethra hærens excidatur. Medicamentum admirabile viſum RHAZEO, quo calculus veſicæ in pueris frangitur, ex melonum ſeminibus, ciceribus factum &c. Ad hæmorrhoides.

PHI-

(o) ABUL FARAI dynaſt. p. 115.
(a) *Cont.* L. XI. c. 7.
(b) L. XIII. c. 9.
(c) ABUL FARAI p. 114.
(d) p. 98.
(e) L. III. c. 1.
(f) L. IV.
(g) L. V. c. 1.

Philaretus de canis rabidi morſu, quod vulnus uri jubet; cujus etiam externa aliqua medicamenta citantur. Ad morbos oculorum medicamenta (*h*).

Plato de renum & veſicæ ulceribus (*i*).

Filipius in *expoſitione ad* Hippocratis *chirurgiam* (*k*).

Symon vel Symeon frequenter citatur, quem ſuſpiceris Psellum eſſe. Plerumque medicamenta ejus Rrazeus repetit; emplaſtra ad fracturas, alia. Eſt tamen, ubi conſilia omnino ad chirurgiam opus pertinent. Ita veſtigia ulcerum docet tollere, perforando acu, deinde acerrimis medicamentis impoſitis. Quando cataracta apta ſit deponi. Polypum narium iterato pullulare, niſi acria medicamenta adhibeas (*l*). Curatio ani (*m*) elapſi. Cauſæ dyſuriæ variæ (*n*). Teſtes adſcendentes cogere vult ut deſcendant, aere in colem inpulſo, donec ipſi, ut putat, ureteres aere repleantur (*o*).

Sunt etiam monſtra nominum, quæ ſuſpiceris Græcorum eſſe, Athuriscus, Hatorostos, Atursius, Accursius, cujus medicamenta chirurgica Rhazeus paſſim citat. Superſtitioſa ſæpe habent; ſanguinem hircinum calculum frangere, ad idem valere lumbricos terreſtres (*p*). De angina (*q*).

Costa, alicujus Constantini corruptum nomen. Ejus medicamenta aliqua externa Rhazeus habet (*r*); locum de cucurbitulis (*ſ*); de venæſectione.

Lororacos de morbis oculorum (*t*).

Latyrion de cataractæ depoſitione.

Endites, ejus collyrium (*u*).

Honorati confectio (*x*).

Bitano ad aurium mala (*y*).

Bachiniso ad narium morbos (*z*).

Aziginus de odoratus vitiis (*a*).

Draducus ad dentium mala (*b*).

Anyasius

(h) L. II.
(i) 10. 1.
(k) L. XV. c. 5.
(l) *Continuat.* 3. 2.
(m) L. IX. c. 4.
(n) L. X. c. 3.
(o) L. XI. c. 3.
(p) L. X. c. 2.
(q) L. III. c. 7.
(r) L. XV.
(ſ) Ib. c. 6.
(t) L. II.
(u) Ib. c. 4.
(x) Ib.
(y) L. III. c. 1.
(z) Ib. c. 3.
(a) Ib.
(b) Ib. c. 4.

Anyasius ad eadem (*c*). Jubadicus de aphthis. Jagmisus de angina (*d*). Badigorus de diſſolvendo calculo (*e*). Charasamus de hirudine in ore hærente (*f*). Butaducus, alii.

## §. LVI. Græci novissimi.

Balladius ſophiſta brevia σχόλια cum aliqua anatome dedit ad Hippocratem de fracturis. Edidit Foesius vertente Jacobo Santalbino, & poſt Hippocratis libros chirurgicos excudi ferit. Exſtat etiam in Nicetæ codice.

Inde cum ipſo Romano imperio omnes bonæ artes elanguerunt, ut meri compilatores ſupereſſent, & etiam iſti nullo judicio in compilando uterentur.

Nicetas medicus Conſtantinopolitanus undecimo ſeculo chirurgorum fragmenta bene multa collegit, etiam notulas, ut Cocchio videtur, adjecit, ei enim tribuit, quæ ſunt in codice adlitæ. Hujus collectionis tria ſunt exempla M. ſ. unum in *Bibliotheca Medicea* a Lascari Byzantio adlatum; duo in B. R. P. n. 2247. 2248. Ex priori Cocchius Oribasii *de fractis & luxatis* libros edidit, & aliqua loca Apollonii Citiæi. Pluſcula ſupereſſent edenda, ut hujus ipſius Apollonii in Hippocratis l. *de articulis comm.* deinde Græcus contextus Oribasii de *laqueis & machinamentis*, cujus ſola Vidiana verſio exſtat. Nicetæ collectionem Florentiæ Antonius Cocchius edidit, cujus ſingula recenſuimus, cum titulo, *Græcorum chirurgici libri e collectione* Nicetæ Florentiæ 1754. fol. * Addidit eruditas notas vir Cl. de ſcriptoribus eorumque aliis codicibus, paſſim loca emendavit; interpoſuit etiam anatomicas ſuas adnotationes, ut de rupto, in cadavere, ligamento utroque femur a cum acetabulo conjungente, de ruptis potius vertebrarum ſpinis, quando de luxatione cogitatur.

Nicolaus Myrepsus, ut alii antidotariorum ſcriptores, etiam medicamenta externa deſcripta dedit. Ejus antidotarium vide in *B. Botan.* I. p. 166.

Noni incerta eſt ætas. Ejus de omnium particularium morborum curatione librum edidit Hieremias Martius Argentor. 1568. 8. * Compilator, in multis Aetium ſecutus, alias Paulum & Alexandrum, mera medicamenta colligit ad omnes, etiam ad externos adeo morbos; palpebrarum, oculorum, aurium, narium, faucium, dentium; ad ſtrumas, ad mammarum cancros, ad ulcera aliaque mala partium utriuſque ſexus genitalium, ani. Ad inflammationem, carbunculum, gangrænam, mala cutanea, cancrum, cyſticos tumores, nervorum vulnera, venenatorum animalium morſus.

Johannes Zachariæ f. ab officio Actuarius dictus, ſeculi XIII. vel XIV. ſcriptor, Galenum in breve compendium contraxit.



(c) Ib.
(d) Ib. c. 7.
(e) L. 10. c. 3. Nonne idem Pythagoras. p. 111.
(f) L. III. c. 6.

In L. II. habet aliqua ad morbos oculorum, hirudines, cucurbitulas. In L. V. de glandibus. In L. VI. medicamenta externa, unguenta, emplaſtra, ſmegma BUTÆ, emplaſtrum MAZUPHÆ (*).

Ex GALENO multa. Curatio hydrophobiæ, morſus ſerpentum.

## §. LVII. INCERTÆ ÆTATIS GRÆCI.

CALLISTI liber de emplaſtris (a) & compoſitione oleorum. Chriſtianus fuit, cætera ignotus homo.

ANONYMI *de chirurgia* ex variis auctoribus in B. R. P. n. 2191. Eſſe qui AETIO tribuant.

Incerti auctoris πρὸς στῆψιν κεφαλῆς in B. AUG. Vindelic. (b).

Nomina inſtrumentorum variorum, quibus Chirurgici medici uti ſolent, in B. R. P. n. 2210.

(*) *Meth. med.* L. VI. c. 8.
(a) LAMBEC. L. VI. p. 11.
(b) MONTFAUCON p. 599.

# LIBER SECUNDUS.

# ARABES.

## §. LVIII.

Apud omnes gentes, etiam maxime barbaras, & ab artium commercio remotas, aliqua ab antiquiſſimis retro temporibus chirurgia fuit. Difficile vero eſt dictu, qua de cauſa ea chirurgia fere tota in uſtione poſita fuerit, & in ſcarifatione.

Uſtionem reperimus Græcis fuiſſe adprime familiarem ab HIPPOCRATE ad PAULUM uſque conſtat.

Sed Afri etiam paſtores (*a*) pueris quadrimis œſypo ovillo bregma inurebant, ne catarrhis eſſent obnoxii; quam eandem ob cauſam, HIPPOCRATES (*b*) octo cauteriis caput exurebat.

Ægyptii (*c*), molles cæterum homines, etiam noſtro ævo frequentiſſime ad urendum goſſypio utuntur.

Arabes & olim plurimis locis ignem admovebant, etiam in hydrope (*d*). Totus liber primus ALBUCASIS (*e*) unice in ferramentis occupatur, quæ igniuntur.

Turcæ linteolo intorto ſe urunt (*) ob defluxiones & capitis dolorem & artuum (*f*). Utuntur etiam fomite accenſo, ſtercore caprino ſiccato & goſſypio, quæ omnia in loco adfecto deflagrant. Paſſim videas totos cicatricibus obſitos.

Ipſi Americani indigenæ plurimum cauteriis utuntur (*g*).

Armeni, ventrem in colica candente ferro exurunt (*h*).

Bengalenſes cauteriis adverſus epilepſiam utuntur (*i*).

Indi & Perſæ goſſypinum pannum cæruleum, in loco dolente ſinunt deflagrare, cum intolerabili fere dolore (*k*).

 Indi

(a) HERODOT. L. IV.
(b) Aut certe auctor L. II. *de morbis*.
(c) PROSPER ALP. *med. Æg.* L. III. c. 12.
(d) RHAZE *ſect. caut. cont.*
(e) ALBUCASIS L. I. c. 34. in metatarſo.
(*) C. de BRUYN *Klein-Aſien* p. 143.
(f) BELLON obſ. p. 415. THEVENOT voy. I. c. 27.
(g) CHARLEVOIX *Amer. ſept.* L. III. p. 366. LAFITEAU *mœurs des ſauv.* L. II. p. 370.
(h) GEMELLI CARRERI in itinerario.
(i) *Lettres edifiantes & cur.* L. XV. p. 412.
(k) KÆMPFER.

Indi etiam ferro candente pedem in lentis febribus exurunt (*l*).

Brachmani junci medulla utuntur.

Chinenſes & Japonenſes, ſubtilioris ingenii gentes (*m*), artemiſiæ vulgaris folia lente exſiccata tundunt, fibras ligneas fricando ſeparant, ex ſtupa reliqua conos faciunt, qui abſque magno dolore ſenſim deflagrant. Ad podagricos dolores hoc præſidio potiſſimum utuntur. In epilepſia bregma inurunt. Loca (*o*) per univerſum corpus deſignant ad hanc uſtionem opportuniora (*p*). Credas artifici artemiſiam eſſe; lanam putabat eſſe HERMANNUS BUSCHOF, qui huic tamen uſtioni reſtitutam ſanitatem debuerit. Subtilem muſcum Jeſuitæ (*q*) dixerunt.

Poſt inuſtionem Japonenſes locum, qui moxam paſſus eſt, aqua ſalſa contrectant (*r*). Cicatricibus tamen vulgo notata habent corpora. Ferro etiam in colicis doloribus pedes urunt.

Tabulas, in quibus loci indicantur moxæ deſtinati, invenit medicus SIKKESSO (*ſ*).

Scoti inſulani icterum ſanant, candentibus laminis ad lumbos admotis (*ſ**).

Neque ea res undique vana eſt, etſi Europæi hanc curationem deſeruerunt, nam & ipſe eques G. TEMPLE, non ille credulus, podagræ paroxyſmum moxa incenſa diſpelli teſtis eſt.

Lappones fomitem adligant in conum factum & incendunt, ad dolores artuum aliaque mala (*t*).

Scarifationes & inciſiones perinde omnibus barbaris familiares ſunt. In ipſis Philippinis inſulis conchis ſanguinem detrahunt (*u*).

Americæ borealis incolæ (*x*) inciſa de cute ſanguinem educunt. Lapidibus iidem acutis ſcariſant (*y*). Serpentum morſum feliciter ſcariſando curari, idoneus eſt teſtis (*z*).

Sic Braſilienſes eo fine etiam ſpinis uſi & lapidibus (*a*).

(l) Ten RHYNE p. 102.
(m) KÆMPFER *Amœnit. exot. Faſc.* L. III. *obſ.* 12. ten RHYNE *acupunct.* p. 108.
(o) KÆMPFER CLEYER *Ind. Liter.* n. 14. ten RHYNE p. 86. 96.
(p) Icones dat ten RHYNE L. I.
(q) In *recueil d'obſervations édifiantes & curieuſes.*
(r) Ten RHYNE *de Artbrit.* p. 116.
(ſ) Ten RHYNE p. 160.
(ſ*) MARTIN. *weſt. Isl.*
(t) KNUT LEEM p. 378.
(*) HOGSTRÖM p. 164.
(u) THEVENOT. L. II. p. 4.
(x) PONCE de LEON itin. L. I. CHARLEVOIX L. III. p. 366. & de Miſſiſipianis *Voy. des Miſſ. de la C.* V. p. 292.
(y) LAFITEAU l. c. GUMILLA *Orinok* & 258. &c.
(z) *Salzburg Geſch. Cont.* VI.
(a) PISO hiſt. nat. Ind. L. II.
(*) LAFITEAU L. II. p. 370.

Congani incidunt cutem, & ſanguinem exſugunt (*b*). Sic in fronte conchula ſcarifant Americani & exſugunt ſanguinem (*c*).

Caraibes dente animalis Aguti venam utcunque ſecant, parum tamen emittunt ſanguinis (*d*).

Bockhari per ſacerdotes vulnera ſibi patiuntur infligi, quibus morbos putant ſuperari (*e*).

Medicus Sacerdos ex *Lamarum* ordine oculorum morbos operabatur, maximis uſus ad ſcarifandum cucurbitulis, ut ad 16. uncias ſanguinis emitteret (*f*).

Siamenſes utuntur cucurbitulis ex cornu bubulo factis (*g*).

Arabes in apoplexia (*h*) cucurbitulas adfigunt, eoque auxilio ipſe ZACHARIAS feliciter uſus eſt. Turcæ in cephalæa locum dolentem incidunt (*h* *).

Ægyptii (*i*) partem dolentem ſcarifant, inflammatum pectus in pleuritide; in hepatitide hypochondrium, pueris aures, labia, gingivas; crura vero etiam creberrime (*k*).

Veteres Græci (*l*) ab ipſo retro HIPPOCRATE, in hydrope ſcarifatione utebantur, etiam THEMISON (*m*); in pralyſi, in arthritide (*n*), aliaſque inciſiones cutaneas etiam crudeliſſimas in oculorum & capitis morbis moliebantur (*o*).

Japonenſes (*p*) paulo aliter rem adgrediuntur. Acus habent aureas, vel argenteas; eas vel intorquent, quoad cutem perforaverint (*q*), vel etiam proprio malleo adigunt. Ea perforatione utuntur in teſticulorum endemia inflammatione; ſed & in colica, in capitis vitiis, pleuritide, hepatis & lienis malis. Profunde defigitur acus, & triginta reſpirationum ſpatio detinetur (fere minutis primis duobus.)

Ipſe bonum acupuncturæ effectum G. ten RHYNE vidit (*r*). Artificium Japonenſis a Chinenſibus habere videntur. Etſi enim & ipſi ſuis in libris hanc acupuncturam deſcribunt, reperiuntur tamen ea præcepta etiam in libris Chinenſium, ut in *Tong Ching tu King*, ſeculo XI. ſcripto, impreſſo anno 1442 (*ſ*). Tum in

P 3 *Sching*

(b) LOPEZ p. 64.
(c) MOURGUIS apud de BRY A. p. XX. ic.
(d) Du TERTRE L. II. p. 410.
(e) *Algem. Reis.* T. VII. p. 377.
(f) GMELIN *Sibir. Reiſ.* T. II. p. 115.
(g) La LOUBERE L. I. p. 190. GERVAISE p. 138.
(h) RHAZE *de iis quæ ipſi evenerunt.*
(h *) Le BRUYN l. c.
(i) P. ALPIN. *med. Ægypt.* L. III. c. 4.
(k) ID. L. III. c. 12.
(l) CÆL. *tard.* L. II.
(m) Ib. c. 1.
(n) L. V. c. 2.
(o) Conf. PAULUM p. 109. & AETIUM.
(p) Ten RHYNE *acupunctur.* BONT. L. V.
(q) P. 185.
(r) P. 190.
(ſ) B. R. P. L. I. p. 375. n. 31.

*Sching Kiö uya:* etſi enim interpretes ajunt pertinere ad bubones ſ. puſtulas acu aperiendas, nimis tamen probabile eſt (*t*), non differre a vicinorum Japonum acupunctura.

Venam etiam Chinenſes (*u*) ſecant & Tunkinenſes (*x*), & Tartari (*y*). Lanceola Perſæ utuntur (*z*). Barbari novacula, qua frontis venam aperiant, vinculo pius collo circumjecto (*a*).

Hottentoti & ſcarifant & venam ſecant (*b*).

Medici circa Hudſonbaj (*c*) venam ſecant, acu traducta ſub vena, quæ ſecatur.

Clyſteribus utuntur Americani (*d*) Ambuſtionem oleo fervente factam foliis chinæ ſemi uſtulatis admotis ſanant (*e*).

## §. LIX. Arabes.

Ipſe ante Græcorum converſos libros, Arabum propheta MOHAMMED neque a medicina abſtinuit, neque a chirurgia. In angina infeliciter cauterio uſus eſt (*a*), alioquin in igne admovendo facilis (*b*).

AARON, pandectarum ſcriptor, ejusdem fere ævi, & medicamentariam partem chirurgiæ tractavit, & chirurgicam. Medicamenta ejus leguntur ad ophthalmiam (*c*), ad aurium ulcera, aliaque mala (*d*), & dentium vitia. Ad ulcera omnia ne putreſcant. Chalcitidem calidam eſſe nimis ( ubi aliud longe acrius medicamentum ſubſtituit) (*e*). De morſu ſcorpii (*f*); de animalculo perexiguo dana, cujus morſus pernicioſiſſimus ſit. Verum plurima ejus loca huc pertinentia RHAZEUS collegit. Ad chirurgiam pertinet curatio trichiaſeos. Calculi renum ſigna, color (*g*). Retentio urinæ ex apoſtemate nata (*h*). Non recte negat Haly Abbas de chirurgia agere (*i*).

MASER-

(t) Ib. p. 381. n. 58.
(u) SAAR *ind. reiſ.* p. 30.
(x) *Allgem. reiſ.* Th. X.
(y) THEVENOT. L. II. 81.
(z) ID. *Suite du voy.* L. II. c. 6.
(a) ID. L. II. c. 81.
(b) KOLBE.
(c) *Voyage for the diſcov. of a N. W. paſſage* p. 234.
(d) LAFITEAU l. c.
(e) Du MONT. L. p. 61.
(a) REISKE in diſſ. *de Arab.* p. 24.
(b) Ib.
(c) RHAZE Cont. L. II.
(d) L. III. c. 3.
(e) C. 4.
(f) L. XIV. c. 1.
(g) L. X. c. 1.
(h) Ib. c. 3.
(i) THEOR. L. I. c. 1.

MASERJAWAIH (*k*) integro nomine, & MASARGUIH RHAZEI, tempore Chaliſæ ABDELMALEC Ommiadæ vixit, ſeculo VII. exeunte, Judæus, & Balſoranus. AARONIS pandectas Arabice vertit; RHAZEO ſæpe citatus. Cicera (*l*) fieri lithontriptica, ſi ſicco loco nata fuerint.

Longe vero frequentius *Judæus* citatur, quem ſuſpicor eumdem eſſe. Medicamenta quidem ejus dicuntur ad ophthalmiam, & alia. Sed frequenter omnino vere chirurgica ei tribuuntur; Judicia de periculis & eventibus vulnerum, ulcerum. De fractura cranii. De venæ ſectione & venarum delectu.

Catarrhactæ depoſitio. De dentitione. Ut ſpina de gula evellatur (*m*). De uteri prolapſu (*n*). De incidenda membrana virginis imperforatæ (*o*). De ligandis hæmorrhoidibus (*p*). De ſugillatione (*q*). De diuturnis ulceribus (*r*).

EBN ABU ZAHER, vel ZAHAR, SAHER, SCHEAR, SCHER, eum putes eſſe ſcriptorem, quem RHAZEUS ſæpiuſcule citat, ejuſque medicamenta habet ad ambuſta (*ſ*), ad contuſiones, ad oculorum morbos (*t*); ad ſugillationem (*u*). Dicitur a. 125. poſt Hegiram vixiſſe.

ISAAC frequenter a RHAZEO citatur, qui videtur eſſe ſenior ille ISAAC BEN AMRAM. Medicamenta paſſim ex eo RHAZEUS habet, ad conbuſta, ad vulnera, ad ulcera, ad oculorum morbos, eorum aliqua ſuperſtitioſa (*x*). Habet tamen etiam chirurgica. Compreſſione arteriarum vulnera ſanari (*y*). De ulcere conſolidando (*z*): de paronychia (*a*).

An idem YSA f. *Naſr* (*b*) de dentium morbis.

CHUTZ vel CHUTZI, putes Æthiopicos eſſe medicos, nam plurali fere numero a RHAZEO citantur; antiquos utique, qui a JOHANNE MESVES f. tempore AARONIS ALRASCHIDI (*c*) citentur. Inter primos de ſublimato mercurio dixerunt, quem inter medicamenta erodentia recenſent; etſi enim ignarus interpres (*d*) terram vertit hydrargyri, venenum tamen vult, quod mures occidat.

§. LX.

(k) ABULFARAI p. 126.
(l) L. X. c. 1.
(m) L. III. c. 6.
(n) L. XI. c. 5.
(o) L. IX. c. 4.
(p) L. XI. c. 7.
(q) L. XII.
(r) L. XIII. c. 9.
(ſ) L. XV.
(t) L. II.
(u) L. XXV.
(x) L. XV. c. 5.
(y) L. XIII. c. 7.
(z) L. XIV. c. 1.
(a) L. XXV.
(b) RHAZ.
(c) ABULFARAI p. 154.
(d) Apud RHAZ. L. XIV. c. 1.

## §. LX. Johannes filius Mesve.

Difficilis hujus viri eſt hiſtoria. Satis equidem certum eſt, inter medicos Aaronis Alraschid ejuſque filii & nepotis, Johannem Ben Messuiah Abu Zachariah (*a*), doctum virum vixiſſe, qui multa ſcripta Græcorum converterit, facetum hominem, ſed vanum, coævum & æmulum Georgii filii Bactischuah. Pater ei Chuzenſis fuit Æthiops (*b*).

Hunc virum Rhaze ſæpiſſime citat, alias cum pleno nomine, J. F. Mesve, alias filium Musey vocat & Museya, librumque *de mundificationibus* dicit, (*c*), locum de canis rabidi morſu, & alia.

Dudum vero hæreo, num idem ſit ſimillimi nominis ſcriptor Bimassa & Bimasui, cujus etiam nomen apud Casirium (*d*) reperitur, & cujus *librum ſummarium* (*e*), & *l. aggregationis* (*f*) Rhazeus citat. Vocat alicubi Isa Bimassa. Eſt autem locus, in quo filius Hosen Bimmasi dicitur, qui narraverit Rhazeo (*g*), ut repetito aloes uſu vermem ſubcutaneum ſanaverit: & is certe Bimmasus non potuit centum annis ſuperior eſſe Mesues ille filius. Verum in barbara editione Rhazei difficile eſt verum ex corruptis nominibus extricare.

Noſter medicamenta fere habet ad chirurgica mala, etiam ad fracturas. Ad aurium morbos. De variis, quæ inciduntur venis. De avicula *ſafrabum* in Francia dicta, cujus inteſtina calculum frangant (*h*).

Exſtat editum ab Albano Torino opus, cum Jani Damasceni nomine. Baſil. 1543, cumque titulo *medicinæ therapeuticæ* L. VII. fol. * in quo morbi omnes corporis humani a capite ad calcem recenſentur. Id opus vir eruditus J. Godofr. Hahn pro vero antiqui Johannis, Mesui f. opere habet. Non videtur probabile, nam nomen fert Damasceni, quod frequenter apud Rhazeum occurrit, ut ſubinde Christianellum Damascenum, & Christianellum *ſapientis filium* vocat, neque ullo modo cum Mesve conjungit. Ejus Damasceni aliqua Rhazeus habet medicamenta, ut lithontripticum (*i*): ad hæmorrhoides (*k*).

Deinde noſter Janus Johannem filium Mosegua citat, qui ipſe eſt Johannes Mesves filius. Nam formula dentifricii, cui hoc nomen in noſtro auctore adponitur, cum nomine Johannis Mesvei f. citatur a Serapione (*l*). Deinde in noſtro Damasceno Gabrielis formula citatur, quæ fuerit Gabrielis

(a) Masawaihi Abulfarai p. 154.
(b) Abulfarai p. 168.
(c) L. II. c. 4.
(d) N. 883.
(e) L. III. c. 7.
(f) L. X. c. 1.
(g) L. XII. fin. venam civilem vocat (medinenſem a Medina civitate).
(h) L. X. c. 1. paſſere troglodytico.
(i) Rhaze L. X.
(k) L. XI.
(l) Serap. L. II. c. 16. Damascen. L. IV. p. 205.

BRIELIS (*m*) f. BACTISCHUA, qui potius fuerit JOHANNE junior, cum GEORGII BACTISCHUA filius ſit, ut continuo dicemus.

Porro JANUS noſter DAMASCENUS non reſpondet iis, quæ de MESVEO apud HALY ABBAS leguntur, neque de rebus tractat naturalibus; & HALY etiam *librum nonum* MESVES citat quem noſter non habet. Denique JANUM cum JOHANNIS SERAPIONIS f. comparavi, & tantam reperi ſimilitudinem, ut omnino eundem præter pauca mutata librum putem: erat autem ALBANUS TORINUS homo non certiſſimæ fidei. Ordo enim capitum (ſolo mutato literarum numero) & morborum idem eſt, & eadem medicamenta, & eædem citationes. Confer locum LUCÆ citati (*n*) & URNEMESVI (*o*), quod mirificum eſt nomen, & GABRIELIS (*p*). Confer porro herniæ pathologiam (*q*); locum de renum calculo (*r*); ejuſque generatione (*ſ*), de catheteris uſu (*t*), de partu difficili (*u*).

Cum vero SERAPIONIDES ſe ipſum citet, DAMASCENUS alium, cum nomina det (*x*) a DAMASCENO omiſſa, cum emendata citet (*y*), quæ iſte corrupta, omnino mihi videtur probabile, DAMASCENI nomine abuſum aliquem, SERAPIONIDEM compilaſſe.

## §. LXI. FILIUS BACTISCHUA.

Difficulter eruuntur hi filii & nepotes BACTISCHUÆ, & ipſe ABULFARAI manifeſto GEORGIO eamdem hiſtoriolam tribuit, quam alibi de GABRIELE narrat.

Fuit ergo GEORGIUS EBN BACTISCHUA, Jondiſapurienſis, ALMANSORIS Abaſſidæ medicus, qui inclinato ſeculo VIII. imperavit (*a*). Hunc GEORGIUM frequenter citat RHAZEUS. Mumiam ad lapſum laudat. Medicamenta varia invenit. Citatur ejus collyrium mirificum (*b*); cura mulierum ſterilium (*c*); aliqua ad morſum ſcorpii (*d*), ex allio &c. De Dana animali etiam ab AARONE dicto (*e*).



(m) p. 414. 415. 418. 453.
(n) SERAPION L. V. c. 21. DAMASC. L. VII. c. 18.
(o) ID. ib.
(p) L. II. c. 16. & DAMASC. L. IV. p. 205.
(q) L. V. c. 16.
(r) Ib. c. 22.
(ſ) Ib.
(t) Ib.
(u) L. VI. c. 36.
(x) L. II. c. 16. & DAMASC. L. II. p. 205.
(y) In nomine MOSEGUÆ. Sic *trugluditis* ſatis hactenus bonum nomen eſt aviculæ; apud SERAPIONIDEM L. IV. c. 21. mire vero deformatum apud DAMASCENUM *Atraguludiris* p. 380.
(a) ABULFARAI p. 143.
(b) L. II. c. 2.
(c) L. IX.
(d) C. XX.
(e) Ib.

Deinde reperitur apud ABULFARAIUM (*f*) GABRIEL filius BACTISCHUA, ſive frater GEORGII fuit, ſive filius, ſive idem denique homo. Hujus aliqua medicamenta SERAPIONIDES repetit. RHAZEUS nominat filium MAGNISUI, ejuſque formulam ad dentium dolorem citat, & locum de gibbo (*g*).

Inde reperio BACTISCHUA filium GABRIELIS, cujus facetum dictum ABULFARAI repetit (*h*), non eumdem medicum, qui fuit OBEIDALLAH *ben* GABRIEL *ben* BACTISCHUA, cujus nimis longe remota ſunt tempora, ſi recte (*i*) CASIRIUS ea numerat. Sed fuerit SALUBE f. GABRIELIS, Gondiſaburienſis, SERAPIONI dictus.

Præter GEORGIUM & GABRIELEM RHAZEUS variis corruptis nominibus citat BACTISCHUAM, BACTISUH (*k*), cujus coſmeticum eſt; & alius ejus locus (*l*). BUCTIIESU de oculorum morbis (*m*). BUCTISEN de iisdem. BATHISUS de lithontripticis. Denique huc repero medicum ABUGERIG, variis ejusmodi nominibus ſæpe a RHAZEO citatum, qui filius videtur fuiſſe GEORGII f. BACTISCHUÆ. Non tamen putes eſſe GABRIELEM, monachus (*n*) enim fuit. Mumiam ad fracturas adhibuit, ad quas conſilia ſua dat, & plurimum habet medicamentorum. Idem forte is fuerit, qui ABENURAIGI (*o*), ABINGAI, ABUMRAHI (*p*), ABIMIRAIG (*q*), ABUCARAIG (*r*).

GABRIELEM ocularium MAMUNI medicum citat ABULFARAI (*ſ*).

## §. LXII. HONAIN.

JOHANNITIUS, veriori nomine HONAIN, cum illo nomine citatus a RHAZEO, & cum altero corrupto in ONON (*a*). Perfrequenter citatur liber *de minutionibus*, ex quo magnum de venæſectione fragmentum RHAZEUS excerpit: tum compoſitiones f. *grabadin*: l. *memoriæ* (*b*); l. *oculorum*; l. *electionis* (*c*); l. *ſignorum* (*d*).

Ex

(f) p. 152. 153.
(g) L. XI. fin.
(h) p. 171.
(i) N. 884. nam eſſet anni 1138.
(k) L. XXV.
(l) L. XII. c. 3.
(m) L. II.
(n) RHAZE cont. L. XI c. 7.
(o) Ad oculos L. II.
(p) Ad morſum canis rabidi L. XX.
(q) De cane rabido ib.
(r) De venenato morſu ib.
(ſ) p. 167.
(a) Ejus liber *de dentium morbis.*
(b) L. III. c. 6.
(c) L. II.
(d) L. XX.

Ex eo viro catalogum (*e*) morborum oculi noſter habet, ex *l. memoriæ* & *ex l. oculorum.* Habet & locum de cataracta, alium de cancro oculorum (*f*).

Ex libro *electionum locum*, de herniis (*g*).

Ex libro *ſignorum* de *aſilebe* animalculo venenato (*h*).

Ex JOHANNITIO non citato, exve ONIN, de luxatione humeri, quam is auctor non facillime ait agnoſci, & fere ex denegata ejus artus (*i*) elevatione de eo malo judicat. De venis incidendis mirus locus, in quo auctor ait aliquando ſolidas & abſque cavo (*k*) reperiri. De morſu ſcorpii. De dentium malis &c. (*l*).

Cæterum HONAIN patrem & filium libros Græcorum in Arabicam linguam vertiſſe diximus, ſeculo fere nono. Cum temporibus MESVEI & BACTISCHUÆ hoc nomen conjungitur, ſiquidem HONAIN EBN ISAAC MESVES quidem diſcipulus fuit, a quo Græcam linguam didicit. Anatomen vero filium BACTISCHUÆ docuit, cui nomen fuit GABRIEL (*m*).

## §. LXIII. ALII.

SABUR EBN SCHALED, medicus Noſodochii Jondiſapurienſis (*a*), ſcripſit librum ſeculo nono exeunte *de medicinis compoſitis.* Sæpiuscule a RHAZEO citatur. Ejus medicamentum ad hernias (*b*); collyrium (*c*).

ALKINDUS, EL KHINDI, cujus habemus aliqua a RHAZEO citatur; ad ambuſta; de curata nyctalopia. Strabiſmum corrigebat panno nigro in latere altero ſuſpenſo.

JOHANNES SERAPIONIS filius (BIM SERAPION RHAZEI.) Nihil de eo ſupereſt, niſi de libris aliqua. Habemus ejus *Practicæ* libros VII. aliquoties editos, & cura ANDREÆ ALPAGI Venet. 1550. fol. *. Eos FREINDIUS ipſius antiqui JOHANNIS SERAPIONIS putat opus eſſe, cum eorum ſimilia contineat, quæ ex SERAPIONIDE RHAZEUS citavit, judicium vero HALY ABASSIDÆ non ſatis de noſtro verum eſt, de chirurgia nihil habere, cauſaſque morborum negligere & ſigna. Medicamenta enim chirurgica multa habet, & ob ea a RHAZEO frequentiſſime citatur.

In L. III. agit de oculorum morbis & de empyemate.



(e) *Cont.* L. I. c. 2.
(f) Ib.
(g) L. XI. c. 3.
(h) L. XX.
(i) L. XV.
(k) Ib. c. 1.
(l) L. XX.
(m) ABULFARAI p. 171.
(a) ID. p. 176.
(b) L. XI. c. 3.
(c) L. II.

In L. IV. de apoſtemate renum & veſicæ. Non debere calculum de rene excidi; de veſica poſſe, ſectos nonnullos enim mortem effugere. Adminiſtrationem fere ut CELSUS deſcribit, uſumque catheteris, & fiſtulam in urethra relictam. Lapidem Judaicum in calculo veſicæ inutilem eſſe.

L. V. totus chirurgicus eſt. Morbi cutanei; inter eos variolarum veſtigia. Herniam fieri ex dilatato foramine, quod in ſano homine ſit anguſtius, & vaſa ſeminalia tranſmittat. Hernias curat cauterio, ut cicatrix exitum arctet, quod conſilium nuper in Anglia renovatum fuit. De morſu animalium venenatorum. De cancro, quem totum jubet amputare, ne quidquam fiat reliqui. De partu difficili, uteri prolapſu &c.

## §. LXIV. SCRIPTORES MINUS NOTI HUJUS ÆVI.

Plurimos nempe RHAZEUS citat, non abſque moleſtia recenſendos, cum nomina mire corrumpat, & quandoque eorum loca ita repetat, ut difficulter errorem effugias: alias dubites, num de libro ſermo ſit, num de viro, denique num de civitate. Ita CATATRION, minime infrequenter citatum nomen, eſt κατα ιητρειν l. GALENI.

Græcos plurimos RHAZEUS citat, HIPPOCRATEM, ARISTOTELIS problemata, GALENUM, ANTYLLUM corrupto alicubi ANTILISII nomine in loco de bronchotome. ORIBASIUM, quem etiam URBASIUM vocat ALEXANDRUM, PAULUM, PALLADIUM (BALADIUS), alios, quos citavimus.

Inter Arabes frequens nomen eſt SARAC, SCHARAK, quem etiam, quod Indus ſit, a patria vocat SINDIHIAR, SINDHESAR. Medicamenta fere ſunt, quæ ex eo decerpit, ut ad veſtigia tollenda (*a*) ulcerum; ad oculorum mala. Ad calculum pellendum (*b*). Ad hæmorrhoides &c. (*c*). Habet tamen etiam calculi excidendi artificium, fere ad CELSI modum.

An differt ATTRAHINDUS (*d*) (pharmacopola Indus), qui lac ad expellendam urinam commendavit (*e*).

TABRI frequentiſſimum apud RHAZEUM nomen eſt, quod gentilitium videtur. Et ipſe fere in medicamentis verſatur. Ad nudatam meningen. Mumiam ad fracta & ſugillata. Ad ulcera vis unguentorum. Habet tamen etiam magis proprie chirurgica, ut de fracturarum eventibus (*f*).

MISIH, quem alias ABU HILAL HIMISI vocat. Medicamenta ejus pluſcula ſunt: ad lapſus (*g*); ad aurium mala, ad vermes inde exeuntes (*h*). De ventoſis

(a) L. XV.
(b) L. X. c. 1.
(c) C. XI.
(d) ATTAR Indus.
(e) L. X. c. 3.
(f) L. XV.
(g) Ib.
(h) L. III. c. 1.

toſis (*i*). Lac aſininum ad calculum veſicæ (*k*). Carpobalſamum calculum confringit. A filio MESVES a RHAZEO manifeſto diſtinguitur.

Sed frequens etiam nomen eſt MISUSAM, qui omnino videtur chirurgus fuiſſe. Curatio (*l*) virginis violentiam paſſæ, quem inmaturam putes fuiſſe, cum jubeat canulam in ſinum pudoris dare, ne conferveat. De veſicæ ſectio (*m*). Calculus in viro frequentior. De eo extrahendo.

PERSUS, PERSA, FARS: eſt ubi citatur in *Filahah*: eſt ubi liber *Perſus*, & denique liber *Perſus Abi Caled* dicitur. Frequens nomen eſt, in medicamentis etiam magis. Lithontriptica (*n*). Ad dentium mala. Ut multa purgatione & venæſectione repetita varix (*o*) ſuperatus fuerit. Ante SERAPIONIDEM vixit, a quo dicitur AL FERESI.

Habet etiam RHAZEUS MAHUMET EBN ABUCAID, & alias MAHUMET filium CALED, cujus medicamenta ad iſchuriam (*p*), & antidotum ad morſus venenatos citat (*q*), & alia.

ABDUS in *memoriali*, aut in *ſumma*, frequens eſt nomen, fere ad medicamenta, & fracta, & alia.

Filius THALAUS, TALITUS, CALUS (*r*), BIN THALNIS de ophthalmia, de dentium morbis (*ſ*), de tumore teſticuli diſſipando, & alias.

*Filius Patriarchæ* frequens iterum nomen, de morſu canis rabidi (*t*), qui fuſus eſt locus, de morſu phalangii, hominis; ad oculorum mala.

Sæpius filius JUBEIR ad mala oculorum.

BISER ad ulcera.

CAHLAMEN ad medicamenta aliqua.

OSLIMEN de cura mulierum poſt eductas ſecundas. Vocatur etiam (*u*) ASLUM.

JOSUE de morbis (*x*) oculorum.

GYCUL collyrium (*y*).



(i) L. XV. c. 6.
(k) L. X. c. 1.
(l) L. IX.
(m) L. X. c. 1.
(n) L. XI.
(o) L. XII. c. 2.
(p) L. X. c. 3.
(q) L. XX.
(r) Ib.
(ſ) L. XI. c. 3.
(t) L. X. c. 11.
(u) L. IX. c. 3.
(x) L. II.
(y) Ib. c. 7.

Alimaior, Ihesu Portefenestre, ita lego, Marrar & filius Genidii collyriorum auctores (z).

Martaris de cane rabido (a).

Asan de dentium dolore. Fuerit is Abul Hasen, cujus infelicem curationem Rhazeus recenſet (b).

Abu Daud docuit, ut prolapſa uvula elevetur (c).

Albasyri in *libris Summæ*. Serapion putat eſſe Oribasium. De oculorum malis (d).

Birange, qui Rhazeo de modo paracenteſeos adminiſtrandæ præcepta dederit (e).

Liber adtributus Ormos (Hermes,) de lithontripticis (f).

Elmogeh, vel Elmongeh, liber, ut videtur, ejus tituli. Citatur de aurium vitiis (g): de ulceribus renum & veſicæ (h).

Liber Hudah de odoratus defectu.

Liber Mabal de calculo (i).

Liber *univerſalis congregatus* de paſſionibus oculorum (k).

Liber *congregationis collyriorum* (l).

Liber Acrabadini ſ. *de medicamentis compoſitis*. Fuerit opus Johannitii.

## §. LXV. Medicinæ ejus ævi conditio.

Verterat nunc Græcorum pleroſque Honain, neque doctis medicis ſplendida præmia defuerunt, quamdiu Abbassidarum res ſteterunt. Medici Arabes in chemicis, in materie medica, plurimum ponebant laboris: manu ſua non videntur artem chirurgicam exercuiſſe. Rhazeus frequenter de curationibus malorum externorum ſermonem facit, quibus ipſe adfuerit; ſed idem chirurgis utique ipſas adminiſtrationes perficiendas reliquerat. Noſodochii etiam ſui, *Maraſtin*, cujus plurima apud eum virum eſt mentio, chirurgos ſæpiſſime citat, & ab iis ſe didiciſſe non diſſimulat. Ipſi chirurgi in legendis libris erant negligentiores (*). Ocula-

(z) L. II. c. 7.
(a) L. XX.
(b) L. XIV.
(c) L. III. c. 7.
(d) L. II.
(e) L. VII. c. 2.
(f) L. X. c. 2.
(g) L. III.
(h) L. X. c. 1.
(i) Ib.
(k) L. II.
(l) Ib.
(*) Rhazeus ad Manzor. L. VII. c. 1.

Ocularios medicos non raros fuiſſe adparet, in gente ſæpe ex oculis laborante. Libri Arabum fere ad PAULI imitationem ſcripti ſunt, compendium nempe medicum, & morborum a capite ad calcem catalogus. Signorum & hiſtoriæ minor apud eos cura fuit, plurima medicamentorum, quæ numeroſiſſima recenſent, & ſæpe parum fida.

## §. LXVI. RHAZEUS.

ABU BECKER MOHAMMED BEN ZACHARIA a patria dictus el RASI, vulgo RHAZE, medicus inſignis, qui Raiæ, Bagdadi, Alexandriæ & denique in Hiſpania vixit, noſodochio Bagdadino aliquamdiu præfectus, ſeculo decimo exeunte, in legendis libris plurimum laborem poſuit, & artem ipſam exercuit, quæ manu curat, ut chirurgos audiverit, qui in ea gente manu medebantur.

Ejus viri multa ſunt opera. Primum cum titulo *Continentis*, *comprehenſorum* vocat CASIRI, vaſtum opus, cujus duo ingentes tomi aliquoties folio magna forma excuſi ſunt. Mea editio eſt Venet. 1542. fol. * Gothicis literis, vertente FERRAGO, Judæo Siculo, emendata a HIERONYMO SURIANO, ſed etiamnum valde corrupta, tum in literis, tum in nominibus, tum in ipſis repetitis titulis, barbare denique, & abſque ulla linguæ Latinæ peritia, ut cum plurima cautela oporteat legere.

Innumera equidem priorum ſcriptorum loca hic RHAZEUS compilavit, non tamen ut nihil haberet proprii. Nam ubique ſuam interponit ſententiam, & ſua plurima, potiſſimum in noſodochio facta, experimenta, aut conſignatas certe in adverſariis adnotationes citat, quæ virum ſibi credentem, neque ſervili ingenio GALENUM alioſve exſcribentem, indicant. GALENUM potiſſimum exſcripſit, cujus & vera opera legit, & ſpuria, ut de mortuorum anatome: deinde PAULUM; nunquam, quantum hactenus reperi, AETIUM. Inter Latinos ſolum PLINIUM. Arabes, ut oſtendimus, numeroſos compilavit. De iis, quæ RHAZEO propria ſunt agimus, aliquanto diligentius, quo rariores noſtro ævo ſunt homines, qui tædium ferunt ſordidæ dictionis, ipſorum etiam incommodorum lectu typorum.

L. II. eſt de oculorum morbis. Quando puſtulas palpebrarum fricare neceſſe fuit, monet eas non debere claudi, niſi plumaceolo interpoſito. Eodem modo ubique mitiora ſolet curationum artificia præferre. Venam frontalem & angularem in multis oculorum morbis utiliter incidi, ſuo experimento. Plumbea medicamenta ad oculorum dolores commendat, balneum, purgantia, deinde ſcief album, cum endiviæ ſucco. Oculos ſiccos cum venis inflammatis curavit vino pene puro, & balneo; fatetur tamen periculoſam eſſe medicationem. Ut viderit in noſodochio a medico pterygium excidi; nihil ejus debere reliquum fieri. In pruritu oculorum collyria fellea convenire. Ipſa unguis exciſio, quem hamulo elevat, tunc exiguis forficibus reſecat, & inſtrumento,

mento, quod ob ſtyli barbariem non intelligas, adverſus diuturnam ſcabiem hirudines palpebris admovet. Fiſtulæ lacrumalis curatio. Findit, & in parte ima perforat ad nares, & uſtionem imperat, etiam repetitam. Poſſe etiam perforando abſque cauterio (coctura) curari, docetque ut perforetur. Fiſtulam, ſi certe FERRAGUM intelligo, deligato per triduum oculo, deinde fricato, ſanavit. Reſudatio, ſ. lacrumarum non reſorbtarum ſuper oculum effuſio. Chirurgos in noſodochio palpebram inverſam curaſſe, reſecta parte cartilaginis, tunc trajectis filis, extenſa in rectum palpebra. Ipſe excogitavit ferramentum flexum, quo radices ciliorum vitioſorum exurebat. Tabulis etiam duabus vidit palpebram comprehendi & tantum reſecari, quantum nimis ciliis exuberat, deinde palpebram tranſſui duobus vel tribus punctis. De ſetaceis fuſe egit.

L. III. de aurium apoſtematibus ſententiam ſuam dicit, a GALENICA diverſam. De morbo peculiari; in quo aquæ de aure multum exit. Enormem narium polypum dimidii *rotuli* pondo ſe vidiſſe reſectum. Poſtea ſetonem de pilis factum inmiſſum dicit, melius tamen anulum, qui reſolvi poſſit. Periculum eſſe, ne ea mala in cancrum abeant. Succo baſilici narium hæmorrhagiam inhibitam. Cancrum non oriri niſi in palato. Cancrum vel fiſtulam ſanari ſcalpello (ſpatha) carne reſecta, alio proprio inſtrumento extracta, deinde radice reliqua acri medicamento exeſa. Periiſſe, qui intra triduum 25. rotulos ſanguinis per nares amiſerit. Hianitum (vocem ob polypum ſtridulam) ſanatum fuiſſe oleo cera & pede columbino inmiſſis. Ulcera narium difficulter ſanari, & lenibus. De inſtrumento ad dentes evellendos. Ad pertinaces dolores dentem ignito ferro jubet perforare. Ad cariem cauterium. Gingivam mollem jubet ſcariſare. Ad corruptionem, medicamentum laudat ex calce arſenico & atramento intritis. Non nimis valentia medicamenta ad oris ulcera debere adhiberi (*a*). Sanguiſugam de palato depulſam eſſe ſpongia nivata. Sanguinem de inciſis venis raninis non facile effluere (*b*). ANCILISIUM medicum (*c*) ſe vidiſſe, qui in angina aperiret aſperam arteriam inter duos anulos. Tumidas etiam tonſillas hamo debere elevari & excidi. In angina ſuadet cucurbitulas pone aures & in cervice adfigere. Ad prolapſam uvulam ex aceto acri gargariſma ſuadet.

In L. IV. aliqua admiſta ſunt de empyemate & pectoris ulceribus, ita miſta cum pleuritidis & tabis hiſtoria, ut melius in practicis dicantur.

Ita neque in VI. Libro facile eſt pauca ſeparare, quæ de ſexto digito, deque mammarum apoſtematibus; & in L. VII. de cordis vulnere aut ulcere, quod noſter vix admittit. Satis tamen fuſe in eodem libro egit de paracenteſi, ad educendas aquas hydropicas recepta. Periculum ſectionis venæ baſilicæ non præterit, quod eſt a ſubjecta arteria.

Liber IX. vitia uteri continet, in quibus multa ſunt chirurgici argumenti, de

(a) C. 6.
(b) C. 7.
(c) Mihi videtur de ANTYLLO ſermo eſſe, quem PAULUS citet, & reliqua corrupta.

de inflammatione, ulcere, cancro uteri. De abortu; ſe vidiſſe in abortubus octavi menſis pedes præcedere, ut conſtet eo demum menſe fetum inverti. Breviter cæterum & imperfecte de partu. De umbilici, ani, uteri prolapſu.

L. X. De renum & veſicæ ulceribus, & calculo. Sanguinem, qui cum urina effluit, ex renibus eſſe, neque poſſe a veſica ſuppeditari. Aquam caſei (lactis nempe ſerum) in renum & veſicæ ulceribus præſtantiſſimum eſſe medicamentum. Dolorem in viis urinariis intolerabilem compreſſit dato ſemine hyoſcyami. Ex ſale calculum conſiſtere, ſeque in urina pueri plurimum vidiſſe. Citat extractores calculi, tamquam proprios ei operi deſtinatos homines. Vidiſſe calculos de porcis decedere; vidiſſe in equo; eſſe ubi pomi æqualis in homine fuerit. Farrago medicamentorum lithontripticorum. Sectionem calculi ex renibus improbat.

Lib. XI. De herniis omnis generis. GALENUM earum curationem non dilucide docuiſſe. Cum magna hernia liberam ſe vidiſſe fæcum alvi excretionem, quod omenti eſſet elapſus. Tumorem durum teſtis emplaſtro cum gummi ammoniaco ſe vidiſſe ſublatum. Hæc ſe vidiſſe in noſodochio. Hydrocelen eſſe, qui cauterio curent. Abſceſſum in teſticulo in ſe ipſo vomitu perfecte eſſe ſanatum. De dolore vehemente ex flatu herniam ſubeunte; eum cucurbitula admota diſſipat. Ut hydrocele curetur, perforatione, & aqua ſenſim expreſſa. De ani vitiis, hæmorrhoidibus, ulcere, fiſtula. Se vidiſſe enormes hæmorrhoides ampullarum ſimiles, quæ in piſcibus reperiuntur. Ut curentur hæmorrhoides, incidendo, venam ſecando, impoſitis cepe cum butyro, quod ait dolores ſedare. In fiſtulæ curatione ſanguinem compeſcit vitriolo impoſito. De moris per vinculum deſtructis. Multus eſt in his malis, ut putes in Oriente frequentia eſſe. Non debere nimium metui ab inciſo ſphinctere. De fiſtula penetrante & non penetrante. Ut turundis curetur. De gibbo; in infante ſe emplaſtris ſanatum vidiſſe.

In L. XII. De varicibus. Incidi debere & evacuari, deinde frequenter ſanguinem de vena mitti, ut fidelis ſit ſanatio. Ut juſſerit ferro vermem medinenſem nudari, lato vulnere, & ſanaverit.

L. XIII. De venarum & arteriarum vulneribus; de anevryſmate & nodo, ſive anevryſmate clauſo. Albumine ovi, thure & aloe, arteriæ vulnus ſanatum fuiſſe. Socios ſuos in noſodochio colcothar cum calce & thure ad ea vulnera terere. Arterias jubet bis ligari. Digito per tres horas arteriæ impreſſo, quæ venæ loco inciſa fuerat, ſanguinem ſubſtitiſſe. In alio caſu, vinculo per quatuor dies non remoto, dum impoſita ſpongia ſubinde humectabatur, ſanatum fuiſſe vulnus. Sic etiam diuturna preſſione, impoſitis leporinis pilis, aut goſſypio. PAULUM caſtigat, negatque, ubi plures ſunt fiſtulæ, tolli malum, niſi omnes aperias.

L. XIV. de ulceribus & fiſtulis. De ſublimati mercurii ad ulcera uſu. Difficile ulcus ex ambuſtione ortum denique ſe bolo Armena impoſita ſanaſſe. Antiquum in facie ulcus ſe curaſſe calefacta facie & defricata. Non debere abſceſſus aperiri inmaturos. Frictione, acri medicamento, & vini potu ulcus uteri

ſe ſanaviſſe. Se ulcera poſt apertionem continuo mundificare, inmiſſo panno, quo confricentur, circumjectis vinculis. Abſceſſum pectoris apertum injecto hydromele repurgari debere. Magnam ambuſtionem repetita aqua nivata ſe curaſſe. De infelici adminiſtratione ABULASEN, qui cum nervum dentis molaris vellet adurere, linguam combuſſerit & labia, quod per tubulum neglexiſſet ferramentum introducere. Eo in malo noſter repetito ſubinde cautere uti jubet.

L. XV. Vulnera capitis. Ut contuſa ſanentur. JOHANNITIUM carpit, qui luxationem humeri cum aliqua difficultate dixerit adgnoſci. De modo, quo fracturæ humeri deligentur. De reponendo humero elapſo, (ſuſpenſo ægro ſuper vectem, qui alæ ſubeſt). Male chirurgos in omni fractura emplaſtra adhibere adſtringentia, nocitura, niſi omnia ſana fuerint. Contra GALENUM, non debere manum in eo ſitu contineri, qui medius inter pronationem ſit & ſupinationem, ſed in eo, in quo quam minime doleat. Emplaſtrum adverſus ancyloſin. Diuturnam artus conſtrictionem nocere, motumque artus impedire. Spinæ ventoſitas, quam nuperi dixerunt ſpinam ventoſam. Primus de eo morbo & bene egit. Mali cauſam in ipſo oſſe eſſe, & vicinam carnem omnemque articulationem intumeſcere; malum in ambulatione augeri. Si ferro aperueris, non facile ſaneſcere, & ſi os corruptum fuerit, non curari, niſi os extraxeris. De ganglio in nervo ſubnaſcente. Diuturnam non nunquam deligationem requiri, cum mumiæ uſu conjunctam: ſe vidiſſe infantem, cui femur introrſum eſſet luxatum breviuſque factum; eum ſe ſanaſſe. In vehemente coitu penem frangi. Articulum ultimum digiti ad extenſionem difficilem acri emplaſtro adgreſſus eſt. Tabulam deſcribit ad luxatum femur continendum aptam. Deligatio, quæ pus expellat, aut effuſum ſanguinem. Fracturam humeri difficultas ſanari, ex chirurgorum in noſodochio relatione. Manum contortam per impoſita emollientia & deligationem aptam correctam eſſe. Ad dislocationem adjuvamenti (humeri). Os torqueri, niſi uſus adſtringentium emplaſtrorum diu continuetur. Qui adjuvamentum manu & abſque inſtrumentis reſtituerit. Cranium denudatum ut ſanaverit: ſic alium hominem, cui fœtida in vulnere erat ſanies, oſſe non raſo. Trepanum in carie frontis feliciter adhibitum. Qui cum nudatam haberet duram matrem, ex preſſione apoplexiam paſſus ſit, eaque omiſſa ad ſe redierit. Alium nudata ex fracto cranio dura membrana convaluiſſe; periiſſe alium, quod ſanies ad cerebrum manaret. Ut caries oſſis adgnoſcatur. De ſelectu venarum, quas ſecuiſſe profit. Venam ſecundum longitudinem debere incidi, non in transverſum. Ad jugularem (*Guides*) optimum cultellum requiri. Facilius macilentos anima linqui. Varia de venæſectione. Si vena cephalica detegi nequeat, quamcunque aliam in parte domeſtica brachii venam debere aperiri.

L. XX. De morſu animalium venenatorum, ad morſum ſcorpii medicamentum. ABIMASAREM theriaca ſumta fuiſſe ſanatum. Farrago medicamentorum ejusdem ſcopi. Recte tamen vulnus jubet exſugere, quod a morſu reptilis inflictum ſit. Varii caſus, quos in Noſocomio (*Maraſten*) vidit, hominum aquam

aquam ex morſu canis rabidi metuentium, ut canes latrantium. Cantharides in hoc malo laudat, nuper commendatas.

L. XXV. aliqua coſmetica de veſtigiis ulcerum & puſtularum removendis. Morbi cutanei varii.

Ita libros ex mea veteri editione recenſui. In *Bibliotheca Eſcurialenſi* alios habent numeros, cum L. XXI. ſit de ulceribus, rupturis, inteſtini prolapſu (*d*); vitiis partium genitalium. Sic neque Libri VI. VII. VIII. codicis n. 806. noſtris reſpondent.

In eadem *Bibliotheca* reperitur pars *Comprehenſoris*, quæ agit de tumoribus (*e*); & de venæſectione (*f*). De venenis liber (*g*).

Alius codex (*h*) librorum a tertio ad VI. ſatis noſtris reſpondet.

Alterum opus, prioris quaſi compendium eſt, in decem libros digeſtum, dicatum ALMANSORI præfecto urbis Raj, quæ RHAZEI fuit patria; unde vulgo ad ALMANSOREM vocatur. Prodierunt in collectione, cui titulum fecerunt, ABUBEKRI RHAZÆ MAHUMETHI *opera exquiſitiora.* Baſil. 1544. fol. * interpretibus GERARDO CARMONENSI, ANDREA VESALIO, & ALBANO TORINO. Alia editio abſque titulo prodiit Venet. 1497. fol. *. Alia, cui titulus *Liber* ALMANZORIS Venet. 1483. fol. BOEHM. Hujus operis etiam codices M. S. reperiuntur & in B. *Scorialenſi* omnino bini, n. 815. & 853, & in BODLEIANA n. 3768. M. S. BRIT. In his libris ſeptimus totus eſt chirurgici argumenti. Non negavero pleraque ex Græcis eſſe, RHAZEUS enim eos & legerat, & medico ita exiſtimabat neceſſarios, ut a bonorum librorum lectione (*i*) cum medico in arte exercitio conjuncta ſubito magnos viros exſtitiſſe glorietur. In libris GALENI ſe ſtudioſe verſatum (*k*). Inſomnem a nimia in legendis libris adſiduitate factum (*l*). Non tamen abſque ſuo experimento ſcripſit, qui medicum humeri apoſtema male curantem, & alieniſſimo loco luxationem (*m*) factam adfirmaret, de errore convicit, meliorique curatione ægroto ſanitatem reddidit. Cæterum hoc libro chirurgici morbi traduntur, qui nulli corporis humani parti proprii ſunt, non tamen plene, breviſſime enim de fractis egit & luxatis, de quibus in *Continenti* fere ex PAULO ſcripſerat. Omentum elapſum ſanum reponit; corruptum excidit, ſed ligatum. De ganglio, ut nunc vocatur. In paronychia aquæ nivatæ, fomenti utitur.

De impoſtoribus, qui ferrum ex oculo, calculum ex veſica ſe exemiſſe ſimulant &c.



(d) N. 812.
(e) N. 852.
(f) N. 856.
(g) L. X. n. 810.
(h) N. 803.
(i) L. IV. c. 32.
(k) *De caſibus, qui ſibi acciderunt.*
(l) Ib.
(m) C. 1.

Hæc erit *Chirurgia* ALMANSORIS, cujus M. .S eſt in BODLEIANA n. 3500, M. ſ. BRIT.

In L. VIII. agit de morſu venenatorum animalium, & de cane etiam potiſſimum rabido. Adgnoſcit non evadere, qui aquæ metum ſit paſſus. De ſublimato mercurio potentiſſimo veneno.

L. IX. de morbis oculorum, aliarumque partium ſingularium a capite ad calcem, etiam de calculo. Ad caſtigandam uvulam inſtrumentum habet, non quod ipſe invenerit, cujus Græcum nomen addat. Reſpondit codici 815. CASIRII, In Librum IX. variorum commentarios dicemus, cum practicis.

L. X. Aliqua de morbis cutaneis.

Cæterum totus liber brevis eſt epitomes, ad PAULI ſaporem ſcriptæ, ut tamen fere in medicamentis potius verſetur, quam in vera chirurgia.

Liber *diviſionum* brevius iterum eſt compendium omnium a capite ad calcem morborum, cum intermiſtis morbis externis, & chirurgiam poſtulantibus. In aſpredine palpebrarum craſſitiem cum inſtrumento demolitur, quod ait roſam vocari. Polypum narium ut Græci crine adſtringit. Ramicem ſola impoſita pila nonnunquam curari. In hydrocele ad utrumque latus raphes ſcrotum incidit, & aquam ait rapide effluere. Balnea ante paſtum commendat. Hydrocelen ſingulis menſibus jubet aperiri. Cavernulam habet urethræ.

In *antidotario* etiam externa medicamenta reperiuntur.

In l. de *adfectionibus juncturarum* præter emplaſtra & unguenta, cucurbitulæ etiam & cauterii in femore uſum deſcribit.

In l. *de infantum morbis*, de hydrocephalo agit, quem morbum, breviſſime deſcripſit neque chirurgice. Porro de ramice & calculo.

*De caſibus, qui ſibi ipſi acciderunt*, curationes aliquas inſigniores enumerat, ut hæmorrhagiæ ad ſyncopen uſque exuberantis; apoſtematis cerebro vicini, in quo ægro noſter tres libras ſanguinis eduxit, donec æger animo linqueretur.

Liber *de ſectionibus, cauteriis, ventoſis*: cum priori, Venet. 1497. fol. *. Lion 1510. 8. brevis eſt enarratio utilitatum, quas hæc auxilia præſtant. Additur RHAZEUM arthriticum, cui genu tumidum erat, cauterio, certiſque remediis ſanaſſe.

## §. LXVII. HALI ABBAS.

HALI filius ABBAS, diſcipulus ABIMEHER MOYSI filii SEJAR, auctor eſt *regalis diſpoſitionis* a STEPHANO Latine verſæ, & a MICHAELE de CAPELLA medico, *ſynonymis &c. illuſtratæ* Lion 1523. 8. maj. *. Multi facit FREINDIUS: mihi videtur totus ex Græcis exſcriptus, longeque minus proprio aliquo experimento ditatus, aut reliquiis librorum deperditorum, quam quidem RHAZEUS. Ex *practicæ* partis libris huc potiſſimum facit liber *nonus*, qui adminiſtrationum chirurgica-

rurgicarum compendium eſt. Jubet in principio medicum in chirurgicis ſe exercere. De venarum ſelectu quam fuſiſſime agit. Arteriotomen, ſed ex Græcis deſcribit, PAULUM enim fere ubique ſecutus eſt, cujus etiam periſcyphiſmum, & crudeles illas frontis inciſiones repetit (*). Fuſe de cucurbitula (ſitia,) & de hydrocephali curatione: de cauteriis.

L. III. aliqua de tumoribus, inflammatione, ſuppuratione, cancro.

L. IV. cutanea mala & de ulceribus, & vulneribus, fiſtulis, telis, animalium morſu &c.

L. V. morbos capitis & oculorum.

Liber ſextus morbos faucium & pectoris.

Liber octavus continet varia mala partium genitalium utriuſque ſexus.

In *Theoriæ* libris mala etiam externa & chirurgica habet, ut ea deſcribat, medela hactenus omiſſa. In libro *octavo* aliqua de morbis cutaneis tradit, de vulneribus & animalium venenatorum morſu. In *nono* partium genitalium & vicinarum partium mala; gibbum etiam, oculorum vitia, hernias &c. Verſio barbara vocibuſque non converſis plena. Partem medicamentariam omitto, quæ etiam ad chirurgiam ſpectat.

Ex ipſis demum vocibus *Pantegni*, quas CARPENSIS citat, ut oſtendat non idem eſſe cum HALI ABBAS opere, adparet utique eſſe HALY ABBASSIDÆ.

ISAAC cujus eſt *Pantechni*, non debet ab HALI ſeparari, cujus opus idem ſit. Idem demum eſt *viaticum* ISAACI BEIMEIRAM BEN SALOMON, quod CONSTANTINUS Africanus cum titulo *de omnium morborum cognitione vertit*, editum Baſil. 1536. fol. * quod cum CONSTANTINI dicetur.

Codex ISAACI SALOMONIS f. de ulceribus & inflammationibus ex Arabico in Hebraicum converſus exſtat in B. R. PARISINA n. 425. is poterit & ipſe ad HALY pertinere. Mahometani auctoris eſſe ex formula initiali apparet. In nomine Domini miſericordis &c.

## §. LXVIII. AVICENNA.

ABU ALI AL HUSSEIN ABDALLAH EBN SINA, Bockarenſis, diſcipulus ABU SAHL, vulgo AVICENNA, vir inſignis utique ingenii, pro Arabum principe habitus, quod pleniſſimum & boni ordinis opus ſcripſerit de re medica, nempe *Canonis* Libros V. ſæpe verſos & excuſos, quorum editionem coram habeo a JOHANNE COSTÆO curatam Venet. 1564. fol. 2. vol. *, cum ampliſſimis indicibus. Verſio hactenus caſtigata, tamen barbara eſt, plenaque vocibus non converſis: commode tamen nomina ſcriptorum adjecta ſunt, qui eorum ſimilia reliquerunt, quæ apud AVICENNAM leguntur.

Ad chirurgiam magna pars *tertii quartique* libri ſpectant. Auctor in tertio a

 capite

(*) C. 17. 18.

capite ad calcem partes corporis humani perſequitur, & cujuſque anatomicam fabricam, deinde morbos, & inter eos, ea etiam mala recenſet, quæ manu curantur. In hoc libro nonnullos ait diſrumpere inferiorem partem corneæ, & extrahere aquam (cataractam) per eam tunicam quam adminiſtrationem ipſe non probat (*a*) nuper a DAVIELIO reſtitutam. Ferro hernias non vult tentari (*b*). Nervos diſſectos jubet conſuere. Juvat fetum ob capitis molem difficulter progredientem ligare margine panni, & leniter extrahere: id ni ſuccedat, forcipes adminiſtrare iisque educere: habet forcipem & reticulum. Breviter iſta & fere his ipſis verbis, ut videatur de re ſuo ævo notiſſima dicere.

Porro aliqua tractat toti corpori communia, tumores, ulcera, glandulas vitioſas, morbos cutaneos, vulnera, fracturas, luxationes, morbos oſſium, ubi ventoſam ſpinam repetit, breviſſime; morſus venenatos, paronychiam.

In Libro V. medicamenta ſunt, etiam externa.

Ubique præcepta ſua tradit, breviter, & ut a peritis audio, eloquenter, Græcis ita uſus eſt, ut pauca habeat propria, & FREINDIO ſi credas, vix ulla. In iis certe, quæ legi, pauca offendi, quæ laboris eſſent pretium. Nephrotomen rejecit.

Quarta pars primi de univerſali methodo medendi per M. JACOB MANTINUM medicum Hebræum latinitate donata Hagenoæ 1532. 8. * Verſio minus barbara, quam illæ antiquæ; res ipſæ, quales ſolent eſſe AVICENNÆ. Intercedunt chirurgica de hirudinibus, vulneribus, ulceribus, fracturis, amputatione. Oſſa alias jubet terebra perforare, alias ſerra reſecare. Magna oſſa vetat adtingere.

In *Canticis* breviſſime chirurgiam adtingit.

AVICENNÆ chirurgia, quæ M. ſ. exſtat in B. BODLEYANA, M. S. B. n. 3500. excerpta erat de Canone.

Ejus *liber fiſtularum & de cauterizationibus* exſtat M. ſ. in *Collegio* CAJ. GONVIL n. 844.

*De tumoribus mixtis* Poema, quod ſit de genere *Argiuzat*, cum commentario AARONIS BEN ISAAC Judæi Cordubenſis, caſtigatum a MOHAMMED BEN ABDELSELAM, Murciani, eſt in B. *Scorialenſi* n. 826.

L. *de phlebotomia*, *cucurbitulis & hirudinibus* cum CONSTANTINI LUCÆ commentario prodiit Turin. 1584. 4. Alii 1583. OSB. L. de *flebotomia* M. S. eſt in B. R. *Par.* n. 6988.

De *apoſtemate calido*, *contuſione*, *attritione*, *caſu & offenſionis calvariæ curatione* MARIANI SANCTI commentarius. Venet. 1543. 4. RIV.

Canonis

(a) *Fen.* 3. tr. 4. c. 20.
(b) *Fen.* 22.

*Canonis* L. III. fen 1. *de ægritudinibus capitis* a J. QUINQUARBOREO *latine verſus & ad fidem codicis Hebraici correctus.* Pariſ. 1572. 8.

EJ. fen 2. *de ægritudinibus nervorum*, curante eodem. ib. 1570. 8.

## §. LXIX. VARII.

SABUR filius GIRGES, rex Medorum (a). Splendidum nomen, ut non videatur SABUR RHAZEI; medicamenta habet ad oculorum mala (b); ad dentes.

MUSA factor (c).

AMARAN & ISAAC ben AMARAN (d). Puto idem Judæus qui, HALY f. ABBAS imitatus eſt (e).

HONAIN, GABRIEL, MAHUMET A RHAZI & idem alio nomine, filius ZEZAR, HEBEN GEZAR, & HAMECH ABOALI, HALY.

Hos & alios forte citat JOHANNES MESVE junior, in fragmento operis, cujus pars major interiit, & quo omnes corporis humani morbi a capite ad calcem debebant contineri. Verum in morbis pectoris abrumpitur hoc opus, & reliquæ partes perierunt. Noſter in re medicamentaria fere potiſſimum verſatur: fiſtulam tamen lacrumalem ſe perforato oſſe ſanaſſe, ſibi teſtis eſt, etſi id rarum ſit, & foramen carne ſubnaſcente fere obturetur. Prodiit cum aliis MESVES junioris, *Damaſceni*, operibus Venet. 1602. fol. * & alias.

Quid ſint JOHANNIS MESVÆ *chirurgiæ* l. V, quos FERRARIUS Judæus chirurgus ex Arabico in latinum vertit in B. R. Par. n. 7171.

Seculi etiam ſexti hegiræ ſcriptorem CASIRIUS citat, n. 830, cujus codex exſtat in B. Regia *Scorialenſi*: nomen ei MOHAMMED ALGAPHEKI Cordubenſis. Titulus eſt de oculorum curatione.

HALI RODOHAM ætas non ſatis certa eſt. Ejus *commentarii* ad *techni* GALENI prodierunt Venet. 1496. fol. & alias. In eo libro aliqua huc faciunt, ut hiſtoria imperitæ & funeſtæ correctionis femoris fracti, maleque curati.

## §. LXX. AVENZOAR.

AL WAZIR ABU MERWAN ABDELMELEK IBN ZOHR, cujus nomen corrupte ſcribunt AHIMERON ABYNZOHAR, Hiſpanus, MANSORIS imperatoris medicus. In titulo editionis 1497. vocatur AL GUAZIR ABUALASSAR *filius* ABIMELETH *filii ſor.* Ejus opus *Tajeſſir*, vulgo *Theyſir*, ſæpe prodiit, & Venet. 1553. fol. * cum AVERRHOIS *colliget.* Vir inſignis, medici filius & avus, a parente, peri-

(a) MESVE. L. I. c. 11.
(b) L. II. c. 28.
(c) C. 6.
(d) L. I. c.
(e) L. II. c. 5.

peritiſſimo viro, ad legendos Græcorum libros admonitus fuerat. Contra medicorum ſui ævi morem, cum ſuo ævo periti chirurgi rariſſimi eſſent, & medici venæ ſectionem & manuales operationes *ſuis ſervitoribus reliquiſſent*, ipſe manu ſua curavit, & oſſa reſtituit, ut ſolam calculi ſectionem averſaretur, cum ex legis præceptis impium putaret, genitales partes intueri. Ad curandos ægros peregrinatus, etiam ſua manu medicamenta miſcuit, & *præparavit*: hæc omnia de ſeipſo ipſe refert. Ipſe laboravit abſceſſu mediaſtini, quem copioſa ſanguinis miſſione & exſcreato pure ſenſim curavit.

Libri ipſi tres ſunt, & pro Arabum more hiſtoriam continent morborum corporis humani a capite ad calcem, quos inter etiam ii ſunt, qui manu curantur. Fiſtula lacrumalis, quam ſola compreſſione, abſque inciſione ſanat. Hydrophobia; demorſa etiam animalia rabie inficiuntur. Experimentum in capra fecit; pulmonis particulam abſcidit, & feliciter curavit. Hominem vidit, cui per vulnus lateris longo tempore alimenta deceſſerant. De oleo *alquiſcemin*, quo pater calculum ſolverit. Viridi eſſe colore, limpidum, odore forti & aromatico. Se balſamo de Mecca calculoſis profuiſſe. Si lapillus in urethra impactus fuerit, adamante jubet rumpere, quem in ſtilo præfert. Tortuoſum penem ſanari non poſſe. Partium acriter ſentientium, etiam uvulæ, ulceribus oleum ovorum ſalubre eſſe. Patrem ſuum, quem noſter enixe veneratur, pronunciaſſe, non poſſe uteri eroſionem curari. Bronchotomen tentaſſe, FREINDIUS. Elapſum uterum reſectum, femina ſuperſtite. Liber tertius ad febres pertinet.

In *antidotario* medicamenta chirurgica reperias. In gulæ relaxatione, quem morbum in nobili viro viderit, & levaverit, alimentum per ſtanneam fiſtulam inſtillat.

EJUSD. *libellus de curatione lapidis ad eumdem* HALI filium JOSEPH, a quo & ipſe & pater in carcerem fuit conjectus. Remedia indicat, quibus generatio calculi prohibeatur. Prodiit Venet. 1497. fol. GUNZ. cum corrupto nomine ALGUAZIR ALBULEIZOR.

## §. LXXI. AVERRHOES.

EBN ELVELID EBN RUSCHAD, vulgo AVERRHOES, Hiſpanus Cordubenſis, philoſophus peripateticus, vir ſubtilis ingenii, ad Chirurgiam faciendam minime ſe dimiſit, neque res a ſe ipſo geſtas deſcripſit.

EJUS exſtat *Colliget* ſ. artis medicæ compendium ſæpe excuſum, & Venetiis 1552. fol. * Eo fere modo, quo HALY ABBASSIDES alio loco morbos ipſe deſcripſit, libro nempe III. & IV, & inter eos etiam mala, quæ manu curantur; alio curationem, libro nempe VII. Exigua tamen pars univerſæ artis hic tractatur, ut manifeſto percipias, noſtrum his in ſtudiis hoſpitem fuiſſe, neque in minutam rerum hiſtoriam ſe dimittere. ABENZOARI credit, ejuſque cum quibus vixit, filiis.

§. LXXII.

## §. LXXII. Albucasis.

Ita vulgo vocatur Abul Casem Khalaf Ebn Abbas cognomento Alzaharavi, quod nomen occidentales ſcriptores mire deformarunt, ut Azarara vocarent, & Ben Afarazelin. Tarabenſis, Harani & Bagdadi vixit, & obiit a. 339. heg. ſecundum Lindenium, nullo teſte producto, vix ab Arabibus uſquam laudatus. Ad decimum tertium ſeculum ob nominatos Turcas Freindius relegat, quod quidem argumentum non magni eſt ponderis; ante noſtros enim Turcas Bagdadi dudum alii Buidæ & Seljucidæ Turcæ floruerunt, regna fundarunt, Khalifaſque ſub imperio tenuerunt.

Paulo accuratius autem de Albucasi agendum putamus, quod & mereatur, & plurima propria habeat, & primus inſtrumentum chirurgicum ſigillatim depictum dederit, & præcipuus fuerit fons, ex quo nuperi ſemibarbari ſua hauſerunt. A principio queritur, chirurgiæ peritos homines raros eſſe, unde putes, non vixiſſe Rhazei ævo, quo chirurgi noſodochiis præfuerint, & ipſius ejus viri fuerint præceptores. Deinde Abulcasem plurimos ſe eorum hominum errores vidiſſe teſtatur; inciſam funeſto eventu arteriam, cum ignarus homo ulcus colli ſcrophuloſum in muliere aperiret. Alium, qui in adulto viro, cum calculum de veſica extraheret, una partem veſicæ avulſerit. Alium denuo, qui vehementer adſtricto femore, quod fractum erat, neque ſolutis vinculis, abſceſſum & gangrænam (perditionem) funeſtam acciverit. Cauteriorum deinde ſuorum & utilitatem fuſe laudat, & per ſingula: latiſſime enim ignis utilitatem patere perſuadetur, & inciſioni ſæpe præfert. Varias illas in capite uſtiones ad os uſque urget, id ut deoperiat. In paralyſi etiam & apoplexia, & epilepſia caput urit, inque trichiaſi, ut tamen etiam lapide infernali utatur (ex ſapone & calce viva parato). Sic in fiſtula lacrumali os nudat, urit & cædit. Amburit etiam os, plumbo per fiſtulam infuſo: Ultimum ejus fiſtulæ remedium quærit in perterebratione ad nares. In pulmonum frigida humiditate ramoſo ferramento tribus ſimul locis urit; ſic alam, ad humeri luxati ob copioſum & craſſum humorem labilitatem. Abſceſſum hepatis ferramento candente aperit. In hydrope & abdomen urit & pedes, tum renum regionem in dolore ejus viſceris; & femur ab humore nimio expulſum. Aquam phagedænicam indicat, quæ vires alcali & calcis vivæ unit. Uſneam ad hæmorrhagiam laudat. In hernia inguinali repoſito inteſtino ad os uſque urit, & quadrageſimum ad diem ægrum jubet quieſcere. Arteriam læſam aut abſcindit, aut ligat, aut amburit, aut impoſito digito compreſſam tenet.

In L. II. inciſiones dicuntur. Hic Paulum late ſequitur, ut etiam ejus monita & cautelas repetat, ut in caſtratione, quam ait lege vetari, & in mammæ nimis prolixæ amputatione. Habet ejus crudeles in capite & fronte inciſiones. Hydrocephalum externum, quem in ſolis pueris vidit, inciſione adgreditur. Ancyloblepharon minus diffidens cultro ſolvit. Venas in oculo tumidas elevat & reſecat. Cataractæ depoſitionem vel unica punctione molitur, vel duabus,

& duobus inſtrumentis; poſt operationem dabat hypnoticum. Eſſe, qui ex Alnyrach (forte Alkahirah fecunda cæcorum nutrice) veniant, qui corneam tunicam perforent, atque aquam (lentem cryſtallinam) exſugant, quam adminiſtrationem negat ſe vidiſſe aut legiſſe. Dentes filis aureis contortis firmat. De ſcrophulis (ſtrumis) lapideis; eos tumores excidit. Polypum narium in fauces continuatum multo labore excidit, & cum recrudeſceret, demum cauterio compeſcuit. Bronchotomen audacter ſuſcipit, poſtquam vidit ſanatam eſſe feminam, quæ ſibi aſperam arteriam præſciderat. Tumores cyſticos fatetur difficulter integros excidi. Atretam feminam, ſi ſola membrana naturam clauſerit, ſolo digito ſublevat, & quotidie jubet coire ne coaleſcat. Si caro in culpa fuerit, cultro utitur. Tumores duos maximos in abdomine ſe vidiſſe, quorum alter duas libras pendebat. Phimoſis & circumciſio: hanc primus, ut ipſi videtur, docuit. Præfert autem ſcalpello forficem. Mulierum calculum per obſtetricem curat, quam ipſe erudit, neque enim invenias feminam, inquit, quæ viro ſe nudam præſtet. Apparatu parvo ſimili utitur ut veteres Græci; vulnus autem inflictum dilatat, ut calculi moles popoſcerit. Hydrocelen totam findit, cutem primum, deinde vaginalem tunicam (ſiphac); teſticulum vero reſecat. Inde paracenteſin dicit; ſed malum redire docet. In ruptura vetat incidere ſaccum hernialem (ſiphac). Fetum mortuum forcipibus educit. Feminam vidit, in cujus utero, fetus mortuus remanſerit, quæ tamen conceperit, de qua denique abſceſſu facto fetus per umbilicum exierit, ut longo poſt tempore ſanata ſit. Hic ſpathomele delineat noſtris (*a*) ſimile. Vulnera ex ordine; ſanavit noſter virum, cui ampliſſimo vulnere abdomen patebat, & inteſtinum 24. horis extra ventrem fuerat, ſutura ſimplici & repetita, quam vocant *entrecoupée*. Vulnus ventriculi abiiſſe in fiſtulam, diuque cum bonis ægri rebus toleratum fuiſſe. Alium hominem curavit, cui inteſtinum læſum fuerat. Suturam inteſtino injicere diſſuadet. Ut longiſſimam curationem demum perfecerit, in qua ſenſim carioſa pars femoris palmum longa de ulcere prodierat. Artum amputare jubet, quoties gangræna progreſſus fecit, & vidit feliciter ceſſiſſe. Cannulam in paracenteſi habet, ſed dudum dictam. De venarum ſelectu & ſectione: inter varia ferramenta ad venam incidendam habet latum, quod percutitur, quale veterinarii utuntur. Ut vena medinenſis lente extrahatur. De morbo *nakir*, rariſſimo malo, in quo vena tumefacta ſit: ut tamen tumor cum ipſa vena adſcendat, & ad alterum brachium migret. In gravi caſu paronychiæ os corruptum exſtirpat.

Luxationes cito reponendas eſſe, ne inflammatio accedat. Tarſum luxatum ſola manu reponi poſſe, dum ægri corpus retineatur. Ferulas ex levi arundine parat. Callum vitioſum non frangi vult, ſed fomentis ſolvi. Hermaphroditos dicit, quibus ſub pene quædam quaſi vulva ſit, eos jubet curari.

De telorum varietate, eorumque extrahendorum artibus. Ut telum extraxerit, quod prope oculum ſubierat, & ad aurem alterni lateris exierat. Ut ex oculi adipe & palpebra inferiori ferrum extraxerit illæſo oculo: ut ex gutture hamatum

(a) L. II. c. 77.

matum ſagittæ ferrum de mediis venis jugularibus eduxerit; ut ex ventre exciderit: ut in muliere ſagitta in abdomine manſerit abſque incommodo, ut in facie. Ut non ſine difficultate ſagittam infra naſum hærentem tandem evulſerit. Debere nonnunquam ſagittam per inciſionem introitui vulneris oppoſitam excidi.

Liber III. eſt de fracturis & luxationibus. Trepanum videtur velle, quale Angli vocant *trephine*, abſque verſatili manubrio. Multum ſibi placet in repoſitione gibbi, quæ propria fit machina, quam ſibi tribuit inventam.

Vertit barbare ſatis, GERARDUS CARMONENSIS; icones etiam valde rudes ſunt.

Prodiit cum chirurgia GUIDONIS Venet. 1500. f. MAITT. Venet. 1506. fol. BUR. Venet. 1520. fol. * apud JUNTAM, literis Gothicis. Argentor. 1532. fol. *. Baſil. 1541. fol. GUNZ.

Quæ ad morbos feminarum ſpectant, ea excuſa ſunt in *Gynæceis* WOLFII & SPACHII.

Codices paſſim reperiuntur M. S. Arabice EBN ABBAS al ZAHARAVY chirurgia in BODL. M. S. BRIT. n. 6372. in *Bernardina* n. 7647. de lingua ambigo. Liber chirurgiæ ZAHARAVAEI decimus erat in B. NARCISSI Dublin. n. 1827. In B. D. MARCI (linguam iterum ignoro.) Latinus codex exſtat cum iconibus, in B. BODLEY. 3500. & 2461. alius in *Bibl. Nat. Cur.* alius in *Ambroſiana* MONTFAUCON I. p. 506. in Olivetana Neapolitana ib. p. 231. cum iconibus, in RANCHINIANA ib. II. n. 1283. cum iconibus. In B. Benigniana Divionenſi, MONTFAUC. II. n. 1285.

Notas ſuo exemplo addiderat SCHULZIUS.

Hic idem liber eſt trigeſimus operis ALZARAVI (ex B. BODL. n. 2461. & ad finem editionis Argentoratenſis 1532.) Eumdem enim eſſe ABUL CASEM, qui eſt ALZAHARAVIUS, ex codicibus Oxonienſibus FREINDIUS oſtendit. Citat etiam ſua opera chirurgica, & loca, ubi chirurgiam citat, in ALBUCASI reperiri FREINDIUS docuit. Hujus medicæ artis compendium prodiit Aug. Vind. 1519. fol. * cum PAULI RICCII præfatione, & titulo *Liber Theoriæ, nec non practicæ* ALZAHARAVII, *qui vulgo* AZARARIUS *dicitur*. Aliam editionem video citari etiam Auguſt. Vind. 1490. fol. HORST. Compendium eſt, ad PAULI & Arabum morem, morborum corporis humani a capite ad calcem, ut inter reliquos etiam de morbis agat, qui manu curantur. Non tamen chirurgicam adminiſtrationem hic quæras, quam ipſe ad chirurgiam remittit (*b*); ſententiam quidem ſuam utique dicit, ut artis peritus. Herniam negat unquam, niſi manus opera ſanatam. Incipientem cataractam (*c*) ſe vidiſſe medicamento curatam, quod mel receperit. Aquam (cataractam (*d*)) depreſſam adſcendere: alcanninam nunquam,

 quæ

(b) p. XCIV.
(c) p. XCVIII. b.
(d) p. XLVII.

quæ craſſiorum ſit partium (*e*). Apoſtema in ipſis initiis igne admoto fere diſſipari (*f*). Malum mortuum habet, quod eſt abſque ſenſu (*g*). Eos caſtigat, qui vinculum fracturæ injectum diutius quam juſtum ſit, non removent (*h*). Adparet librum non eſſe indignum, qui ſit ALBUCASIS opus.

§. LXXIII. VARII.

Seculi XIII. inventum eſſe lanceolam FREINDIUS.

ABU AMRAM MUSA EBN MAIMUN AL KORTOBI AL JEHUDI, vulgo MAIMONIDES, obiit anno hegiræ 605 (*), Hiſpanus Cordubenſis magnus Judæorum Doctor. Habet inter morbos, etiam chirurgicos, oculorum mala, cancros, abſceſſus, tumores, vulnera, fracturas, quam breviſſime.

ISSA BEN ALI al CABHALI, ocularius, incerti ævi auctor eſt, non continuo filius HALY ABBASSIDÆ dicendus. Citat JOHANNITIUM filium SERAPIONIS. Sæpe a GUIDONE citatur. Titulum fecerat. TADHKERAT ALKAHHALIN. S. *de oculis* continet eorum organorum mala atque curationes. Nihil reperi proprium. In fiſtula lacrumali ut reliqui arabes urit. Plurimus tamen eſt in medicamentis, & integram recenſet materiam medicam. Mea editio eſt Venet. 1499. fol. *. MAITT. citat 1500. fol. cum ALBUCASI, & 1506. fol. BUR. cum GUIDONE. In editis vocant JESU filium HALI.

Codex M. S. eſt in B. Regia HERBELOT p. 649. & in B. R. P. n. 7131. latinus.

An idem ISA ALA EDDIN, cujus experimenta ad oculorum vitia M. S. ſunt inter libros NARCISSI Dublin n. 1836.

SAAD EBA HEBAT ALLAH ſcripſit ſec. XIII. de circumciſione, quæ eo ævo a medicis adminiſtrabatur.

CANA MUSALI de BALDACH una cum ESV. f. * ALI prodiit a. 1499. f. * 1506. f. Plurimum ait ſe laborem poſuiſſe *in translatando de* libris *Chaldæorum* & *Hebræorum medicorum*, & CABASSI de India, eorumque flores ſe collegiſſe, inque hunc contuliſſe librum. Antiquiorem fuiſſe putes, certe ſe coram admiralio kalifæ Bagdadi ſtetiſſe dicit, quorum kalifarum imperium vergente ſeculo XIII. everſum eſt. Citat ALMANSOREM, JOHANNEM DAMASCENUM. Ipſe artem exercuit, & in utroque oculo cataractam depoſuit. Subnatas convulſiones caſtoreo compeſcuit. Multus eſt in medicamentis, habet tamen & chirurgicas adminiſtrationes. Sæpe citatur a GUIDONE.

§. LXXIV.

(e) p. XLVI. b.
(f) p. CXIX. b.
(g) p. CXXIV. b.
(h) p. CXXVII. b.
(*) ABULFARAI p. 605.

## §. LXXIV. Inediti varii posterioris ætatis vel incertæ.

*Tractatus filii Amerumnæ Afri ad Romanum Porphyrogenetam de ſpecie quadam pici ſimili ad fracturas & alios morbos utili.* Græce in B. Bodleyana n. 150. Procul dubio de mumia Perſica agit. Romanorum nullus nomen geſſit Porphyrogenetæ. Sermo videtur eſſe de Romano filio Constantini Porphyrogenetæ, ſeculi decimi imperatore.

Galaf, quem etiam Azaram Guido vocat, *antidotarium* ſcripſit, in quo medicamenta reperias chirurgica.

Alcoatim, ſæpe a Guidone citatus, videtur ocularius fuiſſe. Quinquaginta oculorum morbos deſcripſit (*).

Abdarrahman Nasser Ben Abdallah, qui obiit a. heg. 774. Ejus codex Hah Fi Asrar Al Nekah agit etiam de rebus ad juvandum & impediendum partum idoneis. B. R. P. I. n. 1091.

Hillel fil. Samuel tr. ad chirurgiam pertinentes, ad Galeni, Avicennæ & aliorum veterum ductum. Codex M. S. in B. R. P. I. n. 319.

## §. LXXV. Anonymi.

Liber chirurgicus cum inſtrumentorum figuris, Hebraice B. Bodley. n. 3744. An forte Albucasis ?

Anonymi tr. de chirurgia & delineatio inſtrumentorum, quæ ad eam exercendam neceſſaria ſunt. B. R. P. I. n. 430.

Anonymi chirurgicum opus, in quo omnia inſtrumenta chirurgica delineantur. Casiri n. 871.

Anonymi tract. *de oculorum morbis*, cum collyriorum formis & medicamentis; quæ res chirurgica ſolet adhibere. Aliqua etiam chirurgica inſtrumenta ruditer delineantur. Cum priori.

Anonymi chirurgia Hebræa. B. Vindob.

Anonymi Hebræi praxis medico chirurgica ib. Reimmann p. 758.

Anonymi tr. de variis unctionibus & emplaſtris hebraice B. R. P. I. n. 429.

*Schem Siu* codex de veterum inſtrumentis chirurgicis, in Gaffarelli libris (†). Tres Arabum ad morem rudiores figuræ fiſtularum: alia icon exprimens filum tortum, ultima fiebat lignis duobus ad comprimendum vulnus excogitatis, &c.

## §. LXXVI. Rei Chirurgicæ apud Arabes ſtatus.

Chirurgia, apud Mahometanos, ut neque cæteræ artes, vix ulla cepit incrementa.



(*) Argelata p. 90.
(†) Rhodius *de acia* p. 117.

crementa. Ad amputatos artus crudelem adhibent curationem, totam nempe artus truncati ſectionem bullienti pici inmergunt. Paſſim tamen aliqui repeiuntur, qui manu curant. In Coromandelia Mahometanus medicus hoc ſeculo cataractas deponebat (*a*). Urſæ Turca ſecabat ad calculum extrahendum apparatu parvo, & vulnus conſuebat (*b*). In Perſia excæcabant candente acu argentea inter palpebras trajecta (*c*); multo vero immaniores nuperi totum oculum exſcindunt; Sarcocelen exſtirpari vidit (*d*) THEVENOT (*e*).

In Ægypto curari herniam inciſo abdomine, inteſtino elapſo repoſito, vulnere conſuto (*f*). Sic Arnautæ (*g*). Paracenteſin etiam thoracis moliuntur (*h*). Cataractam Græcus medicus Conſtantinopoli depoſuit (*i*).

Ruſtici circa Athenas, quos dicunt Albanios, chirurgiæ peritos eſſe lego, ut ſit, qui novacula calculum ſecet, & inter trecentos ægros amiſerit unicum (*k*), neque tamen abſque judicis auctoritate calculum excidi. Solis manubus fracturas oſſium curant (*l*).

In Atſchin amputatos artus comprimunt veſica arcte circumligata, ita ſanguinem coercent (*m*). De chirurgia malabarorum (*n*) aliqua.

Mireris etiam alias multo rudiores gentes difficilibus nonnunquam chirurgicis adminiſtrationibus feliciter defungi. Genu in articulo a medicis in America ſeptentrionali feliciter amputatum (*o*) fuiſſe, oſſa confracta eosdem reponere & expedite ad ſanationem perducere (*p*).

## §. LXXVII. CHINENSES.

*Chang pa Schang tu* index eſt medicamentorum ad vulnera ſananda. B. R. P. I. n. 59.

Diximus eos qui ad acupuncturam pertinent.

(a) *Trankeb miſſ. Ber. contin.* LII. p. 603.
(b) THEVENOT voy. T. II. L. I. c. 9.
(c) *Della* VALLE L. III. p. 250.
(d) HANNAWAY.
(e) *Itin.* T. II. L. I. c. 9.
(f) PERRY p. 262.
(g) CANTEMIR *hiſt. Ottomann.* L. III. p. 398.
(h) ALPIN. *med. ægypt.*
(i) MARINI.
(k) *Remarq. d'un voyag. au levant* p. 149.
(l) Ib.
(m) DAMPIER.
(n) *Lettr. edif. & cur.* L. XV.
(o) Teſte le PAGE II. p. 399.
(p) LAFITEAU *mœurs des ſauvag.* III. p. 368.

LIB.

# LIBER TERTIUS.

# ARABISTÆ.

## §. LXXVIII. Constantinus. Gariopontus.

In Occidente & Europa Chriſtiana medio ævo, ſ. totis novem ſeculis a ſeptimo ad decimum quintum, bonæ artes languerunt, medicina etiam potiſſimum. Non deerant medici, quos Galli *mire* (a) vocabant, qui & internis morbis medebantur, & manu curabant. Præcipui tamen medici Judæi erant, ſcholæque aut Arabicæ, quo Toletanam ſcholam referas, aut a Saracenis edoctæ, quo Monſpelienſis pertinet & Salernitana. Primus undecimo ſeculo Constantinus ex Oriente, ſedeque Imperii Abbaſſidarum Bagdado, medicinam aliquanto comtiorem in Italiam retulit, Salernumque; idem quem a patria Africanum dicunt, & quem in Cœnobio Caſſini montis a. 1087. obiiſſe lego. Ejus opera ex Græcis & Arabibus manifeſto collecta ſunt, quos inter Janum citat Damascenum, vetuſtiorem illum. Ejus opera Baſileæ 1536. fol. * edita ſunt, quæ video ab eruditis viris tota tribui Isaaco dicto Beimiram f. Salomonis, cujus ſit *viaticum*. Sed eſſe verius Haly Abbassidæ olim & Symphorianus Champier ſenſit, & Jacobus Berengarius *Carpenſis* (b), etſi a Symphoriano aliquantum diſſenſit. In ea collectione continentur primum *de morborum cognitione & curatione* libri VII, in quibus ex Pauli & Arabum more morbi recenſentur a capite ad calcem, interque eos etiam externi & chirurgici morbi, in oculis, auribus, dentibus, uvula, mammis, recto inteſtino, renibus, veſica. Herniæ, morbi cutanei, tumores, ſcrophulæ. Vulnera etiam renum, uteri, teſtium; & alibi partus difficilis. Deinde *chirurgiæ* proprium librum dicavit, quo curationes tradit, quæ manu fiunt. Inter eas etiam crudeles Pauli inciſiones ad oculorum mala repetuntur. Proprii nihil reperio, etſi cæterum paulo minus incomtus ſcriptor eſt. Codex chirurgiæ reperitur in Cœnobio Caſſinenſi Montfaucon I. p. 209, & alius p. 200, alius in B. L. Bat. p. 401. 34.

Non ſeparabo Gariopontum, & ipſum Salernitanum, & Constantino coævum. In Ejus ad *totius corporis ægritudines remediorum* πράξεων l. V. Baſil. 1571.



(a) *Rech. ſur l'hiſt. de la chir.* p. 19. 454.
(b) *Fract. cran.*

1571. 4. * perinde ut in CONSTANTINI opere, morbos a capite ad calcem recenſos reperias, interque eos aliquos argumenti chirurgici, vulnera ventriculi, inteſtini, renis, veſicæ, hydrophoniam, ut vocat; calculum, morbos cutaneos, tumores, ulcera, gangrænas. Inutilis compilator.

Sed neque EROTEM de paſſionibus mulierum removeo, qui & ipſe libellus ſit Salernitani medici, non certe JULIÆ liberti, qui COPHONEM (*c*) citet, & Mag. THEODORICUM (*d*). De uteri prolapſu: negat ſurſum evagari. De partu difficili, mera medicamenta. De ruptura vulvæ; nonnullis oculorum malis, calculo. Ibi reperias, nonnemini poſt longam fomentationem calculum ſugendo fuiſſe extractum, per foramen factum circa peritonæum: ſed puto perinæum legi debere. De naſi cancro; fiſtula, quam juxta naſum (lacrumalem) negat curari poſſe. Dari feminas, quibus fruſta carnis in matrice pendeant (*e*), de polypis locutus. Prodiit cum *Gynæciis* Baſil. 1566. 4. * 1586. 4. * & ſeorſim *Trotulæ* nomine.

## §. LXXIX. CHIRURGI ITALI.

Seculo XIII. aliqui in Italia ſemibarbari Chirurgi vixerunt, quorum ſcripta ſuperſunt. Multum vero bonæ arti nocuit, quod omnis eruditio, & linguarum potiſſimum, quæ ſupererat cognitio, apud ſolos clericos eſſet, quos ipſos lex ſeculi XII. & concilii Turneſienſis anno 1163. ſanguinis quacunque effuſione prohibebat; donec tota chirurgia eos juſſit abſtinere imperitus & ferox pontifex BONIFACIUS VIII. Sed homines ejus ævi in præliis quidem ferro ſævire non deſierunt, in chirurgia utique ſanguinem profundere detractarunt, & ad unguenta, emplaſtra, & carmina delapſi ſunt, quæ acerba LANFRANCI (*a*) querela eſt. Qui vero de laicorum ordine inſtrumentis porro utebantur, ii fere illiterati erant homines, omniſque antiquitatis ignari.

Primus nuperiorum chirurgorum ROGERIUS eſt, quem Salernitanum fuiſſe lego, Cancellarius Univ. Monſpelienſis: ſi in M. S. Britannicis de eodem viro ſermo eſt. Ejus *Chirurgia* prodiit Venet. 1499. fol. * (& prius Bergami 1498. fol. MAITT.) 1546. fol. *. In medicamentis fere verſatur; habet aliqua tamen propria, ut in teli de facie extractione, ubi recte jubet ita deligare, ut fundus vulneris primus claudatur. Spongiam marinam adverſus ſtrumas commendat, bonum certe medicamentum. Propriam paſſim ad experientiam provocat, neminem citat præter HIPPOCRATEM, multum tamen Arabibus uſus. Ab eo videtur derivari PARACELSICA vulnerum curatio, quæ fit vino herbiſque. Additiones ROLANDI Parmenſis exiguæ ſunt.

Paſſim

(c) p. 950. Edit. 1566.
(d) C. 72.
(e) C. 24.
(a) p. 209. 249.

Paſſim etiam codices reperiuntur M. S. ut in libris Rob. Burscough n. 7688. M. S. *Brit.* in Bodleyana n. 3700; Ashmoleana n. 7800. 7762. Mertonensi n. 686. B. *Colleg. novi.* 1135. B. Cajo Gonvill. n. 971.

Quatuor magiſtrorum Salerni ſuper eam chirurgiam commentarii M. S. ſunt in B. Cai. Gonv. n. 971. Bodl. n. 3500.

Ejusdem fuerit Rogeriana *major & minor*, ſ. practica medicinæ.

Idem fuerit Rogerius cujus *l. de omnium venarum phlebotomia* prodiit Baſil. 1541. fol.

Alium vides fuiſſe Rogerium de Baron Pariſinus, cujus ineditum codicem de *vulneribus capitis* in B. R. P. dicit reperiri Portal, nuperior auctor cujus multa ſint ex Cauliaco.

Jamerii opus, quem Guido proximo loco recenſet, brutamque chirurgiam ait ſcripſiſſe, non lego editum eſſe, & ne inter codices quidem M. S. reperio.

Gentilis de Fulgineo non quidem chirurgus fuit, cæterum ejus expoſitiones cum textu Avicennæ prodierunt Venet. 1484. fol. 1486. f. 1492. ſ. & *Conſilia* Venet. 1503. f. cumque iis *tr. de herniis*, cujus eſt codex M. S. in B. Bern.

An differt Gentilis *de Florentia*, cujus *ſuper* Avicennæ *tr. de dislocatione & fracturis commentarii* prodierunt Ferrar. 1485. fol. Venet. 1536. fol.

M. Rolandus Parmenſis præter additiones, quas diximus, reliquit *chirurgiæ* libros IV. ad verbum ex Rogerio exſcriptos, ut ipſe quidem ſub finem fatetur. Editi ſunt Venet. 1499. fol. *. 1519. f. 1546. fol. *. Baſil. 1541. fol. Gunz. Bergami 1498. fol. Maitt.

Codices M. S. ſunt in B. Medicea Plut. 73. n. 30. in B. R. P. n. 7134. Eadem fuerit *medulla chirurgiæ* in B. Bodley. n. 2535.

Ipſe chirurgiam exercuit, & (*b*) Theodorico ejus diſcipulo teſte pulmonis vulnus ſanavit. Carmen tamen ad ſtrumas præſcripſit.

Hic ipſe videtur Rolandus Capellutius, cujus chirurgiam Venet. editam a. 1490. 1519. & 1546. fol. Lindenius recenſet, neque enim ejusmodi Capellutium uſquam reperio.

Portalius, Capellutium male a me ante Guidonem poni monuit; verum ego de Rolando dixeram, non de Capellutio.

Huc ponas quatuor magiſtros, fere empiricos, Bruno antiquiores, qui aliqua ſcripſerunt, & omnia ulcera emollientibus medicamentis (*c*) curabant (*d*). Naſum incidebant, ut polypum curarent (*e*).



(b) p. 149. b.
(c) p. 130.
(d) Cauliac. c. ſing.
(e) Guido p. 486.

Brunus, Longoburgenſis Calaber (*f*), Patavii a. 1252. (*g*) vixit, ſuo ævo celebris.

Ejus *Chirurgiæ magnæ* libri duo prodierunt in collectione Veneta 1499. f. * 1546. fol. *. 1519. B. B. Bergami 1498. fol. Maitt,

Codex M. S. eſt in B. Caio Gonvil. *Coll. Cantabrigiæ* n. 971. in B. R. P. n. 7128; in Medicea Plut. 73. R. I. In *Bibl. Nat. Cur. Chirurgia* ejus *magna* & *parva*. Sic in Bodleyana n. 3500.

*Chirurgia parva* breviſſima, una prodiit cum majori.

In medicamentis, iisque ſiccantibus ſibi placuit. Manum tamen etiam operi admovit, & emollientia vulgarium chirurgorum rejicit, atque olea. Venas parvas in oculo ligare, & incidere juſſit. Fiſtulas ani integre cultro vult aperiri, cum aliter neminem viderit ſanari (*h*). Ambulationem corroſionis nos cogere ut membrum incidamus (*i*). Multos ſe vidiſſe ſanatos, quibus dura cerebri membrana læſa fuerit, aliquos, quibus pia (*k*). Angulos cutis in cranii fracturis non debere amputari (*l*). Styptica utiliter duræ membranæ admota (*m*). Herniam reducebat, urebat ad os uſque (*n*); Fiſtulam totam aperiendam eſſe non aliter ſanabilem (*o*).

Arabibus potiſſimum uſus eſt, & Albucasin (*p*) citat, ut certum ſit, eum ſcriptorem ante medium ſeculum XIII. vixiſſe. Citat etiam Constantinum.

Theodoricus, ex ordine prædicatorum (*q*), & pœnitentiarius Pontificis, denique epiſcopus Cervienſis, diſcipulus Hugonis a Lua, coævus, ſed junior aliquanto Rolando, quem cum magiſtro ſuo curantem vidit.

Ejus *chirurgiæ* L. IV. prodierunt Bergomi 1498. fol. *. Venet. 1499. fol. * 1519. fol. B. B. 1546. fol. *.

Codex M. S. in Ashmoleana n. 7802.

Bruno multum uſus eſt, & perinde ſiccantibus & vino, denique medicamentis indulſit, ut Guidonis reprehenſionem (*r*) ſit paſſus, quod manus opera totus abſtinere voluerit. Mihi, etſi acerbum eſt Guidonis & Freindii judicium, iis melior videtur qui præceſſerunt. Hildanus non vult aut Theodoricum contemni, aut Brunum (*ſ*). Impoſtores eſſe monet, qui omnes hernias

(f) Strumas in Calabria frequentiſſimas eſſe p. 124. b. & p. 130.
(g) p. 130.
(h) p. 128. b.
(i) p. 112.
(k) p. 114. b.
(l) p. 115.
(m) p. 147.
(n) p. 127.
(o) L. II. c. 56.
(p) *Introit.*
(q) Hæc in præf.
(r) Fabulas magiſtri ſui Hugonis recepiſſe.
(ſ) Ep. 90.

nias ſe profiteantur curare (*t*). Ingenuus homo, fatetùr ſe improbante ingentem ſeptem librarum nattam feliciter exſectam fuiſſe (*u*). Arteriæ vulnera impoſitis pulvillis & apta, diuque non renovata, preſſione ſanat (*x*). De exciſione in fractura cranii fuſe: de foraminibus terebra repetito terebrandis, deinde conjungendis, ut os excidatur (*y*). Olea perinde reprobat (*z*) ut BRUNUS, vinumque vult vulneratis dari, & alimenta boni ſucci (*a*). HUGONEM (*b*) omnia vulnera vino, ſtupa & apta deligatione ſanaſſe. Ipſe multa arteriarum vulnera abſque anevrysmate curavit (*c*). Cellulam cerebri evacuatam fuiſſe, quæ eſſet memoriæ, & vulneratum tamen convaluiſſe (*d*), neque jacturam feciſſe ejus facultatis: ſanatos etiam, quibus rupta utraque meninx, & pars non exigua medullæ deleta (*e*) fuiſſet. Fiſtulas ad uſque os coccygis adſcendentes ſanari non poſſe.

Pulverem HUGONIS, quem deſcribit, mire laudat ad cranii fracturas, eoque ſe eſſe ingenti in malo percuratum, cum tria oſſicula ſeceſſiſſent (*f*). Narcoticorum uſum rejicit (*g*). De vulnerum curatione; turundas improbat, ROGERIUM & ROLANDUM (*h*) corrigit arteriarum vulnus ſolo vinculo ſanari (*i*). HUGONEM thoracis vulnus, cum pars pulmonis amiſſa eſſet, ſanaſſe, præſente ROLANDO, male ſibi hanc curationem tribuente (*k*). Os inciſum ſanavit (*l*). Diuturnum & ſanioſum vulnus thoracis Salerni ſe ad ſanationem perduxiſſe (*m*). In vulneratum inteſtinum molle quid de ſambuco introducit (*n*), tum conſuit, tum ventrem ipſum conſuit, ſinitque coaleſcere, omni rejecta cannula. Vulnus etiam cum fractura complicatum jubet conſui, & pariter deligat (*o*). Callum male natum, juniorem quidem emollientibus medicamentis reſolvit, duriorem ferro (*p*). Abſceſſui, quem vult aperiri, hirudines admovet, in apertum turundam (*q*) ſubit, ſed altera in deligatione removet, neque quidquam porro peregrini in ulcere admittit (*r*). Cum imperiti ſcrophulas exciderent, multos ſe vi-

 diſſe,

(t) p. 169.
(u) p. 168.
(x) p. 140. 141.
(y) p. 115.
(z) p. 138. b.
(a) p. 139. b.
(b) p. 140.
(c) p. 141. b. niſi GALENUS eſt, qui loquitur.
(d) p. 145.
(e) Ib.
(f) p. 145. b.
(g) p. 146.
(h) p. 148.
(i) Ib. b.
(k) p. 149.
(l) p. 151. b.
(m) p. 149. b.
(n) p. 150.
(o) p. 152.
(p) Ib. b.
(q) p. 165. b.
(r) p. 167.

diſſe, qui perierint, & deſcribit ut eas tutius ferro impugnes vel arſenico (*ſ*). Fiſtulam ani non ſanari, niſi tota ferro aperiatur. De malo mortuo fuſe: adverſus eam ægritudinem (*t*). Carminum vim ad extrahenda tela, ad ſanandas fiſtulas citat, neque fidem adhibet (*u*). Nervos contra AVICENNAM vetat conſui (*x*).

Adparet neque experientiam defuiſſe viro, neque curam adnotandorum, quæ rariora videret; ſubtiliores utique & artificioſas adminiſtrationes non eſt adgreſſus, ut ex fiſtula lacrumali adparet, cujus curatio nihil habet proprii. Mulierum morbos omiſit.

ALMAGESTI citat medicamentum (*y*).

ANSELMUS de JANUA frequenter citatur a GUILIELMO de CHAULIAC, ſemel a LANFRANCO, ut oſtendat trepano debere abſtineri. Medicamentum dediſſe BONIFACIO pontifici, ab eo habuiſſe GUILIELMUM de SALICETO (*z*).

Ejus nepos JOHANNES pariter chirurgus fuit (*).

## §. LXXX. GUILIELMUS de SALICETO.

Placentinus, Clericus, Profeſſor Veronenſis, obiit circa annum 1277, prioribus omnino doctior, & adminiſtrationum chirurgicarum peritus, *valens* homo, ipſo non blando judice GUIDONE.

Ejus *Chirurgia* ſæpe prodiit, quinque libris Venet. 1470. 1502. fol. LIND. 1546. fol. *. Gallice verſa Lion 1492. 8. RAST. Pariſ. 1506. 4. VERDIER.

Codex eſt in B. CASSINENSI. MONTFAUC. I. p. 217. in SLOANEA B. B. n. 8736. in BODLEYANA n. 3500.

Non deſunt apud GUILIELMUM adnotationes utiles. Ita hydrocephalum externum (*a*) cum ſponte ſanatum vidiſſet, ipſe curavit repetito cauteriorum uſu. In ungue a ferro ſibi metuit, & aquas ſtillatitias valde compoſitas adhibet & cauteria, eoque modo ægrum ait ſe ſanaſſe (*b*): eſſe tamen fatetur, qui ferro feliciter uterentur. Peſtilentis carbunculi bona curatio. De fiſtulæ penetrantis curatione deſperat (*c*). Sarcocelen & ejus exſtirpationem bene deſcripſiſſe FREINDIUS. Veſicantia medicamenta in ophthalmia laudat; tumores ſcrophuloſos colli exurit, & uvulam, ſic PORTAL. Apoſtema gulæ jubet emolliri (*d*) & incidi. Apoſte-

(ſ) p. 171.
(t) p. 175.
(u) p. 158. b.
(x) p. 141. b.
(y) p. 143. b.
(z) GUIDO p. 92.
(*) Ib.
(a) p. 304. b.
(b) p. 306. b.
(c) p. 3 8.
(d) p. 310. b. 311.

Apoſtema in humero medicis non intellectum incidit (*e*) & ſanavit, tum in femore aliud. Juniores hernioſos ſæpe ſe ſola deligatione & emplaſtro ſanaſſe (*f*). Fiſtulam turunda ex radice raphani illito pulvere veratri mundavit & ſanavit (*g*). Cui cerebrum enſe inciſum erat, cum paralyſis ſuperveniſſet, eum tamen vidit (*h*) mortem effugiſſe. Sic alium evaſiſſe, cui a cerebri vulnere excrementa præter voluntatem decedebant (*i*). Carbunculos peſtilentes fere omnes ſe ſanaſſe reſecto malo & uſto (*k*). Sagittam de cerebro eximi non debere, ſæpe enim naturam ſe ea liberaſſe (*l*). Aſperæ arteriæ vulnus ſanavit (*m*). Demum ſutura curavit hominem (*n*), qui eodem vulnere & aſperam arteriam ſibi præciderat, & œſophagum: demum cum ſagitta per collum penetraſſet, non læſa tamen gula. Inteſtinum cultro læſum ſutura, quam vocant pellionum, conſuit, repoſuit, tunc abdomen conſuit, felici eventu (*o*). Nervos ſenſibiles & motivos jubet conſuere (*p*). Detectum nervum ſenſum amittere (*q*), experimento procul dubio a tendinibus ad alios nervos translato. Sigillatim deſcribit abſceſſus, vulnera, fracturas, luxationes ſingularum partium. In quinto l. *de cauteriis* agit cum iconibus. Non tamen injuſte GUIDO monuit, nimis uſum eſſe emplaſtris, unguentis, & molli medicina, pleraque etiam ut omnes coævi, ex Arabibus ſumſit. Laicorum conſortium jubet vitare. Morbos muliebres omittit, ut clericum decet.

Ejus *ſumma conſervationis prodiit* Venet. 1502. fol. HUG. ita m.

## §. LXXXI. LANFRANCUS.

Mediolanenſis, Clericus, excitati ingenii homo; cujus opus etiam ob hiſtoriam chirurgiæ ſui ævi ames legere, quam intime ſibi perſpectam dedit. Huic viro chirurgia Gallorum debetur, nihil enim, quantum reperio, ante eum in eo regno ſcriptum fuerat. Juſſu MATTHEI Vicecomitis ex patria pulſus, Lugduni primum, inde Pariſios venit a. 1295. (*a*) annoque 1296. hoc opus *ad rogationem* JOHANNIS de PASSAVANTIO medicorum decani ſcripſit (*b*); miraſque laudes & PHILIPPI regis canit, & urbis Pariſiorum. Vulgares chirurgos ſolet

 laicos

(e) p. 313.
(f) p. 317.
(g) p. 321.
(h) p. 330. b.
(i) Ib.
(k) p. 322. b.
(l) p. 327. b.
(m) p. 331. b.
(n) Ib.
(o) p. 336. b.
(p) p. 332. b. Vetat THEODORICUS.
(q) p. 339.
(a) *Præm. Chir. Magn.*
(b) Sub finem.

laicos (*c*) vocare. Iis dolet chirurgiam relinqui, cum nos (medici phyſici) eam ob ſuperbiam deſeruiſſemus: laicos enim in chirurgia nihil noſſe, niſi medici ſint (*d*). Male chirurgum fuiſſe ſcriptum eſt & laicum (*e*): quos phyſicis & ſibi oponit (*f*). Phyſicus ipſe venæſectionem tamen ipſe exercebat (*g*), abſentibus laicis, & in univerſa chirurgia non minimum laborem poſuit GULIELMI de SALICETO diſcipulus.

Princeps ejus viri opus eſt *Practica quæ dicitur ars completa totius chirurgiæ* Venet. 1490. f. LIND. 1499. f. * 1519. f. B. B. 1546. fol. * Bergami 1498. fol. MAITT. Lion 1553. f. LIND.

Anglice, ut puto, vertente HALLE Lond. 1565. 8.

Hanc eſſe puto chirurgiam, quam GUILIELMUS IVOIRE Gallice vertit, Lugduni excuſam 1490. 4.

Codex exſtat in B. CAIO GONV. *Cantabr.* n. 973. & in B. R. *Par.* n. 7129. & 6992, & procul dubio in *Vaticana* PETAVII MONTFAUC. I. p. 96.

Verboſus utique collector Arabum, imitator GUILIELMI, timidior fuit, neque immerito, in periculoſis adminiſtrationibus (*h*); cum ars chirurgis deeſſet, medicis exercitatio. In vulneribus ſimplicem curationem adhibuit, quam eo ævo vocabant *primæ intentionis*, & turundas undique rejecit (*i*). Nervos ut Magiſter ſuere jubet (*k*). Puerum ex vulnere venæ organicæ (in collo) exſanguem & pene exanimem compreſſa primum digito vena, deinde apta & diuturna deligatione ſervavit (*l*). Cum & vena eſſet in brachio inciſa, & nervus conpunctus, illam quidem vinculo intercepit, nervo oleum roſatum adhibuit; & male a laico ſucceſſore ſuo tractatum vulnus, alius phyſicus ex ſuo conſilio iiſdem præſidiis ad ſanitatem reduxit (*m*). Vino juſſit in vulneribus abſtinere, niſi debilis fuerit æger (*n*). In cancro ulcerato palliativam curam præfert (*o*). Cum chirurgus LANFRANCI diſcipulus vulnus pericranii præpropere ad ſanationem perduxiſſet, ipſe convulſo ægro vulnus ad ima uſque novacula aperuit, & percuravit (*p*). Abſque trepano pleroſque ſe ægros ſervare (*q*), nec os ferro movere, niſi duram membranam fragmentum aliquod conpugerit. Maximam a lapſu commotionem cum

(c) p. 249—250.
(d) p. 249.
(e) *Rech. ſur l'hiſt. de la chir.* p. 104.
(f) p. 214.
(g) p. 249. b.
(h) Nolo calculum operari, nec hernias, neque hydropicos, cum vitæ periculum ſubſit. p. 245.
(i) p. 211.
(k) p. 212.
(l) p. 214.
(m) Ib.
(n) Ib. b. 218. b.
(o) p. 216.
(p) p. 216. b.
(q) p. 219.

cum ſenſus (r) motuſque & vocis jactura ſanavit. Commotio cerebri curata (ſ). Anthrace in collo adſectum repetita venæ ſectione & purgatione alvi periculo eripuit (t), cum aſpera arteria nudata eſſet. Gulæ apoſtema a diſcipulo ſuo parum intellectum, aperuit, fiſtulam inmiſit, per quam alimenta ſuppeditaret, ægrumque ſanavit (u) Medicos chirurgos (x), qui cancri occulti curationem ſuſceperant, multum monitos, vidit malum in deterius auxiſſe. In fiſtulæ lacrumalis curatione ferrum (y) ignitum erodentibus medicamentis præfert. In ulceribus ſatis peritus, ingenue fatetur (z), nullum ſe in mamma cancrum ſanare potuiſſe, cum valde in eo laboraret. Herniæ curandæ methodum ſuam laudat (a), in qua cultro ignito cutis duabus tenaculis intercepta amburitur, & ad os uſque cauteriis omnia exuruntur, protecto prius teſte. Neque tamen ita ſibi placet in artificio quod perfecerit, quin malit herniis ferro aut igne curandis abſtinere, & *bracheria* præferat, quibus aliquoties etiam adultos homines perſanaverit (b). Interiiſſe omnes, quibus paracenteſis in umbilico fuerit inſtituta (c). Ita neque calculi ſectionem, neque cataractam curandam ſuſcipiebat. Cathetere tamen reſidem urinam educebat. Viros curari vult, quibus aliquid vulvæ ſimile ſub pene eſt (d). Hæmorrhoidi etiam mavult ignem admoveri, quam erodens medicamentum (e). Cauteria varia dat depicta. Numeroſiſſimis venæſectionibus diuturnam cephaleam ſuperavit. Naſum reſectum negavit comprehendere.

*Minorem chirurgiam* primam ſcripſerat Lugduni, quæ cum priori prodiit. Venet. 1545. f. * &c. Seorſim Germanice verſa ab OTTONE BRUNFELS Zwickau 1529. 4. Apud alium lego Erfurt. Strasburg 1558. 4. GESNER. cum aliis 1555. 4. RIV. & Schleuſingæ 1630. 8. HUG. etſi fateor me non vidiſſe. Francf. 1566. 8. ENDTER. 1569. 8. WILLER.

Codex ejus eſt in B. R. Par. n. 6992. in B. COLL. NOV. OXON. n. 1135. Ea etiam fuerit chirurgia, quam JOH. WYNTYK Anglice vertit, & cujus codex eſt inter regios (CASHLEY).

Lego etiam LANFRANCI compendium ſuper ALBUCASIN M. S. exſtare in *Bibl. Nat. Cur.*

BONNETUS LANFRANCI filius, Monſpelii inter illuſtres chirurgos floruit.

§. LXXXII.

(r) p. 219. b.
(ſ) Ib.
(t) p. 231.
(u) p. 232. b.
(x) p. 234
(y) p. 238. b.
(z) p. 241.
(a) p. 242. b.
(b) p. 245 b.
(c) p. 246. b.
(d) Ib.
(e) p. 247. b.

## §. LXXXII. Joh. Pitard.

Nullo, quantum novi, opere, celebris homo, Ludovico tamen IX, Philippo III. & IV. ob chirurgica officia familiaris, magnæ in rebus chirurgicis converſionis auctor fuit. Collegium nempe chirurgorum, anno ut videtur 1278. (*a*) ejus viri ſuaſu coaluit, neque enim anno 1260 (*b*), quinquaginta (*c*) annis ante viri mortem, ea juveni fuerit auctoritas, ut ejus ſuaſu novum collegium fundaretur, aut ab eo leges acciperet. Italos non ejecit, nam anno 1295. Lanfrancus gratus humanitatem adgnoſcit, qua ſit Pariſiis exceptus, & anno 1301. iisdem Pariſiis Hieronymus de Padova & J. de Siena chirurgiam fecerunt (*d*);

Hæc cæterum chirurgorum Pariſinorum ſocietas ab Univerſitate quidem non adoptata, magiſtrorum tamen fuit, qui ob veſtes *Doctoralium* ſimiles, *chirurgiens de robe longue* dicti fuerunt, & literas etiam a diſcipulis requirebant (*e*), medicinæ denique peritiam. In ea ſchola, prima, quantum novi, a medicorum ſchola diſtinctio nata eſt, chirurgorum, & facultatis peculiaris chirurgorum, qui proprios honoris gradus ſuis diſcipulis impertirent. Hoc chirurgorum collegium a. 1437. a medicis adoptatum (*f*), & cum univerſitate conjunctum fuit, ea lege, ut ſcholas medicos frequentarent.

Conjungimus cum Pitardo Henricum de Mondaville (*g*) Amondaville (*h*) aut Hermondaville (*i*), quod nomen verius videtur. Profeſſor Monſpelienſis fuit, medicus Philippi IV. (*k*), atque phyſicus: ornamenta enim Doctoris in antiquo codice præ ſe fert, neque niſi phyſicus profeſſor fuiſſet Monſpelienſis Peruſii inter *valentes* edoctus (*l*). Reliquit codicem M. S. ex Guilielmo de Saliceto collectum, ut Lanfranco putes deberi, qui Guilielmi diſcipulus fuerit. Theodoricum voluiſſe cum Lanfranco conciliare, Guido. Multum citatur a Guilielmo de Cauliaco. Codices duos Pariſinos Portalius citat (*m*), ego multos reperio, ut in *Bibl. Coll.* Caio Gonv. *Cantabr.* n. 972. Germanice exſtat in B. R. *Lond.* Cashley p. 321. Ad clavum curationem ſuadet, quam Guido rejicit (*n*) Antidotarium ejus chirurgiæ eſt in B. Cai. Gonv. n. 972.

Cæterum

(a) Pasquier nuperiores facit.
(b) Hiſt. de la chir. p. 48.
(c) Vivebat a. 1311. Portal. p. 200.
(d) Cocchi l. c. 246.
(e) Pasquier.
(f) Portal p. 200.
(g) Cashley.
(h) Cocchi. B. R. P. n. 7139. 7130. 6910. 7131. B. Cai. Gonv. n. 972.
(i) Naude.
(k) Cocchi *diſc. Toſcan.* L. II. p. 244. 245. Naude B. R. P. n. 7130.
(l) Argelata p. 56.
(m) p. 202. conf. *mem. de Chir.* L. I. p. Naude *panegir.* p. 41.
(n) p. 63.

Cæterum Philippi III. tempore PETRUS de la BROSSE chirurgus inter magnates fuit, a. 1275. ultimo ſuplicio adfectus eſt.

M. POLLADI Pariſini chirurgia non poteſt eſſe ſerioris ævi, cum ſeculo XIV. ſcripta ſit B. *Acad. Nat. Cur.*

Hos omnes cæterum chirurgos, ipſum PITARDUM & reliquos *togatos*, putem eſſe veros medicos *laicos*, qui cum conjugii libertatem ſibi vindicarent, a clericis medicis ſeceſſerunt. Lex enim, qua per duos annos (*o*) medica ſtudia juſſi ſunt continuare, magiſtri titulus, non alteri eo ævo præter eruditos datus, doctoris demum dignitas, quam ſeculo XIV. geſſerunt & facultatis (*p*) nomen, & latina lingua, qua eorum leges ſcriptæ ſunt, doctorum virorum ſocietatem indicare videntur.

## §. LXXXIII. VARII SECULI XIII. ET INEUNTIS XIV.

Plerique non chirurgi ſunt, ſed aliquam tamen partem chirurgiæ adtigerunt, quos hic breviter recenſeo.

GILBERTUS, qui vocari ſolet ANGLICUS, vel ANGLICANUS, XIII. ſeculi, *compendii medicinæ* auctor. Lugduni 1510. 4. certe empiricus, cujus ſcriptum non legi. Cum medicina videtur, ex FREINDIO, etiam de chirurgia ſcripſiſſe, cum plumaceolum & catheterem barbaris vocabulis expreſſerit. Regum Anglorum divinum donum citat, quo olim ſcrophulas tactu curabant.

ALBERTUS MAGNUS, Dominicanæ religionis, inde epiſcopus, eruditus vir, collector, ſcripſit *de ſecretis mulierum*, quæ magis videntur decorum fuiſſet ab eo ignorari. Aliqua, ſed ad morem & ſaporem veterum, de partu difficili dixit.

PETRUS de APONO, Euganeus, magnus collector, neque is, qui manus ſuas ſanguine humano conſpurcaſſet, de *venenis* ſcripſit, interque ea, de animalium venenatorum, deque canis rabidi morſu.

In EJUSD. *conciliatore controverſiarum, quæ inter philoſophos & medicos verſantur* Venet. 1548. fol. * paucula ſunt argumenti chirurgici, ut aliqua ad theoriam apoſtematum ſpectantia. De morſu canis rabidi, ubi fabuloſos illos in matula catulos reperias. De partu, quem non male ab utero nimis diſtento deducit, de diverſarum venarum ſectione, de vulnere, de ungue.

In *Quæſtionibus* quærit, num in cerebro aut in corde ulcera poſſint naſci.

Codex chartaceus Anonymi *de vulneribus & ulceribus ſanandis*, quæ auctor fatetur ſe debere medicis Pariſinis, & potiſſimum JOANNI de PASSNANO (PASSAVANT), eſt in B. R. Par. I. n. 428, ſcriptus adeo circa a. 1295.

BERNARDUS GORDON Scotus ab a. 1284. Profeſſor Monſpelienſis ſcripſit *librum medicinæ*, ſ. *compendii medici* L. VII. Pariſ. 1542. 8. Lion 1550. 8. *,



(o) *Rech. ſur l'hiſt. de la Chir.* p. 71. 77.
(p) p. 71.

& alias excuſum. In eo ad morem veterum omnes a capite ad calcem morbos habet, interque eos & chirurgicos, apoſtemata, cancros, vulnera, oculorum morbos, calculum, ani fiſtulam, partum difficilem. Verum conſilia, quæ dat, fere unice in medicamentis ponuntur, inter quæ inepta aliqua reperias, & ſuperſtitioſa. Ad ſcrophulas curandas ægros commendat Regibus, potiſſimum Francorum Regi. Veræ utilitatis parum eſt. Aliqua tamen habet medicamenta chirurgica, quæ ad poſteros deſcenderunt.

Seorſim M. S. exſtat ap. BERNARD Cod. *Britt.* 3682. B. S. *Petr. Cantabr.* n. 1825. B. ASHMOLE. n. 7764.

EJ. L. *de phlebotomia* M. S. ib. & in B. CAI. GONV. Cant. n. 844.

EJUSD. *ſuper I. fen IV Canonis* AVICENNÆ M. S. in B. BODLEYANA. n. 2463.

ARNALDUS de VILLANOVA, quem adeo frequenter GUIDO citat, varia ſcripſit, quæ hactenus chirurgiam tangunt, de *conſiderationibus operum medicinæ*, quo l. de venæ ſectione ejuſque cautelis agit. *De phlebotomia. Regulæ generales curandorum morborum*, etiam chirurgicorum *aphoriſmi. De parte operative ſ. chirurgia. Breviarium practicæ;* princeps viri opus, etiam ob peculiaria, quæ ad quoſque morbos ſuadet, remedia. Ibi de vi virgæ aureæ adverſus calculum. Porro l. *contra calculum*, cui aquam mirabilem opponit. Ab ipſo artis opere alienus, in medicamentis ſubſtitit. Vulnera aqua ardente fere ſanat. Prodierunt ejus opera Venet. 1532. fol. *. Gallice la chirurgie ſelon ARNAUD de VILLENEUVE Pariſ. 1512. 4. B. d'ETR.

Codex M. S. de calculo eſt inter ll. BURSCOUGH n. 7676.

In NICOLAI BERTRUCCII *collectorio totius fere medicinæ* Lyon 1509. 4. LIND. 1518. 4. GUNZ. Colm. 1537. 4. LIND. edito traduntur morbi a capite ad calcem, etiam chirurgici; eſt etiam de vinculis l. & de decoratione.

JOHANNES de GADDESDEN, GORDONIO nuperior, quem citat, prior GUILIELMO de CHAULIAC, cujus acerbum judicium expertus eſt.

EJUS eſt *Roſa anglica ſ. practica medicinæ a capite ad pedes.* Paviæ 1492. fol. * Pariſ. 1492. 4. TANNER. Venet. 1502. fol. EJ. Codices etiam M. S. enumerantur in B. BODLEYANA. n. 2463, 3619.

Fatuam, neque immerito roſam vocat GUIDO, eſt enim empirici, turpitudinem ſuam minime diffitentis, crumenimulgi opus: addit omnia ſua ſe habere ab HENRICO de HERMONDAVILLE. Certis ſuiſque medicamentis nullum non morbum ſanandum recipiebat, cancrum colis lapatho rubro, herniam emplaſtro cauſtico.

Obſtetriciam etiam adtigit. Hæc FREINDIUS.

Morbos utique omnes perſequitur, etiam chirurgicos, ut oculorum mala, etiam luxationes. Minus certe inutilis aliis coævis, tamen & adminiſtrationum chirurgicarum dat præcepta, & ex ingenio conſilia. Adparet neminem eo ævo

medicorum

medicorum & chirurgorum cataractam ſciviſſe deponere, quare noſter non male monet, utile eſſe ut in cane quis ſe exerceat. In ore patris ſui calculum ſub lingua vidit (*a*), quem lapillum conſervavit, inque ſcholis oſtendit, patremque ſuum ſanavit. Hæc ex ipſo opere.

*Roſa medicinæ abbreviata*; codex eſt in SLOANEIS n. 8966.

GUILIELMUS de VARIGNANA. Ejus ſunt opera Baſil. 1545. 4. Lion 1560. &c. & inter ea liber *de ulceribus*, *de venenis*. Non legi. Laudat PORTALIUS expertum virum, de fracturis & calli generatione vera locutum.

In *L. ſecretorum* Lion 1526. 8. &c. etiam ad vulnera & apoſtemata medicamenta habet.

Ita neque DINI de GARBO opus legi. Profeſſor Florentinus *chirurgiam*, *cum tr. de emplaſtris & unguentis ſcripſit* Ferrariæ editam 1485. fol. MANDOS. Venet. 1495. fol. MAITT. 1636. f. HEIST. Celebris chirurgi filius, ſæpe a GUIDONE citatur.

EJ. *ſuper* 4 *fen* AVICENNÆ Venet. 1504. fol. LIND.

JOHANNES ab ARDERN chirurgiæ in Anglia inſtaurator, GUIDONIS coævus. Ejus *chirurgia* inedita eſt, cujus codices in Anglia frequenter reperiuntur. Practica M. JOH. ARDYNI in B. ASHMOLEANA n. 7748. 7773. 7804. in B. BERNARDI n. 3658. 3662. in TYSONIANA n. 4159. Chirurgia inter ll. SLOANEOS n. 8849. *The Chirurgy* ib. 8893.

Opera medica & chirurgica in B. BURSCOUGH. n. 7639, & in BERNARDIANA n. 3635. 3649. Tractatus chirurgiæ apud OSBORNE in catalogo anni 1752. n. 179.

Video tractatum de ani fiſtula ei tribui, quem JOHANNES READ Londini 1588. ediderit, cujus codex erat inter SLOANEOS, n. 8774. B. BERNARD. n. 3663. Hic liber plenum titulum habet de fiſtulis in ano, & aliis fiſtulis, apoſtematibus, hæmorrhoide, teneſmo, clyſteribus, unguentis, pulveribus & oleis, qui & ipſe in practica contineatur. TANNER.

Lego etiam I. ANGLICI *praxin medicam de morbis & de chirurgia* Aug. Vind. 1596. 4. a L. HORSTIO citatam, niſi ea *Roſa* eſt.

Demum noſtrum volumen collectaneorum de re herbaria, phyſica, & chirurgica TANNERUS memorat. Curam vero oculorum RICARDI II. ævo ſcriptam, quo tempore ætas viro fuerat 70. annorum, dixit in codice, qui eſt in B. SLOANE n. 8886.

Is J. de ARDERN Newcaſtliæ vixit circa a. 1349, quo magna peſtis erupit. Multas habet hiſtorias curationum propriarum. Fiſtulam ani, quam nemo eo ævo curare norat, ipſe frequenter ſanavit. Inſtrumenta idonea excogitavit. Cauteriorum



(a) p. 122. b.

teriorum arſenicalium infauſtos effectus non diſſimulavit, quæ eo ævo in omnium erant uſu. Hæc FREINDIUS.

RICHARDUS ANGLICUS, cætera mihi ignotus, circa hæc tempora vixiſſe videtur. EJUS codices ſuperſunt, de phlebotomia, in quibus venis, quo tempore, in quibus morbis debeat inſtitui. B. H. SLOANE n. 8758. B. R. P. n. 6988.

VINCENTIUS *Bellovacenſis* in ſpeculi doctrinalis L. XV. de medicina agit deque chirurgia.

Tractatus anat. & chirurgicus, in quo de vulnerum curandorum ratione diſſeritur, PHILIPPI Valeſii ævo ſcriptus eſt, in B. R. P. I. n. 394.

## §. LXXXIV. SCRIPTORES a GUIDONE CITATI.

STEPHANUS ARNALDUS aut ARLANDUS. Hunc Monſpelienſem medicum ASTRUCIUS putat eſſe eum M. ARNOLDUM, quem GUIDO frequenter citat. Mihi videtur ARNALDUM de VILLANOVA citare, ad quem potius JOHANNIS Pontificis curationem referam (a). Sed accuratius eum eſſe virum docetur, quod recentia vulnera aqua ardente ab eo ſanari legatur: erat autem ea aqua VILLANOVANI princeps medicamen (b).

Bononiæ M. PEREGRINUS atque MERCADANTUS.

Pariſiis M. PETRUS de ARGENTERIA, alias de ARGENTINA.

Lugduni PETRUS de BONALTO vicies feliciter herniam curavit GUIDONE teſte.

Avenione PETRUS de ARELATE, quem alias de ARGELATA vocant (c), & quem oportet a PETRO de la CERLATA ſeparare, qui GUIDONE nuperior fuit. Tum ſocius GUIDONIS JOHANNES de SAXONIA. Hi coævi GUIDONI.

Citat etiam M. PETRUM de ORHIACO (ORLIATO), qui cauſtico hydrocelen aperiebat (d).

ROMANUS & BOEMUS celebres reſtauratores luxatorum (e).

BENVENUTUS de cataractæ maturitate (f), & de aliquot morbis oculorum (g).

JOHAN-

(a) I. p. 32.
(b) p. 18. b.
(c) p. 92. b.
(d) p. 24.
(e) p. 55. b.
(f) p. 71.
(g) CERLATA p. 90.

JOHANNES de ERIJATIS Bononiæ herniam cauſticis adgrediebatur (h), imprudens, qui ægro libertatem relinqueret peregre exeundi.

J. JACOBUS, Profeſſor Monſpelienſis, ſocius GUIDONIS (i).

## §. LXXXV. GUY de CHAULIAC.

Vulgo *Guido de* CAULIACO, Gallice etiam corrupte de CANTRIACO, clericus, Doctor medicinæ Monſpelienſis, cubicularius, capellanus, & medicus Pontificius (a), diſcipulus NICOLAI BERTRUCII & RAIMUNDI de MOLERIIS Cancellarii Monſpelienſis (b), hoc ſuum opus anno 1363. Avenione ſcripſit, cum URBANO V. eſſet ab officiis medicis. De hoc viro accurate eſt agendum, cujus chirurgia per aliquot ſecula auctoris claſſici (c) locum tenuerit, & potiſſimum in Gallia. Atque primum omnino lucem laudaſſe oportet, quam adfundit hiſtoriæ artis ſuæ. Omnia fere legerat, quæ ſuo tempore exſtabant, GALENUM etiam uberrime, Arabes, nuperos. Deinde ſolus omnium ad quamque curationem, quoties ſcriptores diſſentiunt, quod fit plerumque, cujuſque ſententiam exponit, & curandi modum, ſuumque judicium interponit. Quare fere pro compendio haberi poteſt eorum, quæ ante ea tempora in chirurgicis ſcripta fuerunt, & quorum pluſcula perierunt, ut non aliud eorum præter GUIDONEM veſtigium ſuperſit, ut JAMERIUS, Arabs ALCOATIM. Porro in opere ipſe ſe exercuit, ut per ſingula apparebit, manumque adhibuit operi, maſculus magis medicus, quam vulgo eo ævo ſolebant, ut trepano uteretur, cum alii coævi fere in unguentis & emplaſtris ſpem ſuam ponerent. Inſtrumenta delineata dedit, inter ea forcipem arteriis veniſie prehendendis deſtinatam, *valet à patin.*

Deinde miſerum oportet rerum chirurgicarum ſtatum conſiderare, ad quem acceſſit. ROGERIUS, ROLANDUS, & quatuor Magiſtri ſolis cataplaſmatibus vulnera curabant; BRUNUS & THEODORICUS ubique vino utebantur, alii incantationibus & braſſica, alii a ſanctorum invocatione ſanationem ſperabant (d). LANFRANCUS fere omnem maſculam artis opem detrectaverat. In filia regis Franciæ chirurgos luxationem humeri non adgnoverant (e).

Noſter ad eas artis miſerias emendandas veterum præcepta & exemplum adtulit; ipſe etiam manu & exemplo præivit, experientiam cum ſectione juſſit conjungere, neque unico medicamento vulnera omnia adgredi (f).

Non diſſimulari debet, quod aſtrologiæ deditus, a ſuperſtitione non alienus, difficiliores etiam adminiſtrationes ne adtigerit quidem, ut ſectionem calculi, cataractæ



(h) p. 78.
(i) p. 86.
(a) Codd. 7808. 7789. B. Brit.
(b) JOUBERT.
(c) Inſtauratorem Chirurgiæ vocat J. v. HORNE *microtechn.* ſic PORTAL I. p. 220.
(d) Hæc ipſe GUIDO.
(e) p. 55.
(f) p. 42.

taractæ depoſitionem; a mulierum (*g*) etiam morbis vel ipſius ſui gradus eccleſiaſtici decore arcebatur. In ſphacelo medicamentis conabatur malum ſuſtinere, quoad pars corrupta ſponte delaberetur, neque manu ſua volebat occidere (*h*). Sagittæ cuſpidem ita extrahere jubet, ut ad baliſtam adligata ejus elatere explodatur.

Multum PAULO uſum eſſe FREINDIUS.

Operi titulum fecerat *Chirurgiæ* (*i*), quæ deinde *chirurgia magna* dicta eſt (*k*); ita enim dudum ante JOUBERTUM reperio.

Anatomen primo loco tradit, inde ex ordine morbos, quibus manu mederi oportet, non abſque morbis etiam internis. Anthracem (nam frequens eo ævo fuit peſtilentia) ſæpe cauterio actuali conatus eſt exſtinguere (*l*). In ambitu etiam anthracis ſcarifabat, ut etiam nunc ſolet, & alias, & id facilius putat. Erodentem pulverem ſanam inter & corruptam carnem ponebat (*m*). Cum talpa cariem cranii vidit conjunctam, ut nudatæ a trepano duræ membranæ motus appareret (*n*). Polypum debere ſetone conſumi (*o*). Eſſe, qui fiſtulas ani nolint curare, ſuum tamen præceptorem eas ignito cultello excidiſſe (*p*). In ſcrophulis curandis laudat efficacem Regis Franciæ tactum: ipſe ad Arabum morem inciſione ad modum folii myrti facta, ſcrofulam forcipe prehenſam excidit. Nervos & tendines vidit inciſos conſutos & feliciſſime ſanatos (*q*). Capitis vulnus cum jactura cerebri ſanavit (*r*): hepatis exigua vulnera curari vidit (*ſ*). Hydrocelen ferro incidebat, cauſticis medicamentis folliculum conſumebat (*t*). Forcipem curvam AVICENNÆ dentatam depictam dat. Incantationes ſpernit (*u*). Naſum totum reſectum reconciliari non poſſe ait, quidcunque garriant aliqui; aliqua parte hærentem utique (*x*). Cariem non melius corrigi quam igne, & recte (*y*) hic LANFRANCUM docuiſſe. Neminem ſe vidiſſe, qui cancrum ulceratum ſanaverit (*z*). Fiſtulam lacrumalem cum perforatione ad nares ſe non vidiſſe ſanari (*a*), neque

(g) Exerceri fere per mulieres p. 83.
(h) p. 636.
(i) In Ed a. 1499.
(k) Ed. Venet. 1546. fol.
(l) p. 11.
(m) p. 11. b.
(n) p. 147.
(o) p. 48.
(p) p. 51.
(q) p. 34. b.
(r) p. 25. b.
(ſ) p. 26.
(t) p. 36.
(u) p. 27. b.
(x) p. 39.
(y) p. 44.
(z) p 46.
(a) p. 48.

neque poſſe ægrum æſtum (*b*) ferri igniti in polypi curatione ferre. Herniam in homine ætatis provectæ medicamentis non tolli (*c*), In hernia curanda præfert cauſticum igni, quod a chirurgo illud iſto facilius regatur, & fuſe narrat, ut eo præſidio ipſe uſus ſit. Male cauteria nuper negligi, quod idiotæ fere iis uterentur (*d*). BERANDUM Metis in hernia puncto uti aureo. In hydrocele educto prius teſte ſe ſcrotum aperire, tunc arſenico eſcharam facere, & permittere ſuppurationi. Ferramentorum figuras dat ex ALBUCASI. Finem facit in antidotario chirurgico.

Chirurgiæ hujus ſ. Chirurgiæ majoris multæ ſunt editiones. Earum, ni fallor, antiquiſſima Bergomi 1498. fol. MAITT. deinde Venet. 1499. fol. MAITT. cum aliis chirurgis nuperis, eadem ut puto, cui annum 1500. addit MAITT. PLATNERUS; eadem, quæ 1506. f. BUR. 1519. fol. B. B. hæc literis Gothicis edita. Porro Venet. 1546. fol. * ſatis nitida. Lion 1559. 8. 1572. HAENEL; LEHMAN.

Anglice Lond. 1541. fol. & codex eſt inter SLOANEOS n. 8737.

Gallice ſed barbare vertit NICOLAUS PANIS Neuſtrius Carantonienſis Pariſ. 1478. fol. VERDIER. Exſtat etiam editio Gallica Pariſ. 1539. 8.

Codices M. S. paſſim exſtant. In B. Brit. n. 3796. B. ASHMOLE. n. 7789, 7808. 1560, hic codex ſcriptus juſſu JOHANNIS ducis Bedfordiæ. In B. R. Par. n. 7132. 7133, & forte 6910. & 6966. ubi quidem vocatur *collectorium chirurgicum.*

In meliorem ordinem reformavit LAURENTIUS JOUBERT, dictionem caſtigavit, notas adjecit, quibus varia barbare dicta declaravit. Lion 1585. 4. * Privilegium eſt anni 1579.

Gallice idem GUIDONEM verterat, cujus verſionis multæ ſunt editiones. Lion 1579. 8. Tournon 1599. 8. DRAUD. 1619. 8. BUR. Rouen 1615. 8. Pariſ. 1643. PORTAL.

Inde SIMON MINGOLOUSOAUX Gallice vertit & commentatus eſt. Bordeaux 1663. 1672. 8. 1683. 8.

Denique JOHANNES TAGAULT GUIDONIS opus reformavit, in quinque libros reduxit, loca adjecit veterum, titulum fecit *de chirurgica inſtitutione* L. V. qui prodierunt Pariſ. 1543. fol. * Lion 1547. 8. 1560. 8. * 1567. 8. HAENEL. Venet. 1549. 8. PL. Francfurt 1574. fol., qui iidem libri in collectione chirurgica GESNERI redeunt, Tiguri 1555. fol. * Eadem fuerit *Metaphraſis* in GUIDONEM de CAULIACIS Pariſ. 1543. 4. dicta LINDENIO, ſi omnino ejusmodi liber prodiit. Nimia cæterum libertate uſus, JOHANNES multa omiſit, interque ea hiſtoriam chirurgiæ ſui ævi.

Et

(b) p. 48. b.
(c) p. 77.
(d) p. 86. b.

Gallice prodiit Lion 1580. 8. & cum titulo *introduction de la chirurgie par* JAQUES de MARQUE. Italice 1596. 8. HEIST.

Neque hic finis eſt.

*Le guidon de la pratique de Chirurgie pour les barbiers & chirurgiens*, par GUI de CHAULIAC Lion 1485. 4. MAITT. Pariſ. 1571. 16. 1554. VERD. Quid proprii ſit, non recte novi. Anglice Londin. 1541. fol. *Le guidon en François de Maitre* JEAN FALCON D. Monp. Pariſ. 1484. MAITT. EJ. JOHANNIS FALCONIS *remarques ſur la chirurgie de G. de* CHAULIAC, *ſpecialement ſur le tr. des playes & des ulceres avec le Guidon.* ASTRUC titulum fecit latinum, *Notabilia ſuper* GUIDONIS *ſcriptum acuta & recognita.* Prodiit Gallice Lion 1520. 4. 1559. 4. 1649. 8. BUR. Anglice verterunt GUIDONIS queſtions, London. 1579. Cum Gloſſis FALCONIS GUIDO hiſpanice prodiit ex emendatione JOHANNIS CALVI, Valent. 1596. fol. NIC. ANT.

J. B. VERDUC *le maitre en chirurgie*, *ou l'abregé de la Chirurgie de* GUI de C. Pariſ. 1708. 8. 1716. 8. BOEHM. 1740. 8. BOECL. 12. BUR.

Seorſim verterunt *le prologue & le chapitre ſingulier* de GUIDON de CAULIAC. Lion 1560. 16. 1552.

J. RAOUL *fleurs du grand* GUIDON Paris 16. VERD. Rouen 1676. 12.

*Fleurs* de GUIDON *augmentées de la pratique de chirurgie & de pluſieurs experiences par* MEISSONIER. Lion 1673. 12. 1693. 12.

*Le chirurgien methodique* Lion 1597. 12. Compendium eſſe GUIDONIS MANGET.

FRANCOIS RANCHIN *Queſtions ſur la chirurgie de* GUI de CHAULIAC Rouen. 1628. 8. ASTR.

MARTINI AKAKIA *annotationes* in GUID. Chirurgiam. B. R. P. n. 7072.

LAURENTII JOUBERT *annotationes ſur la chirurgie de* GUI de CHAULIAC ſeorſim prodierunt. Lion 1659. 8. HOUST.

ISAACUS JOUBERT LAURENTII f. *dictionarium vocum* GUIDONIS editioni latinæ 1585. 4. * adjecit. Commodum eſt etiam ad alios Arabiſtas aut Arabum translatores intelligendos.

*Chirurgia parva* GUIDONIS cum magna prodiit, cujus eſt compendium.

## §. LXXXVI. NICOLAUS de FALCONIIS.

Florentinus vixit exeunte ſeculo XIV. Voluminoſiſſimum opus ſcripſit ſermonum VII, quorum *ſermonum* quiſque totum vol. efficit, minime exiguum. Eorum ſeptimus potiſſimum ad chirurgiam pertinet, cui titulus eſt, *Sermo* VII. de chirurgia & decoratione.

Editio mea eſt Veneta a. 1491. fol. * Alia dicitur 1537. fol. pariter Veneta.

neta. Continet vulnera ulcera & fracturas, luxationes & tumores. Compilatio eſt ex GALENO potiſſimum, deinde ex Arabibus, adeo fuſa, adeo tædioſa, ut nunquam potuerim librum abſolvere. Operæ eſſet pretium, ſi quis medicus, qui otio abundaret, ex NICOLO aliiſque Arabiſtis eas paucas auri micas extraheret, quæ in ea farragine continentur. Nam etiam apud NICOLUM ex Cl. virorum citationibus reperio, paſſim bonam frugem & proprias adnotationes reperiri. Sic mortem ex calamitate, in qua die 23 demum magna ſymptomata apparuerunt. Partum Cæſareum felicem, & uteri everſi vulneriſque pectoris & pericardii exempla. Sæpe citat *compendium* & compendii auctorem.

Codex M. S. eſt in B. R. P. n. 8987, ſcriptus a. 1454.

## §. LXXXVII. FATA CHIRURGIÆ.

Non licet lites omittere, quibus ſeparatio Chirurgorum in literatos & illiteratos occaſionem dedit. Nempe ſi omnino PITTARDI Chirurgos *de robe longue* admittas, ignoratum quidem accurato antiquitatum rimatori PACQUIER collegium, erant ſeculo XIV. Pariſiis medici primo loco diu clerici, ſæpe ad epiſcopatus promoti, Univerſitati ſtudiorum accenſi, qui medicinam pauperibus gratis faciebant, a chirurgicis adminiſtrationibus abſtinebant, veteres tamen auctores legebant, neque undique curam chirurgiæ depoſuerant. Nam LUDOVICO XI. imperante (*a*), medici Regii impetraverunt, ut experimentum ſectionis calculi, in occidente fere amiſſæ, in latrone fieret, quam GERMANUS COLLOT, de chirurgorum inferiorum claſſe, feliciter adminiſtraverit. Ad eos etiam medicos clericos tonſores (*b*) ſe receperunt, quatuor integris annis ſe ſtudiis ſub facultatis doctoribus daturos operam.

Præpoſito JOHANNE *ſub* FURNO a. 1496 Univerſitati ſe adgregaturo (*c*) Chirurgi *de robe longue* petita privilegia obtinuerunt ea conditione, ut lectiones (*d*) medicorum frequentarent, quam etiam conditionem medici acceptaverunt (*e*). Deinde, cum neglectis ut videtur his ſcholis, Univerſitas eos chirurgos expellere vellet, denuo a. 1510. & 1515. hi literati chirurgi ſe medicorum diſcipulos profeſſi (*f*) ſunt, perque ſuos delegatos cum medicis tranſegerunt, eoque titulo, juribus (*g*) & privilegiis Univerſitatis ipſis frui licuit. Proprio etiam tributo veniam redemerunt audiendæ in ſcholis medicis anatomes (*h*). Aliis legibus juſſi ſunt lati-



(a) PAREUS L. XXIV. *Second mem. pour le doyen de la fac. de med.* p. 20. Negant ibi ullum fuiſſe GERMANUM COLLOT.
(b) Hiſt. de la Chir. p. 116. 117.
(c) p. 167.
(d) p. 168. 169.
(e) p. 346.
(f) p. 110. 162. 164. 165. 169. 173.
(g) p. 173.
(h) p. 109.

nas diſcere literas (*i*). Sed etiam jurejurando Univerſitati ſe obligarunt (*k*), & juſſi ſunt, *magiſtros* non abſque præſentibus quatuor doctoribus facultatis recipere (*l*). Quæ ideo repeto, ne credas homini cauſidico, medicos literatos & Academicos undique chirurgiam neglexiſſe. Iis cæterum cum conditionibus chirurgi literati collegii gradum tenuerunt, & magiſtri honorem impertierunt.

Altera claſſis medicorum, quorum plerique laici fuerunt, & qui ſe chirurgos erant profeſſi, cum medicis Phyſicis, cumque tonſoribus ſubinde lites quidem agitavit, ut tamen ad ſeculum uſque XVI. fere exeuns res hactenus inter eos componerentur, quo loco ad hanc ingratam civilis belli hiſtoriam redibimus.

Tertius *tonſorum* ordo fuit, qui chirurgiam manu ſua curabant, illiterati cæterum homines. Contra eos Chirurgi literati jam a. 1342 (*m*) legum auxilium implorarunt, & edictum obtinuerunt regium, ut tonſoribus ſola vulnera & ulcera atque tumores permitterentur. Sed iis titulis univerſa fere chirurgia continebatur. Apud LEONARDUM de BERTAPALIA, ejus ipſius ſeculi auctorem, videas ad apoſtemata omnes inflammationes, ſcirrhos, cancros & tumores eſſe revocatos. Ultra ejus ævi chirurgia non adſpirabat.

Paulatim tamen etiam hi tonſores ſua ex ruditate emerſerunt. A medicis, ut ſibi de arte prælegerent, petierunt & obtinuerunt, in ſcholis iisdem diſſecuerunt (*n*), dum doctor prælegebat, quem a ſanguinis effuſione eccleſiaſtici ordinis honor retinebat, ne ipſe puras manus adhiberet. Literati chirurgi ab hac libertate (*o*) tonſores repellebant, tuebantur medici (*p*), & a. 1505. ſolenni fœdere quatuor annorum ſtudia promittentibus, præſenti facultate ſuos diſcipulos recepturis, annuum etiam tributum pendentibus tonſoribus, tamquam Medicorum ſcholaribus in fidem ſalutaris ordinis receptis, nova dignitas acceſſit. Eos inter fuit STEPHANUS de la RIVIERE, qui prælegente CAROLO STEPHANO diſſecabat. Ipſe chirurgorum Pariſinorum princeps AMBROSIUS PAREUS, conſtanter ſe ſcribit *barbier chirurgien* (*q*). Ipſe etiam THEODORICUS de HERY titulum ſibi fecit *Lieutenant du premier barbier du Roi.*

In Italia, ſcientiarum matre, medici nunquam chirurgia ſe abdicarunt. Et XIII ſeculo, & XIVto, in cujus hiſtoria nunc verſamur, & demum XV. & XVI. ſeculo profeſſores medici Academiæ Bononienſis, Patavinæ, aliarum in Italia illuſtrium ſcholarum, & manu curaverunt & conſilio, & inter iſtos viros ſummi chirurgi extiterunt.

Præter

(i) 1544. 1577. 1603. &c. conf. hiſt. p. 177.
(k) p. 186.
(l) a. 1551. p. 189. a. 1618. p. 190.
(m) p. 94. a. 1423. p. 36.
(n) p. 108.
(o) 1491. p. 87. 97. 101. 106. 107. conf. p. 92.
(p) p. 116 ſeqq.
(q) Primis editionibus *des adminiſtrations anatomiques de la' maniere de traiter les playes.*

Præter hos eruditos chirurgos eadem Italia etiam plebeios alios aluit. Nurſia, neſcio quo privilegio, herniotomorum ſchola facta eſt.

In Calabriæ (*r*) civitate Tropea homines acuti ingenii artificiales naſos adfigere, & deformitatem faciei a novo morbo ortam reparare receperunt. De iis hominibus teſtimonium exſtat M. A. SEVERINI, qui FLAMINIUM CRASSUM Tropienſem curtorum inſtauratorem nominat (*ſ*), & de artificibus in Apulia & Calabria ſuperſtitibus FRAGOSI (*t*). Alia teſtimonia dicemus ad ſæculum XV.

De BOIANIS RENEAULME (*u*).

Ad ſeculum porro XIV. codices aliqui M. S. pertinent, ut remedia ad *noli me tangere* in B. B.

## §. LXXXVIII. BALESCON.

BALESCON *de Tharare* vulgo VALESCUS de Taranta, Luſitanus (*a*), proprio teſtimonio (*b*) ſcripſit opus ſuum a. 1418. poſt 36. annorum curationes. Ejus *philonium* prodiit Venet. 1490. fol. Lion 1521. fol. 1535. 8. maj. * & alia editio perantiqua ſeculi XV. cujus ultima pagina deficit *. Plures editiones habet J. A. v. d. LINDEN.

Ejus operis epitome *de morbis curandis* a GUIDONE DESIDERIO edita eſt Lugduni 1560. 8. & alia editio curante J. HARTMANNO BAYER Franck. 1599. 4. recuſa 1680. 4. * quam valde improbat ASTRUCIUS, quod & multa omiſſa, & PARACELSICÆ nugæ additæ ſint. Mea quidem editio non datur pro Compendio, titulumque præ ſe fert *philonii pharmaceutici & chirurgici.* Ita lego, & de BAYERI editione certum eſt, longe differre a *Philonio.*

Verum mea editio a. 1535. pariter præ ſe fert id opus *brevi volumine & enchiridio conſtringi*, & tamen omnino integrum eſt opus, & cum illa antiquiſſima editione convenit.

Aliquas etiam ex Philonio decerptas adnotationes rariores reperias in DODONÆI *raris exemplis obſervationum* medicarum. Colon. 1581. 8. Ita ASTRUC. Verum in his obſervationibus Col. a. 1580. 8. * excuſis laudantur *rariores obſervationes in Philonio*, non ut ſint a DODONÆO recuſæ.

Breve compendium ſ. *tractatus chirurgiæ* ſequitur Philonium, in quo noſter oſtendit ſe & GALENUM & Arabes & Arabiſtas, denique poetas legiſſe, etſi nihilo minus barbare ſcribit. Citat GUILIELMUM de SAGARRIGA, qui ſcrophulas cum folliculo feliciter extraxerit (*c*). Novas ſtrumas neque anno vetuſtiores ſe



(r) PETRUS RANZANUS in *annalibus mundi* 1442. ſcriptis.
(s) *Nov. obſ. abſcaſſ* c. 8.
(t) Chir. I. p. 35. & II. p. 121.
(u) In *hiſt. de l'Acad. R. des ſciences.*
(a) Uliſſipone rem geſtam citat.
(b) fol. 5. b.
(c) p. CCCCXV. b.

reſolviſſe addit (*d*). Cancrum arſenico (*e*) optime exſtirpari, eoque cum ſucco ſolani intrito cancrum & antiqua tibiæ ulcera ſe ſanaſſe. In unguenta tamen non ſine periculo arſenicum vel auripigmentum recipi (*f*): una nocte exſtinctum eſſe, cui adverſus tineam ejusmodi corrodentia medicamenta illita eſſent. De malo mortuo (*g*) fuſe, abſque ulla citatione. Se paronychiam in proprio corpore (*h*) curaſſe, aqua cum aceto & albumine ovi illita. A cane (*i*) rabido demorſos in Bearnia continuo ad mare properare, in eo lavare & marinam bibere. Cæterum pars exigua chirurgiæ hic tractatur.

Ipſum *Philonium* multa habet huc facientia. Partium corporis humani anatomen primo, deinde morbos utriuſque generis tradit. De oculorum morbis fuſe. Medicos honoris ſui ſtudioſos cataractæ depoſitionem non adgredi (*k*), & junioribus circumforaneis relinquere. Eam tamen deſcribit adminiſtrationem, non ſine ſuperſtitione. In hernia multum (*l*) tribuit jaceæ nigræ, conſolidæ & ſigillo mariæ; varias tamen ad id malum curationes deſcribit, interque eas filum aureum (*m*). Curationem narrat a ſuo ſodali peractam, qui durum folliculum in hydrocele latentem perforaverit (*n*), aquam flaveſcentem expreſſerit, & ſetaceo denique malum ſuperaverit. Iudææ feminæ (*o*), quæ partum exſpectabat, flatum de utero exiviſſe. De molæ, ſ. fratris Lombardi enixu (*p*).

Codex, ſed 4 tantum librorum eſt in B. BODLEYANA n. 2754.

## §. LXXXIX. ITALI. Seculi XIV.

JACOBUS DONDUS Patavinus, *vulgo aggregator.*

In ejus tractatibus tertius eſt *de ægritudinibus* a capite ad calcem; 6. de decoratione; 7. de pertinentibus ad chirurgiam; 8. de venenis. Sic GESNER in bibl. Sic in *promtuaria medicina* Venet. 1576. fol. *. Enumerationem medicamentorum ſimplicium ad omnes adfectus chirurgicos exhibet. GESNERUS in collectione reddidit.

J. de CONCOREGIO profeſſor Ticinenſis Praxis nova totius fere medicinæ lucidarium flos florum medicinæ Venet. 1515. fol. 1521. f.

LEONARDUS BERTAPALIA duas ſuas inciſiones anni 1439. & 1440. citavit.

Ej.

(d) p. CCCCXCVI. b.
(e) p. CCCCXVIII.
(f) p. CCCCXX.
(g) p. CCCCXXI.
(h) p. CCCCXXX b.
(i) p. CCCCXXXVII.
(k) p. LXXVI. b.
(l) p. CCCXXXIII.
(m) p. CCCXXXIV.
(n) p. CCCXXXV.
(o) p. CCCXLIX.
(p) p. CCCLI.

Ej. l. *ſuper quartum* Avicennæ *de apoſtematibus*, *morbis cutaneis*, *gangræna*, *carbunculo peſtilente*, *cancro*: *de vulnere duri nervi*, *fiſtula*, *ventoſitate ſpinæ* in collectionibus chirurgicis fere reperitur, cum Guidone & aliis Venet. 1499. fol. * 1519. fol. B. B. 1546. fol. *. Seorſim ut quidem videtur, Venet. 1513. fol. Bodl.

Fere totus eſt in medicamentis; aliqua tamen habet de venarum delectu, inciſionis adminiſtratione. Ad ambuſta a vulnere unguentum laudat, cujus efficaciam expertus ſit (*q*). Id ceruſſa & calx ſubeunt. Ruptorio (cauterio) medicamento cancrum, ut videtur, mammæ adgreſſus, eum quidem ſanavit, fatetur tamen ingenue (*r*), & rediiſſe malum, & linguam infeciſſe, & ægrotam interemiſſe. Alium cancrum inciſione, & ruptorio, & debitis evacuationibus adgreſſus tantum profecit, ut incantanti mulieri laus curationis (*ſ*) tribueretur. Verberatos pelle calida ſubinde renovata vidit convaluiſſe (*t*). In fiſtula mavult ignem adhibere, quam erodens (*u*) medicamentum. Spiritum tamen nitri etiam deſcribit & laudat (*x*). Os nudatum interire & debere reſecari (*y*). Marcaſitæ candentis in aceto exſtinctæ fumigatu crus paralyticum ſanavit (*z*). Neminem ſe noſſe ſanatum, cui pulmo fuerit vulneratus (*a*). Miſeras aſtrologicas ſuperſtitiones ſeculo condonaveris, in viro, qui ſæpe tamen *anatomizavit* (*b*).

Citat Betinum de Rabis de Parma bonum chirurgum.

*Petrus de la* Cerlata (diverſus a Petro de Arelate Guidonis) quem etiam de Argelata & Argellata vocant, clericus, qui ſuas res a laicorum rebus ſeparat (*c*), Bononienſis. Ejus ætatem ex Alexandri V. inciſione arguas, cujus cadaver ipſe balſamo condidit (*d*), anno adeo 1415. Integram chirurgiam dedit, ut Guido, admiſtis nonnullis practicis, ad morem veterum.

Ejus opus chirurgicum emendatum Nicolaus Moretus edidit Venet. 1480. fol. Boehm. 1492. fol. B. B. 1497. fol. 1498. fol. Maitt. 15. 1520. fol. * 1531. fol.

Codex M. S. eſt in B. R. P. n. 7137. ſcriptus a. 1488. & integer libris VI. in B. Bern. a. ſcriptus 1442.

Guidonem equidem frequenter exſcripſit. Non undique tamen compilator, ſua ſolet medicamenta citare, ſuaſque curationes. Ventoſas cum ſcarificatione

 tione

(q) p. 279.
(r) p. 272.
(s) p. 272. b. ſed plures ſunt paginæ 272.
(t) p. 277. b.
(u) p. 285.
(x) p. 286. b.
(y) p. 292.
(z) p 294. b.
(a) p. 271. b.
(b) p. 273. b.
(c) p. 63. b.
(d) p. 102. b.

tione ad bubones venereos adhibuit (*e*), bono eventu. Cancrum in mamma curatum redire (*f*) in altera: in eo malo verbaſcum laudat (*g*). Corrupta oſſa, etiam humeri & tibiæ exemit (*h*). Nervos vetat conſui (*i*). Sagittam inter duo ſupercilia ad quatuor digitos ſubiviſſe, vulnusque facile a ſe curatum (*k*) fuiſſe narrat. Cancrum non debere adtingi, & funeſtum effectum ſe vidiſſe (*l*) admoti ruptorii. In penis frigidis apoſtematibus, etiam quando præputium inverſum erat (*m*), ſe vaporibus emollientibus feliciter uſum eſſe. Suturam ſæpe ſe in capite adminiſtraſſe (*n*); cutem late detractam reconciliaſſe (*o*). Mors ſubita vix adparente vulnere, ex læſa (*p*) vena jugulari. Sagittam de gula felici eventu extraxit (*q*). Motum, non ſenſum, ex vulnere periiſſe, cum muſculus (ſublimis, ut videtur), inciſus fuiſſet (*r*). Vulnera maxima manus, etiam diſſectis omnibus tendinibus (*ſ*), conſuit & ſanavit, & in univerſum ſuturis conſtanter in vulneribus uſus eſt. Sagittam (*t*) gulæ infixam cum extraheret, ex ſanguinis jactura æger ſubito interiit. Et colli veſicæ vulnus & uteri ſanavit (*u*). Nervi parvum vulnus, non æque mortem intuliſſe (*x*) refert ingenuus. In univerſum magnam vulnerum varietatem vidit & curavit. Fiſtulam ani (*y*) totam ſcalpello aperiebat. Aliquoties monet, peſſimos (*z*) ſe *ruptoriorum* effectus vidiſſe. In hernia (*a*) ſuadet medicamentis cauſticis cutem aperire, deinde cultello ignito ſcrotum (didymum) amburere. Forcipe ſe, neque ſemel, uterum dilataſſe, caput perforaſſe (*b*), fetum extraxiſſe. In ſpina ventoſa ſæpe ſe os corruptum extraxiſſe, totumque brachii focile (*c*).

Citat ALBERICUM (*d*), GERARDUM de SOLO (*e*).

BAR-

(e) p. 7.
(f) p. 13.
(g) p. 13. b.
(h) p. 33. b.
(i) p. 32.
(k) p. 35. b.
(l) p. 49. b.
(m) p. 54.
(n) p. 61. b.
(o) Ib.
(p) p. 63. b.
(q) Ib.
(r) p. 64.
(ſ) p. 64. b.
(t) p. 66. b.
(u) p. 67. b.
(x) Ib.
(y) p. 78.
(z) p. 78. b.
(a) p. 107.
(b) p. 112.
(c) p. 113. b.
(d) p. 3.
(e) p. 12. b.

BARTHOLOMÆUM de VARIGNANA (*f*).

THOMAM de ARGENTO (*g*): THOMAM de PIGANO (*h*).

AMERICUM de ALESTO (*i*).

FIDELEM (*k*), hunc ſæpe.

## §. XC. ALII SCRIPTORES SECULI XV.

J. MATTHÆI de GRADIBUS Ticinenſis ſunt *Practicæ* L. II. Papiæ 1527. 4. &c. *Conſilia ſecundum viam* AVICENNÆ. Venet. 1514. fol. Rabies a cane abſque morſu concepta. Uterus exciſus.

BARTHOLOMÆI de MONTAGNANA, profeſſoris Bononienſis, *conſilia & varii tractatus inter opera ſelectiora* Venet. 1497. f. GESN. 1514. f.* Lion 1525. f. B. B. Conſilia ſeorſim, 1565. f. Ad ægritudines totius corporis, etiam chirurgicas ſpectant. EJUS operis codex eſt in B. CAIO GONV. n. 973. PETRUM vocat PORTALIUS, & PETRUM de MONTAGNANO laudat J. a KETHAN. Sed BARTHOLOMÆI nomen *conſiliis* præfixum eſt, quem virum ſummum fuiſſe chirurgiæ operatorem GERARDUS BOLDERIUS in propria epiſtola teſtatur. Intercedunt utique bene multa chirurgica, de cancro, de herniis variis, de calculo uteri, renum & veſicæ; de prolapſu & ulcere uteri, morbis muliebribus; de gibbo, varice. Utique enormis farrago remediorum & conſiliorum diæteticorum. Sarcocelen ſe aliis auxiliis ſæpe fruſtra adgreſſum, nunc ad cauteria & candentia medicamenta deſcendere. Electuario cuidam adfirmat nullum calculum poſſe reſiſtere, a quo tamen nihil ſperes. De cancro, quem locum J. BURGUER laudat (*a*): nihil utile reperio. Ad finem antidotarium etiam chirurgicum.

ANTONII GUAINERII *de ægritudinibus capitis, oculorum, aurium, narium, gutturis* &c. Papiæ 1497. fol. * Vixit tempore PHILIPPI MARIÆ ducis Mediolani, ſeculo ideo XV. ineunte; in libro II. egit de cucurbitulis in pleuritide adhibendis, quas poſt ſeptimum diem commendat. De ulceribus & cancro, de uteri prolapſu. Partus difficilis: mera ſuperſtitio. Fuſe de calculo renis & veſicæ; eum lamellis factum vidit. Morſus animalium venenatorum. Anno demum decimo octavo poſt morſum, hydrophobia. Vix quidquam habet, quod ad chirurgiam trahas.

SANTES ARDOYNUS, qui nondum (*b*) medio ſeculo XV. vixit, in libro *de Venenis*

(f) p. 2. b. & alias perſæpe.
(g) p. 20.
(h) p. 25.
(i) p. 21.
(k) p. 29. b. &c.
(a) Ep. ad HILDANUM.
(b) Ante a. 13 6. Venetiis ſcriptum eſſe T. ZWINGER in præf.

*Venenis* Baſil. 1562. fol. * excuſo fuſiſſime agit de morſu canis rabidi aliorumque animalium venenatorum. Plurimos ſcriptores legit, Græcos, PLINIUM etiam, deinde Arabes, & conſtanter Alzaharavi citat, tamquam ALBUCASIS opus.

J. de TORNAMIRA, Monſpelienſis, *Clarificatorium ſuper* ALMANZORIS IX. Lion 1501. 4. Venet. 1521. fol. Calculum membrana obductum vidit.

ROLANDI CAPELLUTI, qui hoc ſeculo vixit, poſthumum opus *de curatione apoſtematum peſtiferorum* tractatus Brunſwic. 1648. 8. * Scripſit circa a. 1468. GESNER. Mere practicus. Non intellexit me PORTALIUS. Non CAPELLUTIUM antiquiorem feci GUIDONE, ſed ROLANDUM illum centum annis GUIDONE priorem, cujus opera LINDENIUS CAPELLUTIO tribuit, GESNERUM ſecutus.

HUGONIS BENZII *conſilia ſaluberrima ad omnes ægritudines.* Venet. 1518. fol.

MARCELLUS CUMANUS hujus fuit ævi exeuntis. Ej. obſervationes a WELSCHIO recuſæ ſunt. Ex vulnere digiti convulſio. Gangrænam ſe curare unguento Ægyptiaco; carbunculos & bubones levi alvi purgatione. In paronychia malum aqua forti & cultro aperit, ut PETRUS de NORSA (NURSINUS). Hydrocelen caſtratione ſanabat. Maxima ex vulnere digiti hæmorrhagia, ut ignem neceſſe fuerit admovere. De clava D. BELLINI, qua ignita demorſos a cane rabido amburunt. Multus eſt in medicamentis: ad ſtrumas dipſacum laudat; ad enterocelen emplaſtrum, quod citri ſuccus ingreditur. Ipſe ignotus homo in exercitu Veneto videtur vixiſſe, Turcas etiam vidiſſe: ætatem adgnoſcimus ex puſtulis, quas viderit epidemice ſub præputio aut in vicinia erumpere. Dolores inde artuum ſequi & lepram (nempe venereæ luis).

ANTONII CERMISONI *conſilia medica* 163. *contra omnes fere ægritudines a capite ad pedes* Venet. 1503. fol. 1514. fol. * Lion 1521. 4. B. B. Utique etiam chirurgica conſilia intercedunt, ad calculum etiam numeroſa, & inter ea ad celebrem belli ducem GATTIMELATA, quorum alia aliis noſter ſubſtituit. Ad ulcera, pannum. Amicus fuit B. MONTAGNANÆ.

Codex M. S. eſt in B. BODLEY. n. 877.

J. MICHAELIS SAVANAROLA, CERMISONI diſcipuli, *de ægritudinibus a capite ad pedes.* Papiæ 1486. fol. Venet. 1498. f. 1559. f.

JOH. BAUERII de BAUERIIS de *Imola conſiliorum de re medica, ſ. morborum curationibus* libr. Bonon. 1489. fol. Papiæ 1521. fol. RIV. Varia habet chirurgica, de uteri prolapſu, gibbo reſtituendo, ungue, cauterio ad articulos admovendo, fiſtula lacrumali, pectoris ulcere, varice, inſigni ſcirrho, amplectente muſculum rectum abdominis & tranſverſum.

CHRISTOPHORI de BARZIZIIS *introductorium, ſ. janua ad omne opus practicum* Aug. Vind. 1518. 4. *.

LAUR. RUSII *hippiatrice* Pariſ. 1532. f.

GUILIELMI BRIXIENSIS *tr. ad unamquamque ægritudinem a capite ad calcem curandam* Venet. 1508. fol.

PAUL-

Pauli Bagelardi *a flumine* libellus de *ægritudine infantum* impr. per Matthæum de Windiſch Graetz 1487. 4. B. B. Parvus libellus de hernia, deque ulceribus aliiſque vitiis infantum agit, & medicamenta fere continet.

Benvenuti Graphei *de oculorum adfectibus* Venet. 1497. fol. Lind. & B. Graſsus ib.

Marci Gatenariæ *de curis ægritudinum particularium* Lion 1506. 4 1525. 8. * Baſil. 1537. fol. * Vixit circa annum 1481, quem nominat, empiricus, arabiſta & ſuperſtitioſus homo. Morbos proſequitur a capite ad calcem ad Arabum morem. Ophthalmiæ & oculorum morbi. Albuginem ſaccharo cando ſanavit (*a*). Cataracta; calculus; prolapſus ani, uteri. Vidiſſe ſe feminam, cui uterus prolapſus reſectus fuerit, vita ſuperſtite (*b*). Hernia. In partu ſubito natam fuiſſe herniam inteſtinalem (*c*). Bracheria chalybea ad hernias laudat. Varix. Corticem ovi ad iſchuriam ait egregie valere, ſeque eam efficaciam expertum eſſe. Molam vitalem poſt 12. menſes partu editam (*d*). Utique ſola medicamenta habet, abſque fere cura chirurgica.

Johannis Arculani, Veronenſis, *practica medica*, *ſ. opus in nonum* Rhazis Papiæ. 1517. fol. B. B. Venet. 1493. fol. B. B. 1524. literis Gothicis fol. *. 1557. fol. *. cum figuris inſtrumentorum chirurgicorum Baſil. 1540. fol. B. B.

Citat annum 1457. (*e*) quo in cole calculum viderit. Cum in iſto libro omnes fere morbi a capite ad calcem enumerentur, eos etiam noſter recenſet, qui manu curantur, & medicamenta, & ipſas etiam adgreſſiones docet, quæ manu fiunt. Laudat cauterium ex *capitello* factum (*f*), ad lacrymalem fiſtulam. Inter morbos enarrat fluxum lapidum per anum & virgam (*g*). Lapillos vidit in cole præduros, & ex ano prodeuntes, & in pulmone, inque inguine; Gentilem vidiſſe in poro biliario (*h*).

Ortolf Heydenberger *von Bayerland Arzneybuch* Nürnberg. 1477. fol.

Johannis de Ketam, Alamanni, *faſciculus medicinæ* Venet. 1495. fol. Platn. 1500. f. 1513. fol. *. Idem procul dubio opus cum Johannis de Bethaz faſciculo medicinæ Venet. 1491. fol. Lindenii. Primus eſt tractatus de phlebotomia. De varietate venarum, quæ ſecentur. De planetis, faventibus aut repugnantibus.

Alter tr. eſt *de Cyrugia*. Vulnerum per univerſum corpus tabula. Medicamenta



(a) p. 47.
(b) p. 152. b.
(c) p. 162.
(d) p. 160.
(e) p. 162. b.
(f) p. 56. b.
(g) p. 157.
(h) p. 162. b.

camenta chirurgica varia. Paſſim etiam conſilia. Inteſtina jubet filo ſubtili conſuere. Codex eſt in libris BERNARDI B. Brit. n. 3669.

HIERONYMI a BRUNSWICH, qui pene toto hoc ſeculo vixit, & ad ſummum ſenium pervenit, *Buch der Chirurgia und Wirkung der Wundarzney* Strasburg 1497. fol. * Augſpurg 1497. fol. BUR. & alias. Strasb. 1513. fol. 1539. 4. TREW. GUNZ. 1580. fol. 1508. 4. TREW. abſque loco. Anglice, *the noble experyence of the virtuos hand worke of ſurgerie* London 1525. fol.

In præfatione vocatur *Wundarzt der Statt Strasburg*. Agit de chirurgia in genere; de vulneribus a capite ad calcem, & eorum ad inferendam mortem poteſtate. Icones populares. Ex Arabibus & barbaris ſua fere collegit. Funeſta curatio labii leporini.

ANGELI BOLOGNINI *de cura ulcerum exteriorum* Bonon. 1514. f. ex ASTRUCIO. 1516. fol. * Baſil. 1536. 4. & in GESNERI & UFFENBACHII collectione. Medicus Bononienſis, qui chirurgiam publico ſtipendio docuit (*i*). Debere figuram fiſtulæ cultro mutari, ut oſtium amplius fiat. Ad calloſas fiſtulas laudat medicamentum a patre acceptum, ex argento ſublimato, lithargyrio, vitriolo &c. ejusmodi medicamenta & igni præfert, & cultro, quo alii fiſtulas calloſas cruentabant.

EJ. *l. de unguentis* una prodiit. Perinde redit in collectione GESNERIANA & UFFENBACHIANA. Gallice *traité de la curation des ulceres externes du corps humain* Lion 16. VERDIER anno non addito.

FERDINANDI PONZETTI Cardinalis, *de venenis* L. III. Venet. 1492. fol. Baſil. 1562. fol. * Ad venenatos morſus.

JULIANUS GUTIEREZ *de Toledo*, medicus FERDINANDI & ISABELLÆ, *de la cura de la pietra dolor de hijada, y colica renal.* Toled. 1498. NIC. ANT.

## §. XCI. CODICES M. S. CHIRURGICI.

Annos ignoramus, quibus quiſque ſcripſit, atque eos adeo temere diſponimus.

MILONIS chirurgia B. BODLEY. n. 774.

MAGISTRI ZACHARIÆ de paſſionibus oculorum B. SLOAN. n. 8970.

MAGISTRI BONGIANNÆ de ORTO f. ARETINO *Roſea ſpina chirurgiæ, quæ eſt colligens dicta ſapientum* B. Medic. Plut. 77. n. 22. MONTF.

M. JO. de MIRAPICE *Phlebotomia* B. ASHMOLE. n. 7738.

JOH. de AQUILA de *phlebotomia* verſus elegiaci B. R. Pariſ. n. 6884.

CANCELLARI *experimenta chirurgica* B. R. P. n. 7091.

MAESTRO

(i) p. 64.

Maestro Bartolomeo Serafino tr. *delle ferite* B. Vatic. ap. Montf. I. p. 23. n. 395.

William de Pine *ſurgery* Sloane B. B. n. 8773.

Simon Owen Kingston, chirurgi, codex M. S. inter Tysonianos. n. 4167.

Buonamici Grafton *ars probatiſſima oculorum*, & de ægritudinibus oculorum pars operis majoris B. Bodl. n. 2063.

Liber *Phlebotomiæ* magiſtri Henrici de Winton B. *Colleg. nov. Oxon.* n. 1135.

Liber *Phlebotomiæ ſecundum* magiſtrum Maurum ib.

Apud Becketum citatur Wilh. Pea. Rob. William of Cockwood *receipts for fiſtules:* Friar Theodor Chalks *chirurgical receipts.*

Maffæi de Lande *Problemata medica.* Codex M. S. eſt in B. B. ſcriptus a. 1442. Hæc problemata pene omnia argumenti ſunt chirurgici, ex genio ſeculi ſcripta.

## §. XCII. Anonymi.

Anonymi tractatus *de calculo* ejuſque remediis in IV. partes diviſus. Seculi XIV. In B. R. Par. n. 7016.

Anonymi tr. *de phlebotomia* in B. R. Par. n. 7036. Secul. XIV.

Anonymi *chirurgia* ib. n. 7137. ſeculi XIV.

Anonymi *chirurgia* libris novem B. R. Par. n. 7134.

Anonymi *tr. de morbis oculorum* ib. n. 6888.

Anonymi *collectio artis chirurgicæ* B. R. n. 6972. Seculi XV.

Et ib. Anonymi *tractatus de apoſtematibus & puſtulis.*

*Epiſtola de phlebotomia* ſeculi XV. B. R. P. n. 6837.

Anonymi excerpta *de chirurgia* B. R. P. n. 349.

Et *de emplaſtris, unctionibus* ib.

L. de vulneribus & morbis *Coll. ſ. Mar. Magd. Oxon.* B. B. n. 2349.

De *lapide renum* & ejus remedio B. Bodl. n. 2136.

*Elucidatio artis chirurgicæ B. Coll. S. Trinit. Cant.* n. 392.

*Practica chirurgiæ* B. Bernardi. n. 3683.

L. *de chirurgia* B. Cai. Gonv. n. 977. & *de phlebotomia* ib.

De *curis chirurgi* B. Ashmole n. 7775.

De *fractura cranii.*

*Miſcellanea medica & chirurgica.*

*De lapide in veſica.*

De *apoſtemate, fiſtula, bubone.*

*Contra morſum canis rabidi*, aranei, bufonis, ſcorpionis. Hæ in B. BODLEY. n. 2063.

A treatiſe of *ſurgery* B. ASHMOLE. n. 7806.

A treatiſe of *ſurgery* ib. n. 7798.

Eodem cum titulo n. 7801: cum formulis ib. & 7704. ib.

Secrets *of ſurgery* cum antidotario ib. 7799.

A medicine for the *apoſtume* in the head ib. n. 2535.

*The mirror of phyſik and Chirurgery* B. TYSON n. 4174.

A large treatiſe *on ſurgery* B. ASHMOLE. n. 7809.

A diſcourſe of the whole art of *chirurgery* B. ASHMOLE. n. 7805.

A compoſition of ſeveral medicines belonging to *ſurgery*.

Et Introductions concerning the making of worthy Medicines for *Chirurgery* B. BODL. n. 2073.

A medicine for *tootach* for *ſcalds* a plaiſter for *bruiſed arm or leg* B. ASHMOLE. n. 7668.

Receipts of *ſurgery* B. ASHMOLE. n. 7694. 7797. TYSON. 4160.

Receipts to cure all wounds B. TYSON n. 4173.

The miror of *phlebotomy* B. SLOANE. n. 8770.

Cures of the *ſtone ſtrangury* &c. B. BODL. n. 2077.

LIB.

# LIBER QUARTUS.

# INSTAURATORES.

## §. XCIII. Ant. Benivenius.

Literarum ſeculo XV. renovatarum lux paulatim etiam ad Chirurgiam penetravit ſub novi ſeculi ortum, & melior ſtilus barbaræ illi Arabiſtarum dialecto ſucceſſit. Medici a compilatione ad naturam ceperunt redire, nova etiam arti ſalutari præſidia ab anatome acceſſerunt, quæ ſub iſto tempore ſuſcitata, rapida cepit incrementa. Plerique, pluſculis annis, chirurgi de medicorum fuerunt ordine.

Antonius Benivenius, Florentinus, primus mortalium ſalutare conſilium cepit, non integrum artis ambitum undique ex priorum ſcriptis conſarcinare, ſed ea ſola conſignare calamo, poſteriſque communicare, quæ mererentur ab iis legi. Ejus liber *de abditis rerum cauſis* multo gravior rebus eſt, quam integri ante eum ſeculi compilatitii labores. Prodiit Florent. 1507. 4. Astruc. Baſil. 1528. fol. * 1529. 8. * Harderovic. 1621. 8. * & alias. Miſti argumenti opus eſt, magna tamen pars chirurgici eſt argumenti. Hernia (*a*) per vulvam elapſi inteſtini. Hernia (*b*) umbilicalis nuper nati pueri, magna certe & rara felicitate ſanata. Lotium per anum redditum (*c*). Ob abſceſſum reſecta vulva femina ſuperſtite (*d*). Os femoris a lue venerea tumefactum. In dolore ilium hydatides uteri (*e*). Ingens femoris ſtruma a Benivenio vinculo intercepta, ſubinde adſtricta, candente ferro demum feliciter amputata (*f*). Os frontis totum eroſum (*g*) integra cute. Acus ærea devorata (*h*) per foramen ſponte natum educta, vita ſuperſtite. Ulcus menti evulſo (*i*) dente perſanatum. Suræ oſſis carioſi magna pars feliciter exemta (*k*).

 Ozæna

(a) C. 5.
(b) C. 6.
(c) C. 7.
(d) C. 11.
(e) C. 79.
(f) C. 14.
(g) C. 18.
(h) C. 20.
(i) C. 22.
(k) C. 25.

Ozæna cum narium ulcere curata (*l*). Atretæ puellæ vagina cultro reſerata (*m*). Partus difficillimus unco & emolliente oleo expeditus (*n*). Pueri ano imperforato (*o*), quorum alter cultro ſanatus. Angina inciſione (*p*) ſoluta. Arteria inciſa candente ferro compreſſa (*q*). Pericardii vulnus ſanatum (*r*). Meliceris male pro cancro habita, donec BENIVENIUS errorem adgnoſceret (*ſ*). Qui ſibi colem reſecuerat ægre morti ereptus, ſingulis venis (*t*) interceptis. Pectoris abſceſſus apertus, funeſto eventu (*u*). Gangræna ex cauſa interna a pede oriente (*x*). Cancer faciei diu toleratus, funeſtus (*y*) cum medicamentis exaſperaretur. Ex arctiori herniæ ligatione (*z*) mors. Puellæ, cui a vulnere (*a*) aqueus oculi humor effluxerat, is humor ſponte reparatus eſt. Mortes ex vulnerato inteſtino tenui (*b*). Calculus ſponte prorupit (ex urethra ut puto, non ex veſica (*c*)). Os femoris a carie quaſi in farinam redactum (*d*). Unco avulſus de femina calculus (*e*). Humerus a corpore (*f*) ſeparatus, cum poſt ambuſtionem adhæſiſſet. Ex lapſu, cum vi aliqua ad ſurgendum æger uteretur, vox periit (*g*). Memorabiles iſtæ curationes omnes ipſius ſunt BENIVENII: dictio pura & comta.

## §. XCIV. ALEXANDER BENEDICTUS.

Veronenſis, medicus, & inciſor, in caſtris, & in Creta vixit, & CAROLUM VIII. in expeditione Neapolitana ſecutus eſt, idem, cum ad ſenium vixerit, multa vidit & expertus eſt. Chirurgiam in miſero ſtatu reperit, ut luxationum curatio ad mercenarios & ruſticos rediiſſet (*a*). Ipſe & manu artem exercuit & conſilio. Princeps huc pertinet opus de *omnium a vertice ad plantam morborum ſignis, differentiis* &c. ad MAXIMILIANUM Imp. Venet. 1535. f. L. Baſil. 1549. fol. * Pura dictione uſus eſt, CELSUM & PAULUM & Græcos legit, ſepoſitis Arabibus.

(l) C. 27.
(m) C. 28.
(n) C. 29.
(o) C. 30.
(p) C. 38.
(q) C. 49.
(r) C. 65.
(ſ) C. 67.
(t) C. 68.
(u) C. 70.
(x) C. 71.
(y) C. 72.
(z) C. 73.
(a) C. 74.
(b) C. 76.
(c) C. 78.
(d) C. 79.
(e) C. 80.
(f) C. 82.
(g) C. 91.
(a) *Anat.* L. V. c. 31.

bus. Cum morbis internis etiam eos recenſuit, qui manus egent opera, rarius adminiſtrationem aliquam deſcripſit, & fere in medicamentis ſubſtitit. Adnotationes tamen varias hic reperias, quarum aliquem guſtum viſum eſt præbere. Peſſis carnem venoſam (*a*) expulit, quæ pro graviditate habebatur. Oſſa venereorum corrumpi integro perioſteo (*b*). Herniarum curatio. Juxta venam ſpermaticam acu ſubjecta teſſellam filo hærentem eburneam cuti adplicat, quotidie ſemel vel bis intorquet, ut cutem atque tunicam erodat (*c*). Ex lapſu multo ſanguine amiſſo æger convaluit (*d*). Feliciter in Græcia aſcites novacula ſuperatus, cute undique inciſa (*e*). Calculos ovi mole e veſica rejectos memorat (*f*).

In libro *de peſte*, edito a. 1493. narrat, ut bubonem peſtilentem impoſita cucurbitula & veſicatorio curaverit.

In *anatomicis* etiam chirurgicas adminiſtrationes deſcribit, & utilia adnotat. Græcum hominem ſagitta in temporum altero vulneratum quinto poſt anno ferrum per nares edidiſſe (*g*). Pro nova eo tempore arte, qua naſus de cute brachii ſumto traduce reparetur antiquiſſimum dicit teſtimonium (*h*).

Cæterum de reparandarum narium arte varia hoc ævo exſtant teſtimonia. P. CALENTIUS in Ep. ad ORPIANUM (*i*) BRANCAM citat Siculum, quem viderit naſum reſtituere. Aliud eſt GILBERTI COGNATI NAZARENI de BRANCA & ejus diſcipulo BALTHASARE PAVONE Siculo teſtimonium. Iterum de BRANCA etiam MONGITORIUS, qui centum annis ante TAGLIACOTIUM naſos reparaverit, a quo artem habuerit BALTHASAR PAVONUS. Conf. p. 163.

## §. XCV. LUDOVICUS BONACIOLUS, ALII.

In ejus *muliebribus* vix quidquam huc referas. Prodierunt in Italia fol. GESNER, deinde Argentorati 1577. 8. Leid. 1641. 12. &c.

GEORGII VALLÆ *de univerſi corporis purgatione per cucurbitulas & venæſectionem* Argent. 1529. 8. * fere ex GALENO.

EJ. de *natura oculorum* Argent. 1529. 8. * Medica & chirurgica ex CELSO & GALENO compilata.

ARISTOTELIS etiam *de re chirurgica* problemata decerpſit, & edidit cum ſuis commodis. Argent. 1529. 8. *

LUDOVI-

(a) L. XXV. c. 34.
(b) L. VII. c. 24.
(c) L. XXIV. c. 36.
(d) L. XXII. c. 26.
(e) L. XV. c. 49.
(f) L. XXII.
(g) L. IV. c. 24.
(h) L. IV. c. 39.
(i) Ap. GOURMELINUM.

Ludovicus Cælius Rhodiginus in *antiquis lectionibus* libro III, IV, & VII. aliqua habet de chirurgicis inſtrumentis.

Alexander Achillinus ſectionem calculi Celsianam deſcribit (*) in l. dicto *anatomicæ adnotationes* Bonon. 1520. 4. *

Symphorianus Champier, poſtea Campegius, polygraphus. Ej. eſt liber *practica nova de omnibus morborum generibus.* Lion 1517. 8. * Venet. 1522. fol. * Continet ad Arabum modum morbos chirurgicos, internis miſtos. Sed illos parce adtingit, & fere in medicamentis ſubſiſtit collectitiis. Morbos cutis ad morem veterum omnes recenſet.

Ej. *dialogue de la cure du Phlegmon, où ſont introduits Phlegmoniatros, Philochirurgus, & Meteorus* Lion abſque anno. Verdier.

In *margarita ſanitatis* Pariſ. 1514. 8. * aliqua ſunt de cucurbitulis, ſcarificatione, ſanguiſugis.

Ej. *lunettes des Chirurgiens & Barbiers* Lion 8. Falc.

Meiſter Hans v. Gersdorf genannt Schiel Hans *Feldbuch der Wundarzney.* Strasburg 1517. fol. * 1526. 4. Boehmer. 1540. 4. Gesn. 1542. fol. Francf. 1551. fol. Pl. 1598. 4. 1604. 4. * quæ editio nihil differt, niſi quod minus ſit nitida. Latine 1551. 8. Lind. forte & nonnullæ priores editiones ejus ſermonis fuerint. Compendium chirurgiæ. Trepanum tripes abſque manubrio. Vinum ſenibus permittit, juvenibus eo interdicit. Simplicem arteriam ligat; ſi multæ læſæ fuerint, goſſypium imponit, tunc ignitum ferramentum, ita minus ait dolere. In amputatione jubet cutem reducere, tum arcte ligare, denique reducere ſuper truncum, hunc ambire vinculo, veſicam ſuperponere: ita ſe absque ſutura ſæpe feliciter artus amputaſſe. Gaſtroraphiæ, quam adminiſtraverit, meminit. Ferreum vectem depingit, quo curvatum brachium corrigat, ſic femur tibiamque. Tenaculæ variæ ad extrahendas glandes plumbeas. Ut fracta deliget. Proprius vectis ad luxatum humerum. Gangrænam ſæpe ſupervenire ob imprudentem refrigerantium uſum. Plerumque tamen in medicamentis ſubſiſtit, & Arabiſtis utitur, tum M. Andrea, & Magiſtro ſuo Mulhart.

J. Brabi Chameli *de capitis vulneribus* Conimbricæ 1516. f. Lind.

Georg Flüguss, chirurgi Argentoratenſis, *experimenta chirurgica & unguenta* &c. Strasburg 1518. 4. germanice cum Lanfranco.

Gualterus *over den ſteen* Antverp. 1517. 8. Lambergen.

Antoine d'Avignon *de la phlebotomie* 1518. 8. Hiſpanice verſ. a J. Laurentio Carnizer 1533. fol. Goulin.

## §. XCVI. Johannes de Vigo.

Rafallenſis in Genuenſi ditione medicus, chirurgus, qui a. 1503. (*a*) Romam ad Julium II. vocatus ipſe manum operi admovit.

Ejus

(*) p. VII. b.
(a) In Procemio.

Ejus *practicæ* ad filium Aloisium datæ liber IX. frequentiſſimas editiones olim eſt expertus, ut J. Vigo claſſici auctoris gradum tenuerit. Prima Rom. 1514. f. Falc. *Script. Lig.* altera Papiæ ex epiſtola Anthracini. Porro Lion 1516. 4. Platn. 1516. 8. Heist. 1518. 8. 1519. Gesner 1528. 4. *Script. Lig.* 1532. 8. * *Script. Lig.* 1534. Haenel. 1538. 8. * 1561. 8. *, hæc literis latinis.

Germanice *groſſe Wundarzney* Norimberg 1677. 4.

Gallice Lion 1525. 8. Astr. 1537. 8. vertente Nicolao Godin Pariſ. 1530. fol.

Italice Venet. 1540. 1576. Platn. & 1582. Pl. 1560. 4. Boehm. vertente Lorenzo Chrysaorio. 1568. 4. Heister. 1598. 4. Boehm. Platn. 1610. 4. Heist. Meibom. 1639. 4. Chiv.

Hiſpanice, vel potius Catalanice, vertente Miguel Juel Pascual Perpinian. 1627. *Script. Lig.*

Pleniſſimum artis eſt compendium, ut etiam anatomen & materiam medicam cum chirurgia conjunxerit. Multum uſus eſt Guidone de Cauliaco, adnotante dudum Johanne v. Horne, & medicamentis ad ſeculi ſaporem indulſit, & ea nimiis ſæpe laudibus extulit (*a*). Neque doctum fuiſſe putes, qui Anthracis vocem ab antro derivet (*b*). Adparet etiam, ex genio ſeculi abſtinuiſſe difficilibus operationibus, eaſque *peregrinis* reliquiſſe, ut unguis reſectionem, herniam (*c*). Cataractæ depoſitionem deſcribit, ut viderit ab expertis exerceri (*d*). In amputandis artubus gangrænoſis per mortuam carnem inſtrumenta adigebat. Non ideo ſua fraudandus eſt laude. Medicamenta ejus plurima ad poſteros deſcenderunt, emplaſtrum de mercurio, trochiſci de minio. Eruditionem etiam filio commendavit, Celsum legit, etſi ſtilum ad id exemplum non reformavit.

Liber II. eſt de apoſtematibus. Ad ea aperienda præfert inciſionem, quæ lunam (*e*) cornutam refert. Gangrænam in fracturis ſuperveniſſe vidit nimis adſtrictis vinculis: a nimis acribus medicamentis, nimis refrigerantibus; in carbunculo; ex magnis ulceribus: ex cacochymia varia (*g*). Carbunculum profunde jubet ſcarificari (*h*), lixivio eluere: ad peſtilentem (*i*) vero carbunculum ignem admovet: veſicatorium (*k*) in pulſu brachii imponit. Tumorem cyſti-



(a) p. XXI. CXVII. b. CXXVII.
(b) p. XXXIII.
(c) p. CC. b.
(d) p. CLII. b.
(e) p. XXI. b.
(g) p. XXXII.
(h) p. XXXV.
(i) p. XXXVII.
(k) p. XXXVII. b.

cum (*l*) in digito Pontificis ulceratum ſublimato mercurio feliciter exſtirpavit. Alium vero tumorem nodoſum ob cancri metum cauſticis non tangit (*m*). Scrofulas jubet enucleare, quod ſibi feliciter evenerit (*n*), reliquias vero ſublimato argento vivo exſtirpare. Sic in cancri reliquiis, quod ſibi gloriatur optime ſucceſſiſſe (*o*). Cancrum uteri cum curatione palliativa 26. annis eſſe toleratum. Magnum pectoris abſceſſum, ex infelici caſu ſubortum, demum ad ſanationem (*p*) perduxit. Puſtulam carbunculoſam veneream deſcribit (*q*), quæ vulgo *chancre* vocatur. In herniæ (*r*) curatione vinculum cum igne conjungit. In paronychia igne ad os uſque (*ſ*) exurit.

L. III. Vulnera. Hæmorrhagiam cum putrefactione (*t*) turunda longa conpeſcit. Exempla maximæ commotionis (*u*) cerebri, tandem lente curatæ, cum ſanguis de naribus effluxiſſet. Vulnus faciei curat ſutura incruenta, alterne ſibi reſpondentibus triangularibus emplaſtris facta (*x*). Vulnus veſicæ ſanavit, cum lotium effluxiſſet (*y*). Suturarum varietatem deſcribit. Eas inter intortam ad labra, & vulnera. Vulnus aſpidis Terracinæ mortem intuliſſe vidit, viſu continuo & loquela amiſſis facieque liveſcente (*z*).

L. IV. de Ulceribus. Fiſtulam tamen (*a*) lacrumalem oſſe cauterio quadrato perforato feliciter curavit, poſtquam oculum argenteo cochleari defenderat. Fiſtulam lacrumalem ſcalpello incurvo incidit, quod digitum in arcum datum contingit (*b*), deinde totam aperit. Fuſe de Cardinali ex gangræna exſtincto, quam medici non adgnoverant (*c*).

L. VI. de fracturis & luxationibus. Contra ALBUCASIN ferulas prima die adponere (*d*) jubet, non exſpectare ſeptimam. Exemplum fracturæ (*e*) cum vulnere, quam feliciter ſanavit. Sic fracturam ſcapulæ. Fracturam naſi vinculum non ferre (*f*).

L. IX. Varia mala. Gibbus: catheteris uſus; ſtrumæ; ambuſta. In ſpina (*g*) ventoſa

(l) p. XLIV.
(m) Ib. b.
(n) p. XLVI.
(o) p. LI. b.
(p) p. LXXIV. b.
(q) p. LXXVIII.
(r) p. LXXXII. b.
(ſ) p. LXXXVI.
(t) p. XCIII.
(u) p. XCIX. b.
(x) p. CI. b.
(y) p. CXII.
(z) p. CXXIX.
(a) p. CLVIII.
(b) p. CLXVII.
(c) p. CCXXVIII. & b.
(d) p. CXCV.
(e) Ib.
(f) p. CIIC.
(g) p. CCLXXIX.

ventoſa ſæpe ſe partem oſſis humeri & tibiæ radula & ferro candente exemiſſe, favente ſucceſſu.

Alterum opus prioris quoddam eſt compendium, cum *Chirurgiæ compendioſæ* titulo ſcriptum a. 1517. excuſum Venet. 1520. fol. *; tum cum majori opere Lion 1535. 8. * 1538. 8. * 1561. 8. * & alias. Libri ſunt quinque. In l. de vulneribus ſæpe ſe ob ſanguinem *(h)* ſub cranio effuſum trepano cranium perforaſſe. De ſignis periculi. Malum portendere frigus, quod poſt diem ſeptimum acceſſerit, tum ſi granula *(i)* ex oſſe die nono efflorefcentia ſubſederint & evanuerint. In fracturis cranii ſuturam comprehendentem non in ſutura, ſed ad utrumque latus perforat *(k)*. Cum os depreſſum eſſet & contuſum, totum exemit *(l)*, conprehenſum trepano. Sanaſſe ſe, cui enſe cerebrum fuiſſet inciſum *(m)*. Periculum a capitis vulneribus diuturnum eſſe, ſeque vidiſſe cum optimis ægri rebus, ex cibi abuſu quadrageſimo die funeſtam apoplexiam ſuperveniſſe. Quadrageſimo demum die os ſquamam dejicere, & ſæpe neceſſe eſſe, cauterium admovere ut removeatur *(n)*. Fuſe de trepano, quod cum manubrio deſcribit *(o)* & ſtilo. Vulnus in collo enorme *(p)* cum deſtructo brachii motu, duodecies repetita ſutura ſanatum. Ad contuſa laminam plumbeam repetito perforatam adplicat *(q)*. Sæpe ſe oſſis in puero depreſſionem ſanaſſe, cum cutis integra manſiſſet. Telum vel glans infixa, ſi commode extrahi non potuerit, non nimis laborandum *(r)*, abſque noxa enim multis annis carnibus incluſum ferramentum manſiſſe.

L. II. de apoſtematibus eſt.

L. III. de ulceribus.

L. IV. Varia mala. Penis gangrænam ferro & igne conpeſcit *(ſ)*.

Minor hæc chirurgia a MARIANO SANCTO excerpta prodiit.

Italice Venet. 1560. 4. BOEHM. 1546. 4. RAST. 1598. 8. BOEHM.

Gallice cum majori, vertente etiam NICOLAO GODIN Pariſ. 1530. fol. Lion 1537. 8.

Germanice cum *magna chirurgia* Nurnberg 1677. 4.



(h) p. II. b.
(i) p. III.
(k) p. IV. b.
(l) p. V.
(m) Ib.
(n) p. VI.
(o) p. VIII.
(p) p. XII. b.
(q) p. XV. b.
(r) p. XX. b.
(ſ) p. XXXVI. b.

## §. XCVII. Marianus Sanctus Barolitanus.

Ex oppido Barolo, medicus, Doctor Romanus, diſcipulus Johannis de Vigo, a nobis cum ſuo præceptore conjungitur. Ejus *compendium in chirurgia* prodiit & cum Johannis de Vigo practica Lion 1531. 1538. 8. * 1538. 8. cum aliis opuſculis Lind. Venet. 1543. 4. 1647. 4. Italice cum J. de Vigo Venet. 1560. 8. & in Gesneri collectione.

Ciſta eſt militaris medicamentorum magis neceſſariorum. De apoſtematibus. Ut noſter in timido homine cauſtico medicamento ad aperiendum abſceſſum (*a*) ſit uſus. De vulneribus. Ut in vulnere ſupra genu, cum Marianus periculum non intellexiſſet, monitus ſit a præceptore, ne fauſtum, ſed mendax prognoſticon, ſibi ſineret elabi: adeo vere, ut quinta die ægrotus ex nervorum diſtentione interierit. Ut vulnus contuſum male ſutura (*b*) clauſum idem J. de Vigo feliciter aperuerit. De ulceribus. In vulnere venæ (arteriæ forte) ſutura vas læſum (*c*) cum cute conprehendit. Carioſa oſſa ferro ignito (*d*) curabat. Oſſa fracta. Multa medicamenta.

Vir cæterum multo magis latinus, qui a. 1516. in noſodochio M. Mariæ conſolationis medicatus ſit (*e*)

Ej. Mariani *ſuper textu* Avicennæ *de calvariæ curatione dilucida interpretatio* Rom. 1526. 4. min. * Cum aliis opuſculis Venet. 1543. 4. & 1647. 4. Lind. Contra illiteratos chirurgos. Avicennam vulnera capitis fere ſiccantibus medicamentis curaſſe, alios emollientibus, ſe media incedere via. Male magiſtrum ſuum Johannem de Vigo contuſum caput oleis anodynis frigidiſque pulveribus curaſſe, deinde inciſum ſetaceo trajeciſſe, quod turundam traheret; ſe vero, cum ægrum præ dolore videret diſperire, meliorem indicaſſe curandi modum. Non debere abſque neceſſitate cutem incidi, & os detegi. Jacobum Berengarium oleo abuti, quem virum noſter ubique perſequitur. Paſſim in terebrando cranio duram membranam lædi, quæ cranium undique contingat. Eam ab oleo omphacino corrumpi. Foramen a terebra factum ſe vidiſſe undique ſubnato oſſe clauſum fuiſſe. In corpore infirmo vulnus non temere dilatandum eſſe. Vulnera temporum ſæpe funeſta eſſe, ob nervos læſos. Quæ ſymptomata compreſſam duram matrem ſequuntur, ea laxata evaneſcere. Digitale ſibi tribuit, in quo terebra moveatur, quæ cranium perforat. Fragmenta oſſis depacta non debere vi & forcipibus evelli, ſed medicaminum uſu ſolvi: ſed neque malleis utendum. Plumaceola non debere ſuper oſſis ſuperficiem eminere, ne dura mater comprimatur. Moroſius opuſculum, & quaſi *patrui*, plenum præterea aſtronomica vanitate.

Ej.

(a) p LXII.
(b) p. LXIII.
(c) p. LXVIII.
(d) p. LXXVI. b.
(e) p. LXXXVI.

Ej. *de lapide ex veſica per inciſionem extrahenda* Venet. 1535. 8. Parif. 1540. 4. * & cum aliis Venet. 1543. 4. 1647. 4. & in collectione Gesneri & Uffenbachii. Hoc princeps viri opus fuerit, cum novam rationem ſecandi calculi tradat, quam omnes undique chirurgi ad uſque Ravii tempora ſecuti ſint, quæ fere etiam, cum Pariſiis degerem, recepta fuerit ſecandi methodus, quam ob multiplex inſtrumentum, magnum dixerunt apparatum. Inventor quidem Johannes *de Caſali majori* Romanus fuit, Cremonenſis, qui circa annum 1520. ad hanc adminiſtrationem inveniendam ex ipſa neceſſitate compulſus acceſſit, cum antiqua illa Celsi adminiſtratio ſolis pueris ſufficeret, inque viris digito in anum dato non liceret eo lapidem expellere, ut ſuper eum commode ſecaretur. Johannis ergo conſilium fuit, ut catheter ſolidus pro tentando, & alter ſulcatus, in urethram daretur, in eum ſulcum a ſiniſtris, medio loco inter anum & os iſchii perinæi latere ſcalpello via aperiretur. Super catheterem porro introductoribus inmiſſis, & mirifico apertore, & forcipe propria calculus evelleretur, verriculo denique bouton & cochleari reliquiæ calculi educerentur. Hæc a Johanne (*) magiſtro ſuo accepta noſter liquido exponit, probante in epiſtola Johanne. In femina os inter femoris (male) & urinæ iter inciditur.

Ej. *de lapide veſicæ libellus* Venet. 1535. 8. Parif. 1540. 4. * cum priori, & in collectione Veneta a. 1543. 4. 1647. 4. tum in collectione Gesneri. Ipſe cum ex renali lapide & arthritide (Gallica) laboraret, pulvere ex ſemine & radice petroſelini, & flore cardui ſtellati ſiccati, ad ſcrupulos duos in vino ſumto ſe ſublevavit. Signa lapidis renalis incipientis & confirmati. Urinæ retentæ, quando catheter admitti nequit medetur, forcipe curva, bicruri, cujus diſcedentibus cruribus iter urinæ dilatat.

Ej. *libellus quiddidativus de modo examinandi medicos & chirurgos*, & in Gesneri collectione. De apoſtematibus. Solanum ea ſanare ſi occulta fuerint. De vulnere, quando ſuturam non admittat. Ulcera. Summa rerum capita.

Hæc omnia conjuncta prodierunt Venet. 1543. 4. 1647. 4.

Ej. *de ardore urinæ & difficultate urinandi libellus* Venet. 1558. 8 Bur.

## §. XCVIII. Jacobus Berengarius.

Carpenſis, vulgo ſed male Carpus, multo major medicus, quam Mariano æmulo placuit.

Ejus tractatus *de fractura calvariæ ſ. cranii* Bonon. 1518. 4. * Venet. 1535. 4. * Leid. 1715. 4. Liber experimentis utique dives. Reſonitum, ſ. partis oppoſitæ, neque a cauſa externa læſæ vitia a magna contuſione nata; etiam fracturam dari. Crania abſque ſuturis, quæ aliquoties noſter vidit. Nuces frangi, cum tamen cranii magna adeſſet fractura, neque iſtis vulgaribus ſignis fidem poſſe adhiberi: & in univerſum unico ſigno fidi non poſſe. Fuſe de commoto cerebro, de



(*) C. 18.

de vaſis ſub cranio ruptis. A ſanie per cranii poros (vaſorum vias) intra cranium penetrante integrum neque fractum, ſe maxima vidiſſe ſymptomata. Parcam ſaniei copiam, quæ per fiſſuram ſubiverat, maxima feciſſe ſymptomata, quæ eraſa fiſſura & emiſſa ſanie ſublata fuerint. In homine non puero depreſſum ſe vidiſſe abſque fractura cranium. Depreſſum cranium admota terebra elevavit. Fracturas fiſſuras & depreſſiones nonnunquam abſque manus auxilio ſanari. Curavit, cui per errorem oſſeum fragmentum ſub ipſum vicinum os depreſſum duram membranam urgebat. LAURENTIO MEDICEO Urbini Duci os ſub os, ut ſolet loqui, depreſſum terebra cranio feliciter reſtituit. Duram membranam utique undique cranio adhærere; ſeparari tamen a ſanguine de rupta venula effuſo, ſeparatum ſiccari. Medicos male chirurgiam dedignari, chirurgulos ad ægros ducere, & cæcum a cæco duci, cum priſci medici omnes chirurgiam exercuerint. Multa cerebri vulnera curavit, profundum etiam a ferro factum, quatuor digitos longum, inque cerebrum demerſum, in quo cum ſanies reſediſſet, nata die ſexageſima epilepſia, liberato ſaniei exitu, inmiſſa in ipſum cerebrum turunda, nervorum diſtentio conquievit, & æger ad ſanitatem rediit. Duram membranam corruptam ſæpe ſe ſolis medicamentis emendaſſe. Sæpe ad diem uſque vigeſimum nulla ſe ſymptomata offerre, & tum demum, etiam cum funeſto eventu erumpere, quæ ſint a ſanie in imis collecta.

Malorum externorum capitis curatio, in quibus oleo roſato fere utitur. Si cauſa mali fortior fuerit, debere cranium uſque incidi, ut de ejus ſtatu conſtet. Terebinthinam, ut acrem, non valde probat. Ceratum humanum laudat, quod mumia ſubit. Magnam ſæpe jacturam cranii fieri, ut decuſſum enſe totum os frontis, quod reſecare neceſſe fuerit; nudata dura matre ſyſtolen & diaſtolem conſpicuam fuiſſe, & tamen cute ſutura conjuncta malum ſublatum. De curatione fracti cranii per potionem vinoſam: vidiſſe ſe egregie ſucceſſiſſe; non probare tamen; ſic neque eos, qui ſolis emplaſtris utantur, & plerumque certe manus auxilium requiri; ſæpe etiam os removeri, etſi nonnunquam non ſit neceſſe, quos faventes caſus noſter enumerat, propoſitis exemplis. Exponit quoties id ſit neceſſe. Tota curatio & multum medicamentorum. Contra aquæ vitæ uſum. Quibus in caſibus continuo os removere oporteat; in quibus exſpectare liceat. Os non debere removeri, niſi dura membrana receſſerit. Robuſtos homines præter omnem legem convaleſcere, ut ex fiſſura, quam nolebat eradi, juvenis, cujus os natura denique expulit; alios cum veneri cibiſque indulgerent. Et in temporibus trepanum admovendum, & in ſuturis, ſi neceſſitas audaciam requiſierit. In poſteriori parte os ſe in eodem LAURENTIO MEDICEO feliciter removiſſe. Denuo de oleo roſato ad duram matrem, non ſemper tamen adhibendo, ut omnino noſter MARIANI calumniam non meruerit. In ulceribus ſiphone aptos humores debere injici. Inſtrumenta. Laudat trepanum aculeo armatum, cum manubrio, tum terebellam manu agitatam ἀβαπτιστην, conicam, cum laminis elevatis, non ſpiralibus. Elevatorium noſtri ſimile. Chirurgum debere pro caſuum varietate propria inſtrumenta invenire. In fiſſura capillari

capillari non debere ſymptomata exſpectari, ſed continuo terebram adhiberi, ſecus in penetrante rima. Internæ laminæ cranii fracturam, dum externa integra eſt, eo ævo proprio nomine Maruſin vocabant. In dura matre incidenda meticuloſus erat. Arabes plerumque legebat, inter eos HALY filium ABBAS.

In *commentariis ad* MUNDINUM paſſim etiam aliqua ad chirurgiam faciunt.

In *Iſagoge*, uterus a patre & ab ipſo JACOBO feliciter reſectus. Utero per apoſtema rupto fetus eductus. Fetus extra uterum repertus, quem ulcus rupetit. Ibidem oſtendit, ſe venam jugularem incidere.

Cum LEONICENO aliquam de elapſo omento litem aluit, cum eum male locum GALENI convertiſſe putaret. LEONICENUS in *Apologia* ſe vindicat.

## §. XCIX. VARII.

NICOLAUS GODIN chirurgiam militarem latine ſcripſit. Gallice verſam a JACOBO BLONDEL Antverp. 1558. 8.

LEONELLI de VICTORIIS Faventini *Practica medicinalis*, *ſ. de medendis morbis membrorum omnium corporis humani* Ingolſtad. 1545. 4. &c. ſcriptum circa a. 1520.

PETRUS de BAYRO Archiater Taurinenſis.

EJ. *de medendis corporis humani malis enchiridion, vulgo veni mecum* Baſil. 1563. 8. 1578. 8. * his temporibus ſcriptum. Chirurgica etiam habet. Polypus narium ſanatus. Aqua ſtygia ſuperata gingivarum craſſities &c.

GASPAR TORELLA *de morbo gallico; de ulceribus in pudendagra* &c. Pavia 1521. fol.

PETRI ANTONII RUSTICI *de igne peſtilentiæ, anthrace* Papiæ 1521. f. RIV.

## §. C. PARACELSUS.

PHILIPPUS THEOPHRASTUS PARACELSUS BOMBAST de HOHENHEIM, in pago *Gaiſs* Albatiſcellanorum natus, ut me docuit optimus olim vir LAURENTIUS ZELWEGER, filius naturalis Equitis Teutonici. Magnus peregrinator, Chemicus & aſtrologus, mirus homo, qui antiquos errores ſtuderet ſubruere, ut ſuos ſubſtitueret. Magna pars operum ad Chirurgiam pertinet, cui certe arti plurimum nocuit, cum a maſcula manus opera ad emplaſtra & alia medicamenta animos hominum revocaret. Plurimi ejus libri ſunt, quos neſcio ut expediam, ſuamque cuique reddam editionem. Quare plenam editionem operum omnium ſequar, quam JOHANNES HUSERUS, Briſgovius, præparaverat, ejus vero heredes Argentorati 1605. B. B. 1618. * fol. ediderunt.

Prodierat etiam Ulm 1536. fol. & Aug. Vindel. 1537. GESNER. *Das erſte, zweyte u. dritte Buch der groſſen Wundarzney* (ſ. *Chirurgia magna*).

Hæc etiam fuerit ADAMI v. BODENSTEIN *neue u. vollkommene groſſe Wund-*

*arzney*

*arzney aus P. Schriften zuſammengetragen* Francf. 1549. 4. BOEHMER. *Opus Chirurgicum, oder Wundarzney wahrhafte u. vollkommene Wundarzney durch* A. BODENSTEIN Francf. 1565. fol. BOEHMER Baſil. 1581. fol. 1585. fol. ib. Additur in editione 1565. primum hic acceſſiſſe quatuor libros novos PARACELSI.

L. I. de vulneribus. Suturas rejicit. Multum tribuit antiquis illis potionibus vinoſis cum herbis vulnerariis coctis; deinde medicamentis ex antimonio, oleo vitrioli. Sanguinis eruptionem debere comprimi emplaſtris ſtypticis (*Stichpflaſter*). Sagittas certis vocibus obſequi, quas ſophiſtæ male contemnant. Oſſa fracta ferreis anulis debere contineri, & bis de die inſpici: a ſophia (chir.) curari. De combuſtione, quæ fit aqua ſtygia.

L. II. de apoſtematibus. Male de eorum origine ſcholas docere; cauſam eſſe in ſalibus intra corpus humanum natis, nitro, ſale marino (quæ ſenſu careant), vitriolo, alumine, realgar, caeli influxu, chao. Contra cauteria. Curari debere tinctura coralliorum, balſami, antimonii, & ſale philoſophorum, etiam calcinatis, & dulcibus, & corroſivis, & tartari balſamo.

Porro in T. III. ut numerant *Bertheonea ſ. tres libri de vulneribus, apoſtematibus, ulceribus, von Wunden, offenen Schäden und Geſchwüren.* Cuique parti corporis ſuam eſſe mumiam ex ea ipſa natam, qua ejus vulnera ſanentur.

*Von allerhand offenen Schäden in ſieben Büchern.*

*Von Oeffnung der Haut und ihrer natürlichen Verlezung zwey Bücher;* ſeorſim Strasburg 1570. 8.

*Drey chirurgiſche Bücher.* Liber III. de morbo gallico: liber IV. de hulceribus; liber V. de apoſtematibus.

*Von apoſtemen Geſchwüren, offenen Schäden und andern Gewächſen ein Buch.*

ID. *von den offenen Schäden und Geſchwüren.* Baſil. 1577. 8. HEIST.

*Prælectiones chirurgicæ de vulneribus nunc primum editæ.*

*Paramirum, in quo phyſices & chirurgiæ origines* &c. Baſil. 1570. 8. HEBENST.

*Drey andere Bücher der Wundarzney; 1 von Wunden; 2 von offenen Schäden; 3 von Franzoſen.* Hos puto eſſe *drey Bücher von Wunden und Schäden.* Francf. 1549. 8. Francf. 1563. 4. HUTH. 1565. 8. Strasb. 1577. 8.

*Chirurgia parva* de cura vulnerum. *Kleine Wundarzney durch* ANDR. FIGULUM Strasburg 1608. 8. Baſil. 1579. 8. cum parte magnæ chirurgiæ & EJ. *de vita longa;* tum 1673. 8.

In Tomo IV. *Antimedicus, ſ. de iis, quæ in perfecto chirurgo deſiderantur.* Botanicen etiam potiſſimum deſiderat, & ſe a quoque etiam humillimo mortalium diſcere paratum eſſe gloriæ ducit. Requiſita iſta ſeorſim prodierunt Strasb. 1571. 8.

De vulneribus aprocryphis.

Iterum prælectiones *de vulneribus a* JOHANNE OPORINO collectæ.

Iterum

Iterum ex codice OPORINI *von ofnen Schäden, Geſchwüren.*

De *vulneribus* duo libelli, & *de doloribus oculorum* nunc primum editi. Tum fragmenta, quæ in parva chirurgia conveniunt. Præfatio de vulneribus.

Sic tria *fragmenta de apoſtematibus*, quorum unum ad Bertheoneam pertinet, & de re vulneraria.

Et porro aliqua balſama, emplaſtrum ſtypticum duplex, balſamus de mumia, curatio rupturæ.

Et aliqua fragmenta de ulceribus; & ſumma quædam capita chirurgiæ, aliæque ſchedulæ, & de fiſtulis.

Omnia Germanica.

In Tomo I, qui medicis operibus deſtinabatur, pariter opera J. HUSER Argentor. 1603. fol. edito tria ſunt opera *de tartaro.* Germanicum *von tartariſchen Krankheiten, Sand und Gries.*

De *morbis ex tartaro oriundis* L. II. Prælectiones a. 1527. Baſileæ dictatæ; hæ latinæ.

Et iterum L. VI. *von den Steinkrankheiten.*

Ein Regiment (diæta) *im Gries, Sand und Stein.*

*Gründlicher Unterricht vom aderlaſſen. Vom ſchröpfen.*

Jam a. 1591. Baſil. 4. prodierant cura J. HUSERI *chirurgiſche Bücher und Schriften;* quæ vero fuerint, non dixerim.

JOSQUINUS DALHEMIUS OSTO FRANCUS latine vertit, & Argentorati 1573. fol. edidit B. B. *Chirurgiam magnam.* Verum hic ſex numerantur libri, & acceſſerunt tres libri de ulceribus.

In eadem collectione anni 1573. reperitur BERTHEONIA, *ſ. chirurgia minor*, converſa a GERARDO DORN.

Tum l. *de apoſtematibus, ſyronibus & nodis.*

*De cutis apertionibus*, quem Germanice diximus.

Et de *vulnerum & ulcerum curis.*

Hæc eadem collectio Baſileæ prodiit 8. * abſque anno, forte 1568.

Opera omnia PARACELSI latine Strasburg 1603. 4. 12. vol. LIND. *Opera medico-chemica chirurgica* Genev. 1658. fol. 3 vol.

Gallice; *la grande Chirurgie traduite d'après la verſion latine de Joſquin* d'ALBEM par CLAUDE DARIOT Lion 1593. 4. d'ETR. FALC. 1603. 4. HOUSS. Montbeillard 1608. 8. BUR.

Alia verſio PETRI HAZARD Anvers 1567. 8. VERDIER.

*La petite chirurgie dite la Berthonie* Paris 1623. 8. avec le tr. *ſur les apoſtemes, vices, taches de naiſſance &c.*

## §. CI. Eucharius Rhodion. Alii.

Veriori nomine Röslin. Ejus l. *der ſchwangeren Frauen u. Hebammen Roſengarte* Aug. Vind. 1528. 4. 1531. 4. * 1551. 8. * 1565. *Hebammenbüchkin* Francf. 1582. 8. 1603. 8.

*Latine de partu hominis & quæ circa ipſum accidunt* Francofurt 1532. 8. 1537. 8. Dougl. 1544. 8. * 1551. 8. 1563. 8. Pariſ. 1535. 8.

Gallice tr. *des divers travaux & enfantemens des femmes, traduit du latin par* Paul Bienassis Paris 1536. 8. 1540. 12. 1563. 16. d'Etr. 1577. 16. Verd.

Anglice Thomas Raynold the *byrth of mankind* Lond. 1654. 4. Heist. Belgice 1559. 12. Amſterd. 1667. 8.

Legi compendium obſtetricium, in quo primæ figuræ fetus male in utero diſpoſiti reperiuntur, & auxilia propria docentur. Vix quidquam habet proprii: fetum jubet, quantum poteſt, in caput dirigere. Si omnino id non potuerit obtineri, tunc demum pedibus extrahere. Fetum mortuum concidere, caput aperire, uncum injicere, forcipem adhibere jubet, caput diſrumpere, vel incidere: ſellam depingit puerperalem.

Apud Jasonem de pratis, *de pariente & partu* Antverp. 1524. Amſterd. 1657. 12. * excuſo, nihil omnino reperias chirurgici argumenti, & omnem curam in eo ponit auctor, ut caput præcedat.

Joh. Charetani, chirurgi, *Wundarzney zu allen Gebrechen des ganzen Leibes, und beſonders der Zufällen die einem Wundarzt zukommen mögen. Viel bewährte Mittel, Kunſt u. Bericht der Aderläſs für die Aderläſſer u. Scherer* Strasb. 1530. 4. Hirsch. Francf. 1534. 4. Gesner. 1584. 8. Boehmer. An forte idem, qui I. de Ketham.

In Jani Cornari, celebris traductoris, *univerſæ rei medicæ epigraphe* Baſil. 1534. 4. B. B. morbi chirurgici breviſſime traduntur.

Tho. Schulling *Chirurgiæ quatuor partes*, Id. de unguentis & emplaſtris. Codex Germanicus eſt in Nov. Coll. Oxon. n. 1135. Videtur auctor circa hanc ætatem vixiſſe.

Antonius Fumanellus *de uſtione capitis in oculorum & pulmonis morbis; de fractura calvariæ; de vulnere pectoris & pulmonis in operibus omnibus* Baſil. 1543. 4. * Tiguri 1557. fol. Pariſ. 1592. fol. De ulcere pectoris fuſiſſime, quod juſſit incidi. Tota ſeries medicamentorum lithontripticorum.

Johannis de Parisiis *neue Wundarzney* Francfurt 1549. 4. Gunz Königsberg 1555. 4. cum Lanfranco & L. Burres, de modo curandi vulnera etiam ſcloperaria. Non vidi. Pauca lego, ſed experta medicamenta habuiſſe.

In Ottonis Brunfelsii *Jatreio* etiam medicamenta chirurgica reperiuntur.

J. Petri Arluni Romani, *de ſuffuſione, quam cataractam appellant* Mediolani 1732. fol. lego apud Mazuchellium; ſed circa eum annum ſeculi XVII. Petrus Arlunus Mediolani vixerat, ut ſit forte error Typographi.

§. CII.

## §. CII. Varii.

Joh. Manardi, Ferrarienſis, celebris clinici, *epiſtolarum medicinalium libri viginti* 4. Baſil. 1549. fol. *: verum ſcriptæ ſunt ab a. 1500. ad 1536, & dedicatio primæ editionis eſt anni 1517. In libro VI. epiſtola 1. eſt de vulnere cerebri, quod negat eſſe lethale. L. VII. Ep. 2. longus ſermo de malis externis eorumque nominibus. L. IX. Ep. 3. de luxatione femoris in infante, cui crus luxatum altero longius erat. L. XIII. Ep. 3. de lapide renum. L. XVII. Ep. 4. de ulcere palati. L. XX. Ep. 3. de tumore rubro cruris ab eryſipelate aliquantum diverſo.

Nicolaus Massa Venetus, inciſor, barbare ſcripſit, non tamen a naturæ ipſius cognitione alienus. In *Iſagoge anatomica* Venet. 1536. 1559. 4. * aliqua habet de vulneribus abdominis: de repoſitione inteſtini per vulnus ope ſyringotomi dilatatum: de inteſtini ſutura ad pellionis morem facta, ſed cum adſuta ſubtiliſſima agni membranula, quæ inteſtinum conglutinet: de omento *vinciendo*, & ubi corruptum eſt, exurendo; deque gaſtroraphia: de paracenteſi, qua parca & repetitis vicibus aqua emittitur. De ulcere cordis & pulmonis abſque febre & ægri incommodo: de paralyſi lateris oppoſiti frequente in cerebri malis. Nunquam, niſi vitio, duram membranam a cranio ſemotam eſſe. Os femoris in vulnere tibiæ ſenſu fuiſſe deſtitutum ipſe miratus eſt, cum nervum forte profundum aliquem tetigiſſet.

In l. de *peſtilentia* narrat felicem ſuum ſucceſſum in exſtirpando prægrandi carneo in facie nævo.

Ej. *epiſtolæ medicinales* Venet. 1550. 4. * Huc epiſtola 22. de lapide renum non ſemper rubro, indeque nato ulcere. De calculo ab operatore feliciter de veſica exciſo. Ep. 23. caſus rarus herniæ varicoſæ, in qua eodem in latere duo fuerint teſticuli. Eas rarius jubet incidere, urere. Ep. 24. de ulcere inteſtini recti. Ep. 29. de ulcere gallico femoris. Ep. 31. de ulcere maligno & cancroſo.

In L. II. Venet. 1558. 4. Epiſtola undecima eſt fere integer de vulneribus tractatus, multis cum utilibus adnotationibus. Multa exempla vulnerum cerebri ſanatorum, cum aliquid de pulpa periiſſet. Ex retenta ſanie epilepſia, ſublata canula inmiſſa exitu ſaniei liberata. Diuturnum ulcus cerebri ſanatum denique injecto vini ſpiritu. Pectoris vulnera, quæ in cavum penetraverant, ſanata decocto, cujus formulam dat. Solet lychnos terebinthina oblinitos inmittere. Ulcera pectoris febrem hecticam facientia ſanata, inmiſſa ad ſaniem emittendam fiſtula. Alias ſe empyos ex vulnere ſanaſſe, inciſione facta inter tertiam quartamque coſtam, injectis in pectus decoctis vulnerariis. Iterum, quæ dixi modo inteſtini vulnera. Renis vulnus ſanatum. Meſenterium in colo per vulnus elapſum revinctum, cauterio compreſſum. Sanatum a natura vulnus inteſtini. Porro Ep. 13. de duro apoſtemate in maxilla. Ep. 14. de tumore labii & pedis. Ep. 23. ulcera & varices cruris in venereo. Ep. 24. ſic in alio duri tumores ulceroſi.

roſi. Ep. 26. apoſtemata frigida in temporibus & facie. Ep. 27. tumor genu cum motu amiſſo. Ep. 28. ulcus fiſtuloſum cruris. Hæc fere ſunt *conſilia*.

JOHANNES GUINTHERUS Andernacenſis, Pariſinus Profeſſor, hujus eſt ævi, etiam ſi ejus *Commentarii de medicina veteri & nova* anno demum 1571. Baſil. fol. * prodierunt. In T. I. agit de partu, etiam difficili; vitiis oculorum, renum, ulcere uteri & prolapſu, ſcirrho, cancro, vulneribus, fractis, luxatis. In T. II. de venæſectione, de cucurbitulis (in dial. II.). In VI. formulæ variæ, has inter glandes. In Dial. VIII. collyria habet, unguenta, emplaſtra, epithemata & alia medicamenta externa. Breviter omnia, & quaſi obiter.

JOHANNES DRYANDER, Profeſſor Marburgenſis, cujus ſunt anatomica aliqua, præfatus eſt in librum: *Ein nutzlich Büchlein, darinn allerley gewiſſe u. bewährte Stück u. Arzney vor die grauſame Plage des Steinswehethun begriffen* Francf. 1538. 8. & Königsberg 1555. 4. Nempe EURICII CORDI libellorum primus, cum alter ſit *de urinarum judicio*. GESNER.

IDEM DRYANDER edidit Francf. 1542. fol. * *der ganzen Arzney gemeinen Inhalt*, in quo ſua ſunt capita de ſcarificatione, cucurbitulis, calculo, hernia, cancro, cataracta, polypo, dentium malis, morſu canis rabidi, locis, in quibus venæ ſecantur, quos inter ſunt omnino inſoliti aliqui, ut in parte ſuprema & anteriore tibiæ. Arcta, quam vir non poterat inire, ſectione curata.

EJ. *Arzneyſpiegel beneben des menſchlichen Körpers anatom. u. chirurgiſchen Inſtrumenten* Francf. 1547. fol. RIV.

Anonymi *chirurgia* Argentor. 1540. fol. HEIST. cum figuris ex ALBUCASI.

*Zahnarzney* Francf. 1536. 4. HEIST.

## §. CIII. HIER. CARDANUS.

HIERONYMUS CARDANUS, Caſtellioneus, Mediolanenſis, aliis ſtudiis innutritus, cum tamen integram fere artem medicam tractaverit, & etiam potiſſimum in rarioribus eventis colligendis ſibi placuerit, paſſim aliqua ad chirurgiam facientia habet.

In juvenili ſcripto *de malo medicorum recentium medendi uſu* Venet. 1536. 8. * arteriotomen deſeri queritur, terebrari præter rationem cranium; eſcharotica male ferro & igni ſubſtitui, paracenteſin adminiſtrari, inſtrumenta ignorari.

In *contradicentium medicorum* L. II. Pariſ. 1565. 8. * &c. pauca huc faciunt. Exempla aliqua cerebri vulnerati abſque funeſto eventu (*a*). De ſtaphylomate (*b*), & pauca alia.

In *Commentariis ad aphoriſmos* HIPPOCRATIS Patav. 1653. 4. * aliqua huc faciunt, ut vulnus pericardii ſanatum. Male differri inciſionem empyematis ob medi-

(a) Tr. I. n. 5.
(b) Tr. II. n. 6.

medicorum diſſenſum, & ſero tentari. Sic perire, qui potuiſſent ſervari. Qui de cerebro partem æqualem ovo amiſerit, ſuperſtes per tres annos, ſed ſtupidus. Bononiæ omnes interire, quibus caput ſit vulneratum. Cui veſica perforata fuit, is beneficio noſtro vivit (*c*). Cum chirurgi a ſtrepitu catheteris perſuaſi, calculum in veſica eſſe adfirmarent, inciſo corpore reperit noſter, nullum eſſe (*d*). Et alia ejus modi.

In L. III. *de venenis* una excuſis, morſus animalium venenatorum aut rabidorum tractantur. Patrem ſuum in principio mali cepam crudam impoſuiſſe, bono eventu.

In L. XXI. *de ſubtilitate* Baſil. 1550. 1552. fol. * 1560. 8. Lapidem cauſticum ex ſapone & calce viva in L. VII. deſcribit. In L. II. celebrem & ſæpe repetitam hiſtoriam habet canis, qui calculi dolores parietaria ſolari conſuetus, ea deficiente interierit. In L. XII. aliqua coſmetica & ad morbos externos. In L. XVIII. aliqua de curationibus prodigioſis, ut pueri tabidi, cui abſceſſus maximus erat inter umbilicum & pectinem. De ſetaceo ex helleboro nigro adverſus morſus ſerpentum ſalutari.

In opere *de varietate rerum* Baſil. 1557. fol. * L. VIII. Aliqua de morſu canis rabidi, ſuperſtitioſa. Vulnus graviſſimum in genu a Græco contra omnem ſpem ſanatum. Dentium dolor leni apprehenſione ſublatus.

In Caroli Stephani *diſſectione partium corporis humani* Pariſ. 1545. fol. *, tria priora capita L. III. ſunt de partu, quem etiam Cæſareum deſcribunt, tum difficilem, in quo omnino vetat pede fetum prehendere.

In *domo ruſtica* animalium morbos & curationem habet. Gallice 1668. 4. Germanice Straſb. 1589. fol. *. &c.

## §. CIV. L. Fuchs.

Leonhardus Fuchs, Wembdingenſis, Tubingenſis Profeſſor, vir eruditus, non videtur manu unquam curaſſe, ex Græcis vero ſcriptoribus, deſertis Arabibus, rationem medendi malis externis deſcripſit. In *Paradoxis*, chirurgiam vix adtigit, niſi locum velis L. I. ubi cantharides, ad Græcorum ſenſum, integras juſſit adhibere. Prodierunt Baſil. 1535. fol. Pariſ. 1546. 8. * &c.

*Curandi ratio*, cujus libri ſunt octo Baſil. 1542. 8. * Lind. Lion 1554. 12. *, quam Lindenius ait ſeorſim a. 1548. 16. prodiiſſe, fere compendium eſt Græcæ medicinæ. In prioribus quinque libris morbos recenſet a capite ad calcem, etiam chirurgicos, ſed ut intra medicamenta fere maneat. Libri tres poſteriores VI, VII & VIII. chirurgiæ ſunt compendium de vulneribus, ulceribus & tumoribus, faſciis. Multa ſumſiſſe ex Tagaultio, Vesalius (*e*) & Gesnerus.

 In

(c) p. 415.
(d) p. 207.
(e) Chirurg. p. 85. b.

In *introduct. ad univerſam medicinam*, Gallice verſa a GUIL. PALADIN Lion 1551. 16. habet etiam morbos chirurgicos, hernias, tumores, ulcera, breviter.

*Anonymi* L. IV. *de morbis oculorum, herniis, tinea & antiquis ulceribus* prodiit Germanice Argent. 1548. 4. HEIST.

*Nutzlich Bad u. Arzney den Bruch an alten u. jungen ungeſchnitten zu heilen.* Argent. 1539. 4. BOEHM.

Anonymi *chirurgia* Germanice ſcripta, cum iconibus ex ALBUCASI Argentor. 1540. fol. HEISTER.

PETRUM TOLETUM a. 1540. 8. Gallice edidiſſe PAULI *chirurgica*, GALENUM *de humoribus*, & *de ratione per phlebotomiam curandi* GESNER.

SEBASTIANUS AUSTRIUS CORNELII *Meklemburgenſis* libellum *de morbis puerorum* latine redditum edidit Baſil. 1540. 8. * Habet etiam morbos chirurgicos, calculum, hernias, ani prolapſum; ſed nihil fere præter medicam curationem. Emplaſtro vermes ſe elicuiſſe, & plurimis per umbilicum ſaniem.

*Fundament der Medicin en chirurgie* Antwerp. 1540. fol. auctore, ut lego, CHRIST. HAGENDORPHER.

TARQUINII SCHNELLENBERG, *Bericht von etlichen edeln u. bewährten Balſamenoelen, Wundtränken, Pflaſtern und Unguenten zu machen* Francfurt 1549. 4. GUNZ.

## §. CV. GUALTHER HERMANN RYFF. ALII.

Conpilator & polygraphus, malorum morum, & paſſim de civitatibus ejectus, peſſimo GESNERI teſtimonio notatus. Ejus *Handbüchlein gemeiner Praxis der ganzen Leibarzney* prodiit Strasburg 1541. 8.

Lego etiam alium titulum *enchiridii medici theoreticæ practicæ* Argentor. 1542. 12.

EJUS *groſſe Chirurgia oder vollkommene Wundarzney* Francf. 1545. fol. BOEHM. 1556. 4. HEIST. 1559. fol. VATER. 1562. fol. GUNZ.

EJUS *kleinere Chirurgie* Strasburg 1542. 4.

EJUS *Feld u. Stattbuch bewährter Wundarzney* Francfurt 1566. 4. MEIBOM.

Ejus *Hebammenbuch* Frf. 1569. 8. 1600. 4. HEIST. In ejus libro quarto lego quindecim malis figuris fetus perverſos ſitus exprimi.

EJ. *nützlicher Bericht, wie man die Augen u. das Geſicht ſchärfen und geſund erhalten, die Zähne friſch und feſt erhalten ſoll* Würzburg 1548. 4.

EJ. *bewährte Cur des Steins und Gries in Urinblaſen und Lenden, auch gründlicher Bericht den Stein zu ſchneiden* Argentor. 1543. 4. PL. GUNZ.

Non incidi in hæc opera.

§. CVI.

## §. CVI. Varii.

Antonium Musam Brassavolum in *commentariis ad Hippocratis aphoriſmos* Baſil. 1541. fol. video etiam ſuas peculiares adnotationes adjeciſſe eventuum, quos ipſe vidit. Mors ex aquis hydropicis ſimul & ſemel emiſſis. Tuberculum in veſica urinaria. Calculorum veſicæ hiſtoria, etiam podagrici.

Idem in *Comm. ad* l. de *morb. acut. victu* bronchotomen laudat, additis exemplis ſanatorum aſperæ arteriæ vulnerum.

Hippolyti Antonelli *de cucurbitula* Pariſ. 1541. 8.

Tertii Damiani Wissenavii *Theorica medicinæ, medicis & chirurgis accomodata* Antwerp. 1541. Gesner. bibl.

*The queſtionary of cyrurgy with the formularies, little* Guidon *cyrurgie, with a ſingular treatiſe of the cure of ulcers translated from the French by* Robert Wyer London 1541. fol. Ames.

Andreæ Thurini de *embrocha nova, ſ. duccia artificiali, qua utuntur Florentini ad varios morbos l.* Lion 1537. 4. Bonon. 1543. 4. * Embrochas proprias ex plantis parabat, addito alumine & ſulfure. Non valde cæterum hoc auxilium laudat, quo Vespuccius fruſtra ſit uſus.

## §. CVII. Michael Angelus Blondus, alf. Ferrus.

Blondi *de partibus ictu ſectis citiſſime ſanandis, & medicamento aquæ nuper inventæ* Venet. 1542. 8. & in collectione Gesneriana & Uffenbachiana. Valde laudat aquam, contra nuperos. Hominem 17. vulneribus conciſum, cui pectus perforatum erat, in Brutiis ſanavit. Reſina aliiſque ad glutinandum utitur. Puncto nervo cataplaſma ex farina fabarum, aceto, lixivio, oleo impoſuit.

Alphonsus Ferrus, medicus Neapolitanus & Pauli III. chirurgus, hic debet recenſeri, etiamſi ejus opus ſerius prodiit: laudatur enim a Blondo inter principes chirurgos. *De ſclopetorum, ſ. archibuſorum vulneribus* L. III. *Corollarium de ſclopeti ac ſimilium tormentorum pulvere. De caruncula, ſ. callo, quæ cervici veſicæ innoſcitur* Lion 1553. Housset. 1559. 4. Francf. 1675. 4. Antwerp. 1583. 4. cum Botallo, & Rota: & in collectione Gesneri Tiguri 1555. fol. *, & Uffenbachii Francf. 1610. fol. *.

In medicamentis plurimus, venenum in ſclopetariis vulneribus eſſe defendit, graviſſimorum malorum argumento, quæ ejusmodi vulneribus ſuperveniant. Quare adhibenda eſſe bezoardica. Ad extrahendas glandes inſtrumentum invenit, quod vocat Alphonsinum; forceps eſt dentata, tricruris. Ejus eſt ſpecillum ad detegendas glandes. Acus incurva ad revinciendam arteriam. Idem vitriolum calcinatum ad oſſium cariem adhibuit. Medicamentum cum noſtris *Faltrank* ſimilitu-

ſimilitudinem habens valde laudat ad ſuppurationes pectoris; ad contracta membra inteſtinorum pingue decoctum.

In *ſupplemento* ſuam de venenata indole vulnerum ſclopetariorum hypotheſin defendit. A tranſeunte ſphæra majori humerus fractus, & magnæ contuſiones a levi majoris pilæ contactu. Carunculas per acria medicamenta, & per ipſum catheterem deſtruit.

## §. CVIII. J. Fernelius. Alii.

In vico haud longe ab Ambiano remoto natus, ſe Ambianum dixit, vir eruditiſſimus: qui chirurgiam parce adtigit. Ej. libri VII. *de naturali parte medicinæ* excuſi ſunt Pariſ. 1542. Portal Venet. 1547. Lion 1551. Idem 1597. 8. Vic. quod idem opus videtur tranſiiſſe in magnum *opus Univerſæ medicinæ* Pariſ. 1563. fol. * &c.

In *Pathologia*, quæ hujus operis pars eſt, morbi externi in libro VII. tractantur, tumores, cancri, gangræna, abſceſſus, vulnus, ulcus, fracta, luxata, breviter omnia, & ex ſcholarum placitis. Ita atrociſſimum a læſa meninge dolorem ſequi decet, qui nullus eſt: cerebrum tantum in plenilunio calvariam replere. Symptomata tamen non prætervidit, quæ in calvariæ læſionibus ſero ſuperveniunt. Uterum teſtatur procidiſſe, cum fetus excluderetur.

In L. V. & VI. morbos a capite ad calcem recenſet, etiam oculorum, calculum veſicæ. Coſtæ ab anevryſmate fractæ.

In *Therapeutices* L. *ſexto* auxilia malorum externorum tradit; in L. V. malorum chirurgicorum internorum.

In L. II. agitur de arteriarum ſectione, ſanguiſugis, ſcarificatione.

Gallice prodiit *la Chirurgie* de Fernel *enrichie d'annotations & d'une methode chirurgique par* Simon de Provenchiere Pariſ. 1579. 16. Toulouſe 1664. 8. Boehmer.

In l. *de abditis rerum cauſis*, abortus, apoplexia & ſanguis effuſus deſcribuntur; & de oſſibus mollibus, atque canis rabidi morſu agitur.

Inter *conſilia* aliqua huc referas, ut tamen tota intra medicamenta ſubſiſtant, ut de ſuffuſione, enterocele, ulcere ani, renumque &c.

Jacobus Sylvius, & ipſe Ambianus, pariter vir doctus, ſed qui plurimum in rebus pharmaceuticis & anatomicis laborem poſuerit. Ejus pauxilla huc faciunt, ut in quarta parte therapeutices, curatio calculi veſicæ & renum, & alia id genus, mere quidem medicamentaria: deinde in pharmaceutices parte noviſſima unguenta, emplaſtra & alia externa medicamenta.

Nicolaus Rocheus *de morbis mulierum* Pariſ. 1542. 12. quo dicuntur varii mulierum morbi, etiam cancer, abſceſſus & prolapſus uteri: clauſi loci muliebres, partus, & ſecundarum educendarum ratio, fere ut ad morem veterum medicamenta colligat.

*Anony-*

*Anonymus* medicus Nemauſenſis, cujus obſervationes cum RIVERIANIS excuſæ ſunt Lion 1659. 8. floruit circa hæc tempora. Virgulas plumbeas primus adverſus urethræ caruncul̇as adhibuit ASTRUC.

*La medicina de Cavalli* Venet. 1543. 8.

## §. CIX. ANDREAS VESALIUS.

Illuſtris inciſor, etiam manu medicinam fecit, ſuaſque paſſim curationes tangit, dum de anatomicis agit. In l. *de fabrica corporis humani*, nobiles ejus ſanationes graviſſimorum morborum paſſim laudantur: in CAROLO etiam PHILIPPI Regis filio, quem adflicto ex lapſu capite graviter laborantem inciſo pericranio ſervavit. Bella ſecutus eſt, CAROLI V. comes. Proprie tamen chirurgici nihil ſcripſit, neque eo liber pertinet de *vena humeraria*, etſi VESALII in lite de venarum in pleuritide ſecandarum delectu principes partes fuerunt.

Sed huc referas conſilium DUCI de TERRANEA impertitum, qui ex fiſtula pectoris poſt vulnus nata laborabat, & quod inter J. PHILIPPI INGRASSIÆ conſilia reperitur Venetiis 1568. 4. * Maſcule certe ſuadet VESALIUS puri exitum expedire, inciſione facta, quo ſolo præſidio quatuor in ſimilibus & gravibus caſibus ipſe ægrotos a mortis metu liberaverit.

Deinde eodem anno PROSPER BORGARUCCIUS Venet. 1568 8. * *Chirurgiam magnam* in ſeptem libros digeſtam edidit, quam audacter VESALIO tribuit, eoque viro negat indignam eſſe. Nihil tamen habet, quod VESALII gravitatem referat, nimis multas citationes Arabiſtarum, & refutationes, ad quas VESALIUS non deſcendebat, contentus GALENUM emendare, quem unum reliqui exſcripſerant.

Integra capita BORGARUCCIANI operis ex FALLOPIO ſumta eſſe COCCHIUS adnotavit (*a*). Neque putem ſpiritus VESALII adeo humiles fuiſſe, ut ex TAGAULTIO icones eſſet imitatus. Ipſe tamen VESALIUS apud B. loquitur, adque ſua provocat experimenta. De calamitate: eam ſæpe ſe vidiſſe confirmat, & in vitreis vaſis eſt imitatus. Saniem fractæ calvariæ per os vidit egeſtam. Vulnus veſicæ ſanatum. Non adeo inutilis liber.

*Nonum* ad ALMANSOREM *librum* RHAZIS vertit & edidit, cujus aliqua chirurgica ſunt.

In *Anatome* paſſim aliqua huc faciunt. Pueris ſæpe epiphyſes divelli.

Epiplocele ſiniſtri lateris frequentior. Uteri non inverſi prolapſum frequens eſſe malum. Uteri os vetulis & puerperis ab imprudentibus obſtetricibus male curatis in pudendum pendere.



(a) Ad NICETAM.

## §. CX. J. Tagault.

Joh. Tagault, Ambiani Vimaci, medici Pariſini, *de chirurgica inſtitutione libri quinque* Pariſ. 1543. fol. * Lion 1549. 8. 1560. 6. * 1567. 8. Port. Venet. 1549. 8. & in collectione Gesneri & Uffenbachii.

Gallice *la chirurgie* Lion 1549. 8. & a Simone de Provancheres converſa Pariſ. 1576. 16. 1579. 16. Draud. 1629. 8. Rast.

Germanice cum Hollerii l. vertente Georgio Zochendoerfer Francfurt 1574. fol. Gesn. 1584. 8. Draud.

Diximus, neque diſſimulat Tagaultius, fundamentum operi Guidonem præſtitiſſe; ordinem, ſtylumque eſſe Tagaultii, tum emendationem locorum veterum. Sed etiam varia addidit ex antiquis, ex ipſis veterinariis mutuatus (*). Septem annis in Guidonem prælegerat. Non reperi tamen proprias aliquas medicationes protuliſſe, & ipſa exempla ſunt ex Græcis ſumta, quorum medicamenta nuperis ignota noſter repetit, Faustiani paſtillum, Aſium lapidem. Legas in dedicatione Francisum R. recepiſſe, ſe Univerſitati unum alterumve doctum virum daturum, qui chirurgiam doceret.

Sextus liber *de materie chirurgica* ad opus Johannis Tagault adjectus eſt a Jacobo Houllier ſ. Hollerio & una excuſus. Claſſes ſunt medicamentorum ad chirurgiam ſpectantium, ſimplicium & compoſitorum, pariter ex Græcis collectorum. Sequuntur ſymptomata aliqua, dolor, hæmorrhagia, vitia oſſium, cum ſuis, quibus ſuperantur auxiliis, breviter omnia & per ſumma capita. Prodiit etiam Pariſ. 1552. 1575. 8. Francf. 1589. 8. Redit in Gesneri collectione & Uffenbachii.

Germanice cum Tagaultio excuſus eſt.

Gallice ab anonymo Pariſ. 1544. 4. Verdier.

In Hollerii *comm. ad aphoriſmos* Hipp. Pariſ. 1579. 8. 1583. 8. Genev. 1635. 4. varia huc faciunt; etiam diaphragmatis vulnus ſanatum.

In ejusd. Hollerii libris II. *de morbis internis* cum Ludov. Dureti adnotationibus & Antonii Valot exercitationibus &c. Pariſ. 1571. 8. 1611. Venet. 1572. 4. Genev. 1635. 4. * excuſis, liber primus pluſcula chirurgica habet, de renum calculo & veſicæ, de adhærente lapide & membrana obducto, de ani prolapſu, hernia, non ſine propriis adnotationibus; ut de funeſta hydrocele gangrænoſa; de inteſtino ileo elapſo, incarcerato, gangræna corrupto; de hydrocele repetito inciſa &c. Deinde inter ſingulares ſubjectas obſervationes pluſculæ chirurgicæ ſunt, de cauterii uſu adverſus capitis dolores: de cephalæa nata ex ſanie inter pericranium & cranium effuſa, quæ inciſione effunditur. De palato perforato & ſpongia

(*) Laudat Fallop. de *vuln. præf.*

ſpongia obturato; de funeſto tibiæ tumore; de ſuperata emolliente vapore ancyloſi; de paracenteſi pectoris fruſtra facta ad educendum tabum; de ſanato inteſtino; de glandula pingui maxima contra PAREI conſilium feliciter de inguine exſecta. De ariſta impacta ſenſim conſumta; de aperto abſceſſu hepatis: de lapide in utero; de homine oſſibus flexilibus; alia.

## §. CXI. VIDUS VIDIUS.

VIDUS Florentinus, Pariſiis 1544. fol. * ſplendidam dedit editionem *Chirurgiæ a Græco in latinum converſæ*; nempe HIPPOCRATICA opera *de ulceribus, fiſtulis & vulneribus capitis*: ſuis cum commentariis; deinde EJUSDEM libros *de fracturis*, *articulis*, & *Medici officina*, cum GALENI commentariis; denique GALENUM *de faſciis*, ORIBASIUM *de laqueis & de machinamentis*. Uſus eſt ad hanc editionem codice Regio ex CARD. RADULPHI bibliotheca emto, quem diximus (*).

*Commentarii* VIDIANI critici ſunt, & paraphraſtici, non chirurgici; ex veteribus vero unice ſumti, ut etiam emplaſtrum laudet ARISTÆ aut MOSCHIONIS, nuperoſque chirurgos carpat, qui præter veterum morem toti capiti, non ſoli fronti, vincula admoveant. Inter varias terebras eam etiam compingit, quæ habena circumagitur; qualem J. a GERSDORF.

In operum, quæ VIDIUS junior edidit, *collectione* Venet. 1611. fol. *. Francfurt 1626. 1645. 1677. fol. LIND. tomus III. chirurgiæ continet libros IV. In iis liber II. inſtrumentum continet chirurgicum. Ferramento utitur ad venam aperiendam, quali veterinarii. Deinde venæ inciſionem moliri docet, & aliqua toti corpori communia docet. In L. III. vincula ex libro de faſciis deſcripta, laqueos, machinamenta, omnia ex ſuis Græcis. L. IV. de ſutura, & chirurgia per claſſem moliminum medici, conjungere, ſeparare, digerere, educere &c. Catheteres cum multis foraminibus pertuſi, forcipes, ſcalpella, terebræ, omnia ex priori opere; hamuli, cauteria.

## §. CXII. J. PHILIPPUS AB INGRASSIA.

Siculus, Rachalbutenſis, profeſſor Neapolitanus, deinde patriæ inſulæ archiater, vir gratioſus & magna in auctoritate conſtitutus, etiam chirurgiam adtigit.

Primum ejus opus eſt, *Jatrapologia, in qua multa adverſus barbaros medicos diſputantur, collegiique modus oſtenditur, ac multæ quæſtiones tam phyſicæ, quam chirurgicæ diſcutiuntur* Venet. 1544. 8. * ut in fine Quæſtionis lego, nam ipſe liber



(*) p. 95.

liber nullum anni ſignum præ ſe fert. De nobili viro agitur, cui in ludo Trojano tibia contuſa fuerat, & ſanguis ſub cutem effuſus; eum ut emitteret chirurgus cutem inciderat, quem nonnulli medici carpſerant. Eos noſter exagitat, Arabes conculcat, oſtendit ab iis Græcos fuiſſe exſcriptos, fuſiſſimo uſus ſermone. Exuſtionem in carne mortua neceſſariam eſſe defendit; de cauteriis agit, quibus opus ſit. Amputandum in parte mortua ad ſanæ viciniam, tum ſanam partem adurendam. Deinde chirurgiam medicorum eſſe, neque relinquendam chirurgis. Non poſſe certos dies definiri, in quibus ob ſphacelum artus præcidatur. Non debere amputari in articulo.

Subjecta eſt quæſtio, *utrum in capitis vulneribus, phrenitide atque etiam pleuritide, exſolvens nuncupatum, an leniens duntaxat congruens ſit.* Reſpondet, in vulnere capitis alvum poſſe pilulis cochiis duci. Ita ſi febris mitis fuerit; ſi valida, prudenter alvum movendam. Si meninges inflammatæ fuerint, adhuc cautius purgandum, & moderatis lenitivis. Diligenter veteres legerat.

EJUSD. *de tumoribus præter naturam* Tomus I, *in quo generatim omnes tumorum præternaturalium ſpecies declarantur* occaſione AVICENNÆ *tertiæ fen libri quarti tractatus I.* Neapoli 1553. fol. *. Explicat etiam libri I. dimidium. Sex debebant tomi ſequi, qui nunquam prodierunt. Genera tumorum numerat 226. cum & cariem eo connumeret. Doctus in conciliandis Græcis & Arabibus, quos diligentiſſime legit. Verſiones PAULI, AETII, aliorumque paſſim caſtigat. Non frequentiſſimas adnotationes chirurgicas interſpergit. Abſceſſus in cerebro, & grandis in corpore calloſo hydatis. Trochanter erat avulſus, cum putaretur femur luxatum fuiſſe. Hydrocephalos ſæpe vidit, fere lethales; ipſum tamen D. VINCENTIUS a matre exoratus ſervavit, cum infauſtum morbum pateretur. Ipſos etiam veteres, Græcos pariter, & CELSUM acriter caſtigat.

*Ill. Ducis Terranovæ caſus enarratio & curatio, quibus elucefcit penetrantis in thorace vulneris, tum fiſtulæ curandæ modus* Venet. 1568. 4. *. Duæ coſtæ fractæ, colluvies purulenta in pectus effuſa, cum febre. Conſulti inter alios, EUSTACHIUS & VESALIUS. Illum INGRASSIAS ſatis aſpere excepit; hujus conſilium cum plurima honoris præfatione declinavit, ſanatus tamen eſt ægrotus decocto guaiaci & tribus cauſticis thoraci, non tamen proxime admotis. Acribologus medicamenta paſſim inconcinna ſuadet, ut aquam ſtercoris humani ad fiſtulam.

*Quod veterinaria eadem cum nobiliori medicina ſit* Venet. 1568. 4. * Ducis de Medina Cæli accipitrem curandum receperat, cui crus fractum erat, & in deligando chirurgos direxerat. Ob hoc dedecus cavillos paſſus eos fuſe repellit.

In l. *de oſſibus*; dolores intolerabiles feminam quandam paſſam eſſe narrat, quam qui ſanavit medicus, putabat oſſa pubis in partu disjuncta fuiſſe. Id fieri noſter negat, & coccygem procul dubio ſeceſſiſſe.

§. CXIII.

## §. CXIII. Varii.

M. Antonii Montisiani *quæſtiones medicinales de cane rabido* &c. Venet. 1546. 4. Falcon.

In Aloysii Trissini *problematum* L. VI. Baſil. 1546. Patav. 1629. 8. * editis aliqua ſunt chirurgica.

Alphonsi Gomez *de tumore præparatione* Hiſpali. 1546. 12. Lind.

Ludovicus Lobera de Avila, Archiater Caroli V., *l. de las quatro enfermidades corteſanas mal de pietra* Tolet. 1544. 8. Italice vertente Petro Lauro Venet. 1558. 8.

Philippi de Flesselles *introduction pour parvenir à la vraie connoiſſance de la chirurgie rationelle* Paris 1547. Draud. 1553. 8. Portal. 1535. 12. Boehm. Non ineptus homo, qui feminæ prolapſum ulceroſi ani ementitæ fraudem detexit.

Michael Joseph Paschalis *practica de cirurgia* 1548. fol. Manget. Sarragoſſa 1581. fol. ib.

Eſt etiam ejus *morborum internorum fere omnium & nonnullorum externorum curatio brevi methodo comprehenſa* Valentiæ a. 1655. 8. Cap. de Vil. Libro IV. habet morbos locales.

Ej. *regimiento de la ſalud y de las infermidades de los rinnones* Pinciæ 1551. 4.

## §. CXIV. Ambrosius Pare'.

Sive Pareus, chirurgus & barbitonſor Regius, reformatæ religionis, pius homo (*a*), bella ſecutus & multa expertus, non quidem literatus, & linguæ latinæ imperitus, Galeni aliquam notitiam per interpretantem ſibi D. Johannem Canape (*b*) obtinuerat, ad libros vero ſuos ſcribendos medici Pariſini ope eſt uſus (*c*), quem Patinus Johannem Hautinum (*d*) vocat. Certum eſt equidem Pareum anatomen ex Vesalio ſumſiſſe, laqueos, machinas, vincula ex Græcis, in tonſillarum malis Guidonem (*e*) ſequi, vinculum arteriæ non ex ſolo Ferro, ſed ex plurimis ſcriptoribus ſumſiſſe, quorum multos diximus, etſi porro in univerſum chirurgiam veriorem ſe in Italia didiciſſe minime diſſimulet (*f*), atque credas Nicolao Andry, qui Maggio plurimum in eo ipſo opere uſum fuiſſe adnotat (*g*), quod ejus præcipuum laborem alii vocarunt (*h*). Neque nimis

 ſeverum

(a) Deum precatus, ut in atrophico rectam curandi viam iniret, voti damnatus eſt (*Voyages* &c ).
(b) Pare' *admin. anat. præf.*
(c) Riolan *anthropol.* p. 31.
(d) *Ep.* 39. ad Spon.
(e) Portal.
(f) *De vuln. ſclopet.*
(g) *Entretiens de Clem. & d'Eudoxe* p. 76.
(h) Loubet *tr. des playes à feu* p. 6. *Recherches ſur l'hiſt. de la Chir.* p. 248.

ſeverum dixerim JOHANNIS v. HORNE judicium fuiſſe, qui rectius facturum fuiſſe PAREUM ſcripſit, ſi ſuas adnotationes rariores ſolas edidiſſet, neque alieno labore auxiſſet (*i*). Utut autem hæc omnia ſe habuerint, experientia tamen & acuto ſuo ingenio PAREUS effecit, ut primus inter Gallos in chirurgicis eminuerit, in vulneribus potiſſimum, iiſque malis, quæ in caſtris receperat curanda, non perinde in aliis adminiſtrationibus.

EJUS multa ſunt opera. Primum prodiit Pariſiis; *Briefve collection de l'adminiſtration anatomique* Pariſ. 1549. 8. *, ad quam acceſſit, *la maniere d'extraire les enfans tant vivans que morts, du ventre de leur mere.* Auctius prodiit cum titulo: *Deux livres de chirurgie, de la génération de l'homme & maniere d'extraire les enfans du ventre de leur mere* Paris 1573. 8. * Agit hic de Cæſarea ſectione in femina mortua, quam non putat ſuperſtite vita poſſe tolerari. Hic primum in partu difficili utique jubet pedes adripere. Manum præeuntem brachiumve amputat. Uncos etiam depingit forcipemque ſcindentem ad diſſecandum brachium. Inter varia inſtrumenta anulus eſt, & laqueus ad vinciendos polypos uteri. Porro de ani prolapſu, de hernia; cujus difficultates deſcribit, ut tamen caſtrationem rejiciat. Dentium mala, & apta adverſus ea inſtrumenta, denteſque ſuppoſititii. In calce libri agit de vulneribus nervorum, tendinum, articulorum. De membri ſitu in cujuſque articuli vulnere. Hic hiſtoriam narrat vulnerati nervi in venæſectione Regi Carolo IX. adminiſtrata, quem adeo feliciter ſanavit, ut ſolus inter Reformatos ab ipſo Rege contra furores Bartholomæanos (*k*) defenſus fuerit: oleum autem terebinthinæ calens infuderat. Pueros frequenter cum tumore umbilici naſci, eum non debere aperiri. Inter monſtra, calculum habet in aquoſo apoſtemate repertum. Calculus acuminatus. Calculus enormi mole a JOHANNE COLLOT eductus. Alii calculi rariores.

In *collectione* operum libros hæc efficiunt 23. & 24. & partem octavi.

EJ. *maniere de traiter les playes d'Arquebuſades & fleches* Paris 1551. 8. *. Methodum lenibus medicamentis curandorum horum vulnerum habuit a chirurgo Italo (*l*), quem Turini vidit. Vulnera ſclopetaria negat amburere, negat glandem plumbeam figuram mutare; eaque vulnera ſuppurantibus medicamentis excipit: Digitis corpora aliena melius eximi; ſæpe plumbeas glandes diu abſque malo in vulnere manere, non perinde ferreas. Os longe ſuper percuſſionis ſedem a globis majoribus frangi.

Machinæ ad evellendos globos, & varii forcipes; acus pro trajicienda ſutura, ne vulnus prius coaleſcat, quam glans extracta ſit.

Inde de ſagittis; etiam ad eas varia inſtrumenta.

De fracturis cum vulnere complicatis, a ſagitta inflictis aut ab igne. Excuſat ſe quod diætam tangat.

Ob

(i) Microtechn. p. 526.
(k) In *Mem. de* SULLY.
(l) Preface.

Ob cariem oſſa radit, urit. Trepanum habet exfoliativum, quale fere GARENGEOT: oſſi ſicca ſola jubet admoveri. Parvis foraminibus terebrat.

De ambuſtis, potiſſimum a pulvere pyrio. Cepas laudat: etiam butyro antimonii feliciter uſus eſt.

De gangræna. In amputatione cauteriis utitur. Crus proxime ſub genu melius amputari, ob commodiorem, qui obtinetur truncum. Supra locum amputationis vinculum injicit. Machina ad imitandos motus naturales manus, brachii. Exempla graviſſimorum vulnerum ſanatorum; amputationis in articulo cubiti, cui convulſio ſupervenerat: hic adfirmat ſaucium hominem cauteria etiam cum voluptate admiſiſſe. Injectiones in vulneribus thoracis præſcribit. Sanatum vulnus cum jactura cerebri. Fractura in qua interior calvæ lamina fracta, exterior integra manſit, feliciter inciſa dura matre ut puri exitus pararetur. Vulnus venæ jugularis & aſperæ arteriæ ſanatum. Sic lanceæ ictus, qui Ducem GUISIUM (ideo dictum *le balafré*) ſub oculo percuſſerat, ut ſub aure alterius lateris exiret. Vulnus inteſtini craſſi ſanatum. Quare monet, non eſſe in maximis etiam malis deſperandum. In articulo cubiti brachium ſphacelatum amputavit.

Anglice *cure of wounds made by gunshot* vertente WALTER HAMMOND London 1617. 4.

In collectione operum eſt l. 10.

EJ. *methode curative des playes & fractures de la tête humaine, avec les portraits des inſtrumens neceſſaires pour la curation d'icelles* Paris 1561. 8. Non poſſideo hanc editionem, ſed reſpondet in collectione operum pars libri IX. A leone impreſſa vulnera venenata fuiſſe, a ſe tamen inciſione repetita, ſanguiſugis denique lente ſanata. Cranium ne vino quidem tangendum. Olei ferventis uſum rejicit. Terebratio: terebra ſimplex *trephine:* tum manubriata altera cum cylindrica corona ſimplici, abſque laminis: Stylo armata & inermis. Cunei ad exſcindendum cranium, nunc quidem obſoleti. Cavendum a vulnere ſinus frontalis. Muſculum temporalem ad HIPPOCRATIS modum vetuit incidi, & trepanum admovet, in temporum contuſo vulnere, atque oſſea fragmenta exemta fuiſſe felici eventu in graviſſimo caſu. Sanatum fuiſſe miratur, cui cranio læſo, vermes ſupra duram membranam repebant. Eam duram membranam jubet diſſecare, ſi ſanguinem aut pus ſub ea conſpexeris. Acria medicamenta ab ea meninge facile ferri. In cerebro non raro abſceſſus gigni. Fungi de cerebro pullulantis exemplum, quem pro adipe habuerant: eo reſecto æger convaluit, ut tamen ſurdus eſſet.

EJ. *diſcours de la Mumie, des venins, de la licorne, de la peſte* Paris 1583. MEAD.

In *collectione operum* liber 20. eſt de venenatis animalibus. Ea in cibo non nocere (quod nimis ampliter dictum eſt, quis enim impune inſectis veſceretur, adeo acribus, aut fœtidiſſimo lepore marino). Theriacam & extus admotam, & intus ſumtam, laudat; præfert tamen uſtionem. Vix credas bono viro, rabidum

bidum fuiſſe canem, a quo demorſum puellum cepis ſervaverit & theriaca. Multa hic compilatitia, & icones etiam ad imaginationem auctoris depictæ. Quem ſcarificatione repetita ſervaverit, eum non a colubro ſed a vipera putes demorſum fuiſſe. Qui mordeat bufo, qui ſit edentulus.

In L. XXI. *de peſte*, bubonum habet curationem per veſicatoria medicamenta & cauſtica. Exemplum carbunculi in ipſo ventriculo viſi. Radicem raphani laudat impoſitam.

Denique *opera omnia* conjuncta prodierunt, latine quidem ab anonymo docto viro converſa, & a JACOBO GUILLEMEAUX chirurgo edita Pariſ. 1582. fol. *. Francfurt 1594. fol. in theſ. UFFENBACH 1610. fol. *. 1641. fol. 1652. fol. Annum habet 1561. fol. PORTAL, ſed dedicatio certe JACOBI GUILLEMEAU data eſt a. 1582, neque quidquam habet unde intelligas prius prodiiſſe unquam. PAREI dedicatio eſt anni 1579.

Gallice Pariſ. 1585. fol. B. B. quæ editio multo plenior eſt latina: tum Lion 1641. fol. 1652. fol. 1685. fol. des TOURNES.

Anglice Lond. 1578. fol.

Belgice vertente CAROLO BATTO Leid. 1604. fol. Amſterdam 1615. fol. 1636. fol. 1649. fol. *. Haarlem. 1627. fol. GUNZ.

Germanice vertente PETRO von UFFENBACH Francf. 1604. fol. DRAUD. 1631. fol. GRAU.

In collectione latina libri ſunt XXVI, qui ipſiſſimi redeunt apud P. von UFFENBACH. Eorum quinque priores ſunt anatomici argumenti; ſextus eſt de tumoribus in genere &c. Varia etiam pene jocularia pro timidis fallendis excogitata ferramenta ad aperienda apoſtemata. Tumores cyſticos jubet & totos excidere & una cutem. In ejusmodi tumoribus ſe quaſi calculos reperiſſe, & in mamma ovum æquantem quaſi lapillum, qui pro cancro fuerit habitus. Fiſtula cylindrica in vaginam danda, ad emittendum pus cancri uterini. De anevrysmatibus: mors viri, cui contra conſilia PAREI in humero anevryſma apertum fuerat. Anevryſma venæ pulmonalis (eo ævo dicebant arteriam) ruptum ex pilæ ictu, inde mors ſubita. Aneuryſmata non raro oſſeam inducere naturam. Cancer ut extirpetur, mammam oportet acu trajicere.

L. VII. de tumoribus contra naturam particularibus. Ranulam candente ferro aperit. Bronchotomen docet, adminiſtraſſe tamen non videtur. Anulus pro comprehendenda & filo intercipienda uvula. Tubulus pro cauterio introducendo. Empyema ferro ignito feneſtrato aperit. Paracenteſin commendat, ut tamen aquam non ſubito emittat. De hernia, quoties plurimus adeps proceſſui peritonæi adhæſit, ſaccum ſuper ſpecillum ſulcatum jubet aperire. In pueris ſæpe aquis adſtringentibus ſe hernias ſanaſſe. Uſtionem vaſis ſpermaticis valde nocere. Teſtem connatum inguini, proque ramice habitum, ſaltubus imperatis deſcendere coegit. Vetat caſtrare hernioſos. Plumbo potius quam auro proceſſum peritonæi intercipit. Hydrocelen totam aperire ſuadet, & ſetaceum trajicere.

L. VIII.

L. VIII. de vulneribus in genere & de eorum ſymptomatibus. Pulvere vitrioli hæmorrhagiam comprimit.

L. IX. de cruentis vulneribus ſigillatim. Arteriam pericranio incumbentem acu intercipi debere. Se decimo ſeptimo etiam die feliciter eſſe trepano uſum. Apoſceparniſmo detruncata oſſea ſquama, vix hærens, tamen reconciliata. Pro reſonitu exemplum ſanguinis in alterum latus effuſi, detecti die 21. Sic integra etiam manente lamina exteriori frangitur ſubinde interior. Ex commotione & ſanguine ſupra duram membranam effuſo HENRICUS II. interiit, omnibus integris. Sæpe convulſio fit in latere alterno. Vehementiſſima contuſio repetita venæ ſectione ſuperata. Trepanum, quam BERENGARII rudius, cylindricum, abſque laminis. Suturas vitat, duram membranam incidit. Vulnera tunicæ adnatæ aromaticis fomentis oportet ſanare. In vulnere genæ perpetua aquæ ſtilla, ſuppreſſa aqua forti. Humorem articularem, ut CELSUS, vidit affluere, a quo periculum ancyloſeos. Eſſe qui poplitis tendinem conſuant; ſe non ea eſſe audacia. Species cariei oſſe ſicco & duro. Exfoliatio exſpectanda, non procuranda. Fracta oſſa identidem motitanda, ne ancyloſis fiat. Fere claudos fieri, quibus patella fracta ſit. Setacei ad oculi mala laudes, cum viderit manifeſto acutius ægrum vidiſſe, quando pus fluebat, & pene cæcum fuiſſe, quando ſubſiſtebat. Ad epilepſiam etiam valet: & forceps ad tranſigendum linum. Sutura ſicca, ſutura intorta, ubi labii leporini mentionem reperio. Lingua pene tota reſecta, tamen reconciliata. Aliquot exempla vulnerum aſperæ arteriæ ſanatorum. Ventriculi, & alias coli in pectus adſcendentis exempla. Sanguis in pectus effuſus, & ſpiritum impediens, injectis aptis liquoribus, & proprio ſitu eductus: tubuli ad educendum tabum. In pectoris vulnera nonniſi urgente neceſſitate dandi penicilli, a quorum uſu in fiſtulas degenerent. Tendinis Achillis lentam eſſe conferveſcentiam, & facile diſſilire male conjunctum. Ad vulnera nervorum validi balſami, etiam terebinthinæ. Ligamenta ſenſu carere. Vulnera medium corpus transverberantia ſanata.

L. XI. de gangrænis. Hic cauteria in amputatione adhiberi ſolita rejicit, eadem cæterum fere hic redeunt, & cauterii gratus ſenſus. Gangræna a frigore funeſta. Alia gangræna abſque inflammatione ſubnata, funeſta. Profunde ſolebat ſcarificare & eluere aceto.

L. XII. de ulceribus. Fundi veſicæ ulcera nunquam ſanari, quod in iis aliquantum urinæ reliquum fiat. Inſtrumenta ad demoliendum fiſtularum callum.

L. XIII. de faſciis.

L. XIV. de fracturis. De vulnere ſclopetario; ſeptimo poſt anno recrudeſcente vulnere ſquamæ oſſeæ deceſſerunt. Femoris ſupremi fracturas pro luxationibus imponere, tum epiphyſios divulſionem. Ut ipſe ex graviſſima tibiæ & fiſtulæ fractura cum vulnere conjuncta convaluerit. Capſula ferrea. Callus ne frequenti mundatione deteratur cavendum.

Emphyſema a fracta coſta fuſe. Fracturam ſterni reſtitui humeris valde depreſſis, ſic coſtis erectis. Ea arte ſe ſanaſſe ANTONIUM Navarræ R.

L. XV. Luxata. Epiphyſios ſeceſſio inſanabilis. Claviculæ luxatio imponit pro luxatione acromii. Luxationes tamen femoris quaquaverſum factas admittit. Humerum introrſum non luxari. NICOLLUM PICARDUM addidiſſe ambæ ſemicanalem, qui naſcentem humerum comprehendat: ſemel ex lapſu ſe vidiſſe humerum antrorſum luxatum, tunc operatorem in reſtitutione retinere per miniſtrum ſcapulam, ne obſequatur. Proceſſum etiam ſtyliformem cubiti luxari poſſe; fiſtulam a tibia detrahi.

L. XVI. mala cutanea & externa. Fiſtulam lacrumalem urit. Acus ad cataractam planiuſcula & ſcindens. Glans penis cæca ut aperiatur. Apparatus magnus & inſtrumenta varia. Venæ ſectio, lanceola noſtræ ſimilis. Cucurbitulæ, hirudines. Dentes repoſitos comprehendere. Arteriotomen feliciter exercuit, neque reperit difficilem eſſe. LAURENTIUM COLLOT & filios in calculo ſecando ſemper uti conductoribus, doctos ab OCTAVIANO de VILLA, MARIANI diſcipulo, qui in Galliam novum inventum adtulerit (*).

In L. XVIII. *de lue venerea* de exoſtoſi, & aliis oſſium morbis agit, trepanum manubriatum & cauteria delineat, potionem deſcribit vulnerariam.

L. XXII. de deficientium ſuppletione. Teſtimonium de naſo a chirurgo Italo vere reparato. Laminæ pro ſupplendo palato. Scutulum, quo in os inmiſſo homo expedite loquebatur, qui linguæ partem amiſerat. Variæ armillæ & capſulæ pro dirigendo digito, aut manu. Manus iterum artificialis & pes.

L. XXIII. de generatione minime malus eſt, quem diximus. Ad extrahendam molam forceps tricruris. Prolapſus uteri. Specula. Prolapſum uteri aliquoties in juvenculis ſanavit. Peſſos depingit. Uteri amputatio. Pedibus fetum extrahebat. Molæ, & inſtrumentum LEVRETIANI non diſſimillimum pro extrahendis molis. Atreta manu curata.

L. XXIV. de monſtris. Acus per natem impulſa per inguen exiit. Aliud ubi per anum glans felici eventu elapſa eſt. Culter devoratus per abſceſſum prodiit. Ex lupia in fronte pilum eduxit: ſpica graminis deglutita per latus exiit.

L. XXV. medicamenta ſimplicia & compoſita.

L. *de vulnerum renuntiationibus*. Sua per ſigna diſtinguit, qui vivus ſit ſtrangulatus aut ſubmerſus, qui a morte. Ut hominem a fumo carbonum ſuffocatum excitaverit. Parum plenum eſſe libellum fateri oportet.

In editione Gallica Pariſ. 1585. f. libri numerantur 28, quos inter libellus totus eſt in adnotationibus & curationibus, cui auctor titulum fecit, *Apologie, ou traité contenant les voyages faits en divers lieux.* Stipendia primum, quæ in exercitibus meruit. Carptum ſe eſſe, quod arteriam artus amputandi volſella prehenderet & ligaret;

(*) COLLOT. *calc.* 66.

ligaret; tuetur ſe bono eventu ſui conſilii, etſi utique res non fuit nova. Ranulam aperuit, lapillos excidit pluſculos. Expeditiones Gallicæ ab anno retro 1536. Catum ſe fuiſſe hominem, quo duces ad explorandas res hoſtium uſi ſint. Primum in his bellis didicit, calidum oleum nocere in vulneribus ſtlopetariis, & eſſe utendum digerentibus medicamentis. Ut plumbeam in os humeri Regi Navarræ impactam glandem eruerit. Tantam in PAREI peritia confidentiam militum fuiſſe, ut ſe ſalvos Metenſes præſidiarii putarent, quamprimum obſeſſam civitatem eſſet ingreſſus. Conneſtabilis de MONTMORENCY fracta medulla ſpinali periit, retentis excrementis. Lapilli ex ranula exſecti. Orthoſtadios, cui ad ventriculum uſque cerebri vulnus inflictum fuerat.

## §. CXV. VARII.

JULII ALEXANDRINI *enantiomata* Venet. 1548. * De vulnerum exſiccatione, curatione: de medicanda aurium phlegmone.

PAULI JULIARII *de curatione vulnerum capitis libellus* Venet. 1549. 12. Veron. 1581. 4. PORTAL, qui hunc librum habet. Trepanum tunc ſolum permittere, quando ſanguis aut pus ſub calvaria effunditur. Cavere jubet ab aëris ad cerebrum adque duram membranam acceſſu.

MATTHIAS CORNAX, Profeſſor Vindobonenſis. EJUS eſt *hiſtoria quinquennis fere geſtationis in utero, & quomodo infans ſemiputridus reſecto utero exemptus ſit, & mater curata abſque ſutura evaſerit* Venet. 1550. 4. &c.

*Hiſtoria II. quod eadem femina denuo conceperit & interierit* ib.

Utraque hiſtoria cum ejus *medicæ conſultationis enchiridio* prodiit Baſil. 1564. 8. *. Putes partum fuiſſe ventralem; retenti fetus oſſa per ulcus circa umbilicum prodierant. Chirurgus dirigente MATTHIA abſceſſum aperuit, reliquias putridi fetus exemit. Altera vice gravida interiit, cum parere non poſſet, neque adminiſtratione aliqua liberaretur. Aliud exemplum fetus per 13. annos retenti ÆGIDII de HERTOGHE. Aliud ACHILLIS GASSERI, fetus retenti, & per chirurgum CLOESI excisi. Abſceſſum etiam cordis ſibi viſum narrat. In *Enchiridio* aliqua ſunt chirurgica: paracenteſin hydropicorum reformidat.

MATTHÆUS CURTIUS, Ticinenſis Profeſſor; EJ. lib. *de cancro & ejus natura & curatione* Lion 1550. 8. mihi nunquam viſus eſt. Ordinem PORTALIUS laudat.

LINDENIUS eodem anno etiam Lugduni l. *de cancro* & ejus curatione habet, quem vero BENEDICTO TEXTORI tribuit. Ejusmodi l. habet PAPILLON (*) Gallico titulo, & in catalogis vidi.

BENEDICTUS VICTORIUS, Faventinus, Profeſſor Bononienſis. EJ. *empirica medica de curandis totius humani corporis malis* Venet. 1550. 8. 1554. 8. & cum practica magna Venet. 1562. fol.



(*) *Script. Burg.*

Ej. *Conſilia medicinalia* Venet. 1555. 4. 1557. 4.

Andreas Lacuna, Secubienſis, eruditus vir, parvum reliquit libellum, *methodum cognoſcendi & exſtirpandi excreſcentes in veſicæ collo carunculas* Rom. 1551. 12. Olyſſipone 1560. 8. * cum nomine Lucanæ, tum in *Gallicorum* collectione Luisini. Omnia præſidia continet, quæ nuper commendata fuerunt, injectiones, candelas cereas, ea ſede opertas emplaſtro excedente, qua carunculam tangunt; plumbeum ſtylum, catheterem, Enumerat, quos ſanaverit, non veritus cauſæ turpitudinem, a qua carunculæ naſcuntur.

J. Friderici Armæ *de veſicæ & renum affectus dignotione & medicatione* l. Bregell. 1550. 8.

## §. CXVI. A. Lusitanus.

Amatus Lusitanus, vero nomine Johannes Rodericus de Castello albo, variis locis, Raguſæ denique medicinam fecit, & ſextam *Curationum* centuriam ſcripſit, ſeptimam Theſſalonicæ. Juvenis Salamanticæ in noſodochio, cui præfectus fuerat, manu curaverat. Ejus *curationum medicinalium centuria* I. Florentiæ prodiit 1551. 4. Lind. & Venet. 1654. 12. ſecunda Venet. 1552. 12. ſeptem omnino Centuriæ dicuntur prodiiſſe Venet. 1557. 8. (*) 1566. 8. Lion 1560. 12. 1580. 12. Burdigalæ 1620. 4. *. Barcinone 1628. fol. Francf. 1646. fol. Ita Lind.

Inter eas curationes bene multæ argumenti ſunt chirurgici. De viperæ morſu, in Luſitania ſatis minaci, in quo profuit & vulnus, & totum artum ſcarifaſſe; nam fraxini foliorum ſucco ægrotæ ſalutem vix tribuas. Calvariam depreſſam cucurbitula cum multa flamma evocavit. Amicum ſuum J. B. Canaanum laudat, qui verum *trocart*, acum nempe in fiſtulam incluſam excogitavit, qua glandem penis cæcam aperuit. Ad cancrum ferro candente & ſublimato mercurio utitur, non feliciſſimo, quod fatetur, eventu. Periculum ab infixa acu natum ſuſtulit. Cornu de pueri capite eſſloreſcens funeſto eventu reſectum. Vulnus pectus ad quartam coſtam, ut videtur, penetrans ſanatum. A talpa calvariæ caries, expugnata terebra, exemtis, quæ corrupta fuerant, oſſibus.

Cent. II. In occipitis fractura ſuper lamdoideam ſuturam, nihil veritus contraria præcepta veterum, noſter cranium perforavit. Ab equitatione introrſum preſſum os coccygis, correctum digito in anum dato. Ex lapſu urinæ continendæ impotentia, tamen ſublata. Cui pariter a lapſu quinque diebus brachium & crus ſiniſtri lateris abſque motu fuerint. Ulcus renis ignito ferramento apertum, mors tamen non evitata. Suppuratio pectoris bis paracenteſi tentata, æger tamen non ſervatus. Vulnus enſe in cerebrum penetrante inflictum curatum. Criſtas ani forcipibus detruncat. Hydrocele repetita inciſione ſublata.

Cent.

(*) Hoc vix probabile.

Cent. III. Caſus ab alto cum ſenſuum jactura, univerſi corporis calido fomento & ſudore curatus. Viperæ morſus funeſtus, etiamſi æger venenum de vulnere ſuxiſſet. A ſtrepitu majoris tormenti, apoplexia in corpore infantili. Arteria in vena ſecanda percuſſa, inde mors, tumeſcente brachio & in gangrænam verſo: Noſter malum non intellexit. Apechematis exemplum. Omentum per vulnus elapſum, vinctum & præciſum, bono eventu. De uva. A pleuritide nata ſuppuratio, paracenteſi ſanata. Natta a Nurſino ſublata, etſi folliculum pertuderat.

Cent. IV. Inciſa, ut videtur, calvaria, ut tamen vulnus ad meninges non pertingeret. Os eraſum oleo roſaceo cum ovo impoſito, ſanitas reſtituta. Carbunculus palpebræ inferioris, gangrænam minitans, ferro curatus & reſectus, ut tota pene palpebra inferior periret. De carunculis meatus urinarii fuſe: eadem conſilia repetit, quæ LACUNA dedit, qui a PHILIPPO quodam habuerit, iſte ab AMATO. Cerea candela, quæ in veſica hæſerat per anum paulatim comminuta, ut expelli poſſet. Ulcus antiquum cruris ſanatum cauterio in eodem crure admoto, & fontanella excitata. Audax homo ſtrumas pueriles de collo exſcindit, nudata arteria aſpera, ut ejus motus conſpiceretur. Hydrocele ſanata inciſione ſcroti. Oleum populneum ad ambuſtionem univerſale.

Cent. V. A tumore *talpa*, qui cranium corruperat, puer exſtinctus. Aurea lamina, clavo in ſpongiam adaptato, inque eroſi palati foramen immiſſo, vocis ſublatus uſus reſtitutus. Phimoſis ferro expedita. Calefacta cava cylindro vitrea papillas ſe occultantes evocat. A duro occipitis tumore paralyſis. In hydrocele paracenteſis ſubinde iterata. Ulcera a mala carunculæ curatione orta, ſanata. Prægrandis tumor carnoſus inguinis.

Cent. VI. Fomento calentis pellis ex alto delapſi pueri contuſum corpuſculum curatum. Ad expediendum partum, hic & alibi, nimis multum medicamentis tribuit. Scorpii vulnus Raguſæ parum noxium. Lapis in rene abſque incommodo geſtatus. Abſceſſus *ſpirituoſus* apertus, ex quo aer erupit, emphyſema fuiſſe putes: Sed cur ſubito funeſtum fuit abſque vulnere? Lapis eductus, qui in urethra hærebat. Medicamentum valde compoſitum AVICENNÆ adverſus renum calculum, nimis ut puto, laudat. Renum ulcus mineralium aquarum uſu ſanatum. Integer tractatus de capitis vulneribus. Ad terebrandam calvariam modiolum rejicit; præfert terebram manubriatam cum clavo turbinato, frequentibus ſcabris foraminibus compuncto. Oſſis fracti undique exeuntibus partibus, inſula oſſea in medio libera manſit, quæ confirmata eſt & convaluit. Poſt exemta fragmenta rigor die ſeptimo ſæpe redeuns, & tamen ſecedentibus oſſiculis denique plena ſanatio. Cerebri particulæ amiſſæ; felix eventus.

Centuria VII. data anno 1559. Aceto compreſſa ſanguinis de vena ranina ruentis jactura. A variis cranii injuriis aut memoria amiſſa, aut unius oculi viſus, aut utriuſque. Hydrophobia funeſta, quæ poſt morſum canis rabidi tertio demum menſe ſupervenit. Ex ſcirrho prope umbilicum diuturnus abſceſſus.

A clavo pedi infixo opiſthotonos & mors. Avellanas ad renum calculum valere. Sed in univerſum in viribus medicamentorum extollendis noſter nimius eſt.

Circa annum 1550. ſcriptus videtur l. *delle oſſervazioni* de GIROLAMO CALESTANI, cujus editio mihi eſt Veneta 1655. 4. * Continet etiam medicamenta externa & chirurgica.

## §. CXVII. BARTHOLOMÆUS MAGGIUS.

Medicus Bononienſis, Julii III. archiater.

EJ. librum frater J. BAPTISTA edidit *de vulnerum bombardarum & ſclopetorum, globulis illatorum, & de eorum ſymptomatum curatione tractatus.* Bonon 1552. 4. RIV. & in collectione Tigurina 1555. fol. *. ; tum in Veneta 1566. 8. * & in UFFENBACHIANA a. 1610. f. * Bonus liber & utilis. Non aduri a globulis ſtlopetariis vulnera, neque enim ægros ſentire ſe aduri, neque glandes ſtupam incendere, experimento facto, ſed ne pulverem quidem pyrium a glandibus inflammari, denique liquatum plumbum chartam non adurere. Eſcharam vulnerum ſclopetariorum eſſe a contuſione, hinc in exitu glandis nullam. Sulfureo globo ex ſtlopo emiſſo paries perforatur. Neque in pyrio pulvere venenum eſt. Turundas non debere in imum vulnus mitti. Solum immittendum oleum roſatum cum reſina, deinde lenia quæque, ut unguentum dialthæa. Leniter vulnus tractandum neque abſtergendum. Sarcoticum optimum parari ex pompholyge. Glandes eximendæ prima die, etſi non ſunt malignæ; ſi profundiſſimæ penetrarint, in oppoſito fine incidendum. Veſtes aliaque peregrina corpora deteriora ſunt, & omnino debent eximi. Oſſi impactus globulus terebella eximitur, per cannulam immiſſa: Ad nervoſa vulnera oleum cum aceto confert. Terebinthina contuſis non convenit. Oſſa etiam non tacta franguntur, ut tibia, cum ſola fibula tacta eſſet. Fragmenta oſſea non tamen evellenda, ob magna, quæ inde ſequuntur ſymptomata, ſed imponendæ faſciæ non arcte adſtringendæ. Ex ichore intelligas, aut ſquamam eſſe impactam, aut os abſceſſurum. Granula pulveris pyrii primus docuit emoliri ſpecillo, tum digerentibus medicamentis. Inſtrumenta varia, etiam acus pro ſetaceo. Apparet omnino, PAREUM plerumque placita noſtri ſecutum eſſe. Porro de gangræna: exemplum tibiæ ab interna cauſa gangræna corruptæ, absque inflammatione. Aqua forti amat corruptam carnem conſumere. Si ab arteriæ vulnere gangræna nata fuerit, artum continuo amputandum, in limite carnis vivæ & mortuæ, ferri acie, non igne; ſi tamen os infectum fuerit, in parte ſana tunc amputandum. Venetos retractam cutem ſuper truncatam manum conſuere: aliqua curationis elementa, quæ fit carnis parte ſuper truncum adducta. De ulceribus fuſe. Ad depaſcentia ulcera laudat aquam albuminoſam, ad acrimoniam humorum lithargyrium, denique ignem. Ad ulcus ſordidum unguentum apoſtolorum, terebinthinam. Si a nimis acribus medicamentis rubellus humor manaverit, pompholyx eſt ſolamini. Sanioſa ulcera a corporibus peregrinis in

vulnere relictis fieri. Ad ſinus difficiles adſtringentia, Ægyptium, preſſio idonea fundum ſinus urgens. Si ſanies non effluat, aut dilatandus aditus ulceris, aut fundus in oppoſita regione incidendus. Cutis, quæ carni non cohæret, incidenda. Ad callos trochiſci de minio VIGONIS. Ad dilatanda ulcera Gentianæ radix. Syringotomum depictum dat.

CHRISTOPHORUS a VEGA, Alcalæ de Henarez natus, CAROLI infelicis Aſturiæ Principis medicus. EJ. de *curatione caruncularum liber* Salamanticæ 1552. Alcalæ Complut. 1553. Probat PORTALIUS, etſi VEGA non ſatis eos laudavit, per quos profecit.

EJ. *commentarii in aphoriſmos* HIPP. Lion 1576. f. Habet vulnus ventriculi ſanatum; uterum exciſum femina ſuperſtite. Volſella de ſacra virgine calculum eduxit. Debere duram membranam aperiri, ut ulcus mundari poſſit.

ADRIAN LALLEMANT M. D. EJUS eſt *Dialectique en françois pour les barbiers & chirurgiens* Paris 1553. 12. Opuſculum ſcholaſticum. DRAUDIUS Bibl. Exot. cum eodem titulo librum habet, quem tribuit PETRO BERTRAND, & iterum *la Philoſophie rationale, vulgairement appellée dialectique pour les chirurgiens*, par JEAN EUSEBE Lion 1568. 8. An idem liber ſit, an diverſi libri, ignoro.

DONATUS ANTONIUS ab ALTOMARI. EJUS *Ars medica, ſ. de medendis corporis humani malis* Neapoli 1553. 4. 1560. 4. * Venet. 1558. 8. LIND.

EJ. *opera omnia* Lion 1565. fol. 1586. fol. Neapoli 1572. fol. Habet etiam chirurgica, de hæmorrhoidibus, rhagadibus, ani vitiis, oculi, ozæna, lapide, prolapſu uteri, cum encheireſi, uvulæ inflammatione, detruncatione.

In J. BAPT. THEODOSII *epiſtolarum medicinalium* libris XVIII. Baſil. 1553. 8. * trigeſima continet ſolitam illam demorſorum a tarantula per ſaltationem curationem.

Hoc anno G. CHRETIEN edidit HIPP. *des fractures de la tête* Rheims 1553. 8.

## §. CXVIII. JACOBUS RUFF.

Chirurgus Tigurinus. EJUS *de conceptu & generatione hominis* L. VI. Tiguri 1554 4*. Fuſe de obſtetricum toto officio. Figuræ variæ fetuum male diſpoſitorum: jubet autem puerum in caput dirigere, ad veterum ſenſum, etiam quando pedes præcedunt, niſi is puer valde exiguus fuerit. Ad fetum mortuum educendum forcipe utitur, quam veteres dixerant, ipſe depingit, ſatis ejus ſimilem, qua nunc vulgo utuntur ad caput incuneatum expediendum.

Dedit etiam Germanice *Hebammenbuch darinn man die Heimlichkeit des weiblichen Geſchlechtes erlernen kan* Francf. 1580. 4. *. 1588. 4. HAENEL. 1600. 4. WILLER. Belgice, vertente MARTINO EVERARDO Amſterdam 1670. 4. Parum a latina editione differt, niſi quod latina editio proprium de menſibus caput, germanica vero libellum de morbis infantum continet, quos inter remedia ad calculum &c.

J.

Ej. *de tumoribus quibusdam phlegmaticis non naturalibus l. ex veteribus & recentioribus collectus* Tiguri 1556. 4. Belgice verſus ab Henrico v. Roonhuysen Amſterdam 1662. 8. *. De tumoribus cyſticis, de gangræna, de paronychia, exoſtoſi. Farrago formularum, & parum utilis theoria. De exſtirpatione cyſticorum tumorum aliqua; integri ut eximantur monet. Vidiſſe ſe, cum ex nævo orti amputarentur, ægros ex ſanguinis jactura periiſſe. Per cranium etiam in duram membranam penetraſſe. Herniam aquoſam medullæ ſpinalis funeſto eventu inciſam vidit. Ut cyſtici tumores deſtruantur arſenico, quod laudat. Filo intercipiendi ſi in origine anguſtiores fuerint.

## §. CXIX. Johannes Langius.

Lange, Leobergenſis Sileſius, vir eruditus, qui chirurgiam manu ſua exercuit.

Ejus *epiſtolarum* prima editio prodiit Baſil. 1554. 4., qua primus liber continetur; deinde 1589. 8. quartus: inde omnes Hanau 1605. 8. * & alias.

In libro I. aliquæ epiſtolæ ſunt chirurgici argumenti, quas numero undenas Gesnerus recuſas dedit in collectione ſua. Langius de audacibus chirurgis queritur. Negat, quam vocant ſynoviam, poſſe eſſe humorem articulorum inquilinum. Cum chirurgus oleo fervente vulnus irrigaret, noſter ægrum fato eripere coactus eſt artu amputato. Cranium cum ex gravi lapſu fractum eſſet, convulſusque æger, ipſe vulnus incidit. Αβαπτιστον a chirurgis requiſivit, ignoratum omnibus. De fungis ex cerebro læſo pullulantibus, ex cerebri humoribus, ut putat, coaleſcentibus. Oculum cultro violatum ipſe ſanavit. Exemplum ſymptomatum funeſtorum ſero ſupervenientium. De luxatis reſtituendis conſilia aliqua.

Deinde in libro II. Achillis Gasseri hiſtoria vulneris uteri, & ipſius, qui utero gerebatur fetus, feliciter ſanatum. Carpum, ut vocat, uterum elapſum ipſe vidit reſecare, felici eventu. Aliqua de pterygio, & de ulceribus verminoſis. Emplaſtrum ad ulcera chironia ex ærugine & ceruſſa miſtum laudat. Pro medicamentis lithontripticis.

In L. III. præter unguenta aliqua & emplaſtra de ſtrumis agit medicamento tollendis. De ulcere & fiſtula peritonæi, quæ mala medicamentis ſuſtulit.

## §. CXX. Fr. Valeriola &c.

Francisci Michini *ſoſtrum anatomiæ de perverſis locationibus aut fractionibus corporis humani* Venet. 1554. 4. non vidi.

Francisci Valeriolæ, *exercitationes* Lion 1573. fol. 1588. 8. Lind. Genevæ 1605.

1605. 8. * & alias. Paſſim chirurgica intercedunt, ut in L. II. vulnus lethale renis & inteſtini. Sanguis in homine occiſo poſt mortem manans. L. III. ictus funeſtus in caput acceptus, cum cranium integrum eſſet. De morſu a cane rabido ſanato. L. IV. A vulnere empyema: vulnus ſanatum, in quo globulus de ano exierat. Sauciorum in prælio curationes. Empyema a vulnere, tali parte per alvum ejecta in fiſtulam abeuns. A globi plumbei vulnere in cerebro accepto, cæcitas & ſurditas. Sanatus homo, cujus totum pectus globulus peragraverat. Cranii graviſſimum vulnus abſque ſymptomate curatum. Æneo tormento in pede percuſſus, ſervato artu claudus manſit, cætera ſanus. Cui thoracis catenati pluſculi circuli in pectus depulſi fuerant, tamen ſervatus. Sanatus, cui tormenti ænei globulus os transverberaverat. L. V. Ulcus ad ſpinam dorſi injectione ſola, abſque ſectione reconciliatum. Unco tractorum de materno utero puerorum exempla. Ex dente evulſo magna ſanguinis jactura. Globuli ſtlopetarii vulnus in pectore ſanatum. L. VI. Ulcus renis curatum. Ex lapſu ex alto ſervatus.

In *locis medicinalibus communibus* Lion 1563. 8. 1589. 8. * aliqua huc faciunt, ut de chirurgia quædam, & collecti veterum loci. Inter *quæſtiones*, aliqua de curatione amputatorum. *Appendix ad loca communia* fere tota chirurgici eſt argumenti. De apoſtematibus, & fracturis. Ab ictu tertio demum die apparentibus ſymptomatibus maxima puris copia intra cranium reperta. De luxationibus.

*Enarrationum medicinalium* Libri VI, *&* *reſponſionum* L. I. Lion 1554. fol. B. B. 1589. 8. Aliqua, nec multa, huc faciunt. De vulnere capitis in L. II. De cucurbitularum utilitate in ophthalmia L. IV. De tumore ſcirrhoſo L. V. De nephritide & calculo renum L. VI. Hæc fere ex veteribus ſumta. Uberior eſt de vulnerum ad noxam inferendam potentia, in libro III, ubi exempla adducit, vulnerum quidem levium, tamen funeſtorum, ut levis vulneris in LUDOVICO VIVE, quem non puto celebrem illum literatum fuiſſe; & contra in graviſſima cranii fractura, cum undique dura cerebri membrana denudata eſſet, læſum hominem præter omnem exſpectationem vitalem evaſiſſe.

## §. CXXI. VARII.

*Les anciens & renommés auteurs* HIPPOCRATES *des ulceres*, *des playes de la tête*, *avec les commentaires de* GUI VIDE &c. *traduits par un* D. en Medecine Lion 1555. 8. VERDIER.

HIERONYMI FRACASTORII *opera omnia* Venet. 1555. 4. *. Paucula huc pertinent ex L. II. de morbis contagioſis, de morſu canis rabidi & ejus curatione.

ANDREÆ FURNERII l. *de decoratione* Lion ſine temporis mentione ſcriptum GESNERUS citat, aitque etiam chirurgiam continere.

JOHANNES de BAILLEUL *Abbé de Jonval* peritus fuit in reponendis luxatis artubus.

tubus. Ea laus in viri poſteris ſuperfuit, ut denique omnes ii *Bailleuli* ſint dicti, qui luxationes reponerent.

M. ANTONIUS MONTISIANUS, medicus Florentinus. EJUS *quæſtionum medicinalium* XXIV. Lion 1577. 12. prima eſt de cane rabido pro ARISTOTELE ſcripta, fere circa annum 1555.

## §. CXXII. J. FRANCISCUS ROTA.

Lector Chirurgiæ publicus Bononienſis. Ejus *de tormentariorum vulnerum curatione & natura l.* Bonon. 1555. 4. * 1566. 8. * Francf. 1575. 4. BOEHMER Antwerp. 1583. 4. Multa ex MAGGIO, etiam rationes, quibus vincit, globos ſtlopetarios vulnus non amburere, venenum utique habere ex halitu pulveris pyrii natum. Veneno ergo primum occurrendum, & ſcarificandum. Magnas arterias a globis ſtlop. divelli; nullo ſanguine ex tanto vulnere ſequente. Albumen ovi imponit cum bolo Armena tritum. Molliter debere deligari. Longiorum turundorum noxa. Ut tela eximantur. Facile eximi facta inciſione. Glande plumbea trajectum abſque malo abdomen. Venas etiam vincire nonnunquam neceſſe. Cæterum ſectarius homo, & antiquorum fere medicamentis confiſus. Ad vitam in diarii ORTESCHIANI T. I. aliqua.

## §. CXXIII. CONRADUS GESNER.

Vir ſummus, nulli parti medicinæ non conatus eſt proſpicere. Edidit Tiguri 1555. fol. * *de chirurgia ſcriptores optimos veterum & recentiorum.* Nempe J. TAGAULT, JAC. HOLLERIUM, MARIANI SANCTI libellos, ANGELUM BOLOGNINUM, M. ANGELUM BLONDUM, B. MAGGIUM, A. FERRUM, J. LANGIUM, GALENUM de faſciis ex VIDII editione, ORIBASIUM de laqueis perinde, JACOBI DONDI enumerationem medicamentorum ad chirurgiam ſpectantium. Addidit catalogum chirurgorum veterum & recentiorum, cum cenſu adnotationum huc facientium.

*De ſecretis remediis theſaurus*, EUONYMO PHILIATRO (GESNERO) auctore prodiit Tiguri 1554. 8. * P. II. a WOLFIO addita 1565. 8. * Continet etiam medicamenta chirurgica, aquas eo facientes, mercurium ſublimatum, alia.

In *epiſtolis* GESNERI tamen aliqua huc faciunt. Arteriotomen, animoſum auxilium, in amico ſuo FELICE WURZ primus ab hominum memoria molitus eſt. Serotina a canis rabidi morſu ſymptomatum & mortes.

In l. *de ſerpentibus* jaculos in Hungaria dari. De viperis earumque morſu.

THADDÆUS DUNUS in *miſcellaneis* Tiguri 1555. 8. * de ictis a ſcorpio aliqua.

In JOHANNIS ARGENTERII *de morbis* l. 14. 1556. fol. * pauca & vaga argumenti ſunt chirurgici.

§. CXXIV.

## §. CXXIV. Petrus Franco.

Gallus, ſed qui Lauſannæ chirurgiam fecit, etiam Bernæ. Romanæ religioni addictiſſimum fuiſſe Portalius, quæ quidem laus vix cum officio Bernæ & Lauſannæ ornato conſiſtere poteſt, & totus ſermo viri pii, ad reformatæ eccleſiæ morem eſt compoſitus. Citat Portalius Ej. *traité contenant une des parties principales de la chirurgie, laquelle les chirurgiens herniaires exercent* Lion 1556. 8. * Falconet. Is ex approbatione idem eſt liber, quem nunc dicemus.

Sed notior eſt *traité des hernies, contenant une ample declaration de toutes leurs eſpeces, & autres excellentes parties de la chirurgie, c. à d. de la pierre, de la cataracte, des yeux & autres maladies* Lion 1561. 8. * Candidus homo, perinde paratus malos ſuos eventus narrare, bonoſque. Adminiſtrationes ſuas accurate & minute deſcribit; nova inſtrumenta novaſque encheireſes excogitavit, ut poſceret neceſſitas. Multas ſuas curationes paſſim interſpergit. Caſtrationem primum & cauterii uſum deſcribit, deinde ſuam inguinalis ramicis curationem, punctum nempe aureum, quod commendat, negatque dolorem inferre. In hydrocele ſetaceo utitur, ſed præfert adminiſtrationem, in qua totum ſcrotum ferro aperitur, turunda inmittitur, vulnus lente conſolidatur. Ne recrudeſcat, ac ex tantilla carne deterior redeat, ſarcocelen integre exſtirpat, vetat autem eſcharoticorum uſum. Varicoſæ herniæ ignem adhibet. In calculo veſicæ negat quidquam medicamenta poſſe. Et adhærentes habet calculos, & in cellula latentes. Majorem calculum tenui terebra rumpere tentat. Adminiſtrationem minoris apparatus deſcribit, in qua vidit ſæpe inteſtinum ſauciari digitosve chirurgi. Suturam poſt calculi ſectionem admittit, turundam raro. Levem in certa ſui ſede calculum indicare, plures in veſica eſſe lapillos. Gorgeret habet noſtro ſimillimum. Inde nobilem curationem enarrat, quam in puero molitus eſt, cui ſupra os pubis veſicam incidit, & de ea calculum exemit. Eam tamen adminiſtrationem, etſi felix fuit eventus, ipſe, victus a præjudiciis, damnat, hoc noſtro demum ſeculo renovatam. Forcipes ad incidendos & confringendos calculos excogitavit. In femina manu calculum deducit, & ſuper eum incidit, vitata vagina, neque dilatationem probat. Parvos lapillos abſque vulnere evellit. Inde apparatum magnum deſcribit, & ad Mariani modum, & ad ſuum. Eſſe ubi præſtet lapillum poſt veſicam inciſam ſibi relinquere, qui facilius ſub tempore ſuppurationis elabatur. De cataracta; queritur depoſitam ſibi ſæpe adſcendiſſe. Ungulæ exſtirpatio. In fiſtula lacrumali præfert uſum medicamentorum eſcharoticorum. Alii oculorum morbi. Fetum omnino pedibus jubet extrahere, primus, ut puto. Alii uteri morbi. Membrorum amputatio. Inflammationes. Tumores varii. Vulnera. De labio leporino & de palato fiſſo, multo felicius, quam quiſquam antiquorum. In illo utebatur etiam ſutura ſicca. Antiqua jactura genæ, cum callo, ut ipſe curaverit, acubus intorto lino circumplicatis. Abſceſſus. De fracturis & luxationibus.

## §. CXXV. Varii.

Pietro Lodovico Rosettini *compendio di tutta la chirurgia* Venet. 1557. 8. Boehmer. 1561. 8. * 1588. 8. 1630. 8. 1677. 8. Gunz. Aut diſcipuli Fioravanti fuerunt, aut Fioravantus in editione quam curavit, hæc medicamenta adjecit, in quibus totus occupatur. Valde carpit chirurgos, qui ſordidis ulceribus acria medicamenta adhibent. Icones nonnullæ inſtrumentorum.

Franc. Renner *äüſſerlicher Arzney Handbüchlein* Nürnberg 1557. 4. Platner.

Ej. *Wundarzney* Francf. 1556. 4. Idem. Boehmer. 1578. 4. Tigur.

Roderici Molina *inſtitution chirurgica en que facilmente ſe hallaran todas las ſpecies de llagas que ſon y piuden ſer hechas en la cabeça* Granada 1557. Nic. Ant.

Alfonsi Bertocci *methodus curativa* ex Hippocrate, Galeno, Avicen. Montani *placitis* Lion 1558. 16. &c.

Ej. *methodus curativa generalis* Lion 1556. 8. 1558. 16. Maz.

Franc. Martin de Castrillo *de dentitione* Valladolid 1557. 8. Madrit 1570. 8. Douglas.

J. Baptistæ Montani *conſultationes medicæ de rariorum morborum curatione* Baſil. 1557. 8. & alias editæ; poſthumum opus, neſcio an aliqua chirurgica contineat. Mulierum etiam morbi vix huc faciunt.

Alexii Pedemontani *de ſecretis* L. VI. Venez. 1557. 4. &c. Multum habet etiam medicamentorum chirurgicorum.

In Lycosthenis editione Julii Obsequentis Baſil. 1557. fol. fetus retentos & de ulcere extractos reperias, & alia huc facientia.

## §. CXXVI. Varii.

Hieronymi Montui *chirurgica auxilia, ad aliquos affectus, qui reparationem exigunt, curationem etiam morbi venerei* Lion 1558. 4. Platn.

Ej. *practica medica, in qua de chirurgicis etiam auxiliis agitur, ad adfectus, qui repentinam exigunt curationem* Venet. 1616. 4. Laudat Portalius. Nonne idem l.

J. Baptistæ Susii *de ſanguinis mittendi ratione* duos libros inter practicos dicemus.

Nic. Biesii *tr. de tumoribus*, qui continetur libro VI. *theoreticæ medicinæ* Antwerp. 1558. 4. *

Simon Vallambert, Burgundus, ex pago d'Avalon, medicus, *de la conduite du fait de chirurgie* Paris 1558. 8. Maittaire, alii 1559. 8. ut Cat. Eisenmanni.

Circa

Circa hæc tempora vixit GUILIELMUS DUPUYS, Civis Gratianopolitanus, & medicus. Ejus eſt *Phlebotomie artificielle utile aux medecins & neceſſaire à tous chirurgiens* Lion 8. VERDIER.

## §. CXXVII. VARII.

Inter JULII DELPHINII *quæſtiones medicinales* Venet. 1559. 8. liber II. eſt de cauteriis.

BALDUINI RONSSEI *de hominis primordiis & infantum morbis* Lovan. 1559. 8. Leid. 1594. 8. *

EJ. *epiſtolæ* Leid. 1590. 8. 1618. 8. * Aliqua huc faciunt, ut de paracenteſi. Puer hydrocephalicus, cum partu edi non poſſet, ex viva matre, inciſo ventre, fauſto eventu ab auctore eductus. Fetus retenti oſſicula feliciter decedentia per biennium. Parulis. De cucurbitularum alieno tempore admotarum noxa. De potionibus vulnerariis. Empyema rupto abſceſſu feliciter curatum.

In l. *de morbis muliebribus*, cui alius eſt titulus *de vitæ humanæ primordiis*, una excuſo, aliqua habet de partu difficili & Cæſareo: illa ex veteribus. Uterum docet ſuffire. Prolapſus uteri diu toleratus cum magno fœtore, ut indolens eſſet. Ad fetum mortuum extrahendum varia inſtrumenta. Tum de prolapſu ani, de nonnullis morbis, etiam ranula & de ambuſtis.

In REALDI COLUMBI libris XV. *de re anatomica*, aliqua ſunt huc facientia, ut vertebrarum ancyloſis. Reductionem avulſæ epiphyſios difficillimam eſſe. Muſculum in vulnere convelli vidit. Os temporum fractum ſanatum. Pleuram frequenter pulmoni adnatam facere, ut vulnera pectoris penetrantia non adgnoſcantur.

JEAN FALCON *notabilia ſuper* GUIDONEM Lion 1559. 4. 1649. 8. FALC. conf. p. 160.

HIERONYMI RUPI *paradoxa & theoremata rei medicæ, vel de his, quæ ad medicum, quæ ad chirurgum, quæ ad obſtetricem ſpectant* Toloſ. 1559. 4.

## §. CXXVIII. LEONHARDUS BOTALLUS.

CATHARINÆ Reginæ, Caroli IX. deinde GUILIELMI AULIACI medicus Aſtenſis ex Pedemontio, caſtra ſecutus, preceptore fratre chirurgo uſus, manu medicatus eſt, & inter præcipuos medicos a FIORAVANTO numeratus.

Ejus *de curandis vulneribus ſclopetorum* Lion 1560. 8. 1565. 16 * Venet. 1566. 8. 1597. 8. MEIBOM. Antverp. 1583. 4. cum FERRIO & ROTA.

Germanice Nurnberg 1676. 8.

Liber Taurini datus eſt. Contra ALPHONSUM FERRIUM oſtendit, non eſſe in his vulneribus venenum, ſed neque ignem ineſſe, & glandem tepere, non inflammari, neque in pannis ſtlopo percuſſis aliquod ignis indicium eſſe. Corpo-

ra peregrina relinquenda, quoties non abſque magno malo educi poſſunt. Contra inſtrumentum ALFONSINUM. Cutis non incidenda, niſi glans ſubter eam longum iter fecerit. Artus gravius confractos continuo amputandos. Triduo & quatriduo, non ultra, repercutientibus utendum. Ad ſanguinem comprimendum tamen denique ignis adhibendus. In principio, unica die, vehementibus digeſtivis noſter utitur, ipſoque demum ſublimato mercurio; deinde cum abſterſione ſiccantibus. Non anxie quærendam glandem eſſe, qua in abdomine relicta, æger tamen ſanatus fuerit. Oſſa niſi libera non extrahenda. Vulneratus artus in capſula continendus abſque vinculis. Inſtrumenta varia, etiam trepanum cum rectis laminis. Cutem uno ictu cum pericranio diſcindit. Trepanum, ſi opus eſt, prima die admovet, feliciter eo auxilio uſus. Glandem cranio impactam ter admoto trepano exemit.

Celebris huc pertinet curatio principis Auriaci; cujus læſa arteria carotis, digito diu impreſſo conſolidata eſt.

EJUSD. *de venæ incidendæ cutis ſcarificandæ & hirudinum applicandarum modo* Lion 1580. 8. Antverp. 1583. 8.

Et in operibus omnibus.

Gallice *traité de la maniere de ſaigner, ſcarifier & appliquer des ſangſues* Lion VERDIER.

Tendinem læſum minus habere periculi, quam nervum. Obliqua ſectio optima. Jugularis venæ ſectionem obſoleviſſe. Scalpellum Gallicum, noſtro ſimile Germanico, quo vena percutitur.

In l. *de catarrho* laxatam uvulam vitæ aqua ſanavit.

*Opera omnia conjuncta* JOHANNES V. HORNE edidit Amſterdam 1660. 8. *.

JODOCI LOMMII *obſervationum medicinalium* L. III. Antverp. 1560. 8. Amſterdam 1720. 8. * Signa morborum & præſagia. Intercedunt etiam morbi chirurgici.

## §. CXXIX. ANTONIUS CHAUMET.

ANTONII CHALMETEI Vergeſaci (Velaunorum) chirurgi: *Enchiridion chirurgicum externorum morborum, remedia tam univerſalia, quam particularia complectens* Pariſ. 1560. 8. * 1563. 8. * 1564. 8. HEISTER. GUNZ. Lion 1570. 12. 1588. 12. BOEHMER 1627. 8. Patav. 1593. 8. Orléans 1626. 8. PLATN. 1636. 8. Baſil. 1621. 8. 1627. 8. 1634. 8. Germanice 1659. 8. 1644. 8. Gallice *Enchiridion ou livre portatif pour les chirurgiens &c.* Lion 1571. DRAUD. VERDIER. Belgice vertente GYSBERTO POETS. Amſterdam 1641. 8. PLATNER.

RONDELETII, SAPORTÆ, JACOBI SYLVII & GUILIELMI LAUTHIER Chirurrurgi diſcipulus (*a*), librum ſuum ADAMO FONTANO dedit recognoſcendum. Pene

(a) In præf.

Pene totus eſt in formulis. Quatuor ſunt libri, de tumoribus, vulneribus, ulceribus, fractis, & luxatis. Ad experientiam ſuam paſſim provocat, & contra priores ſcriptores aliqua monet. Ita contra JOHANNEM de VIGO vult, carnes mortuas incidi, ut potius de ſanis aliqua exſcindat, quam vitiati quicquam omittat. Ligando ſanavit penſilem de lingua verrucam. Ganglia ſæpe frictione cum ſaliva curari. Glandulam prope jugularem venam ſe feliciter excidiſſe. In magna oſſium carie mavult ægrum dimittere. Ignem nimis violentum potius nocere. Vulnus pectoris cum fracta coſta & emphyſemate ſanavit.

In J. BAPTISTÆ PORTÆ *Magia naturali*, cujus priores quatuor libri Antwerpiæ 1560. 8. * prodierunt, medicamenta etiam chirurgica traduntur. Acidulas prope Theanum adverſus calculum enixe laudat, jam VITRUVIO dictas. Oleum avium Diomedearum ad frigidos dolores commendat. Unguentum armarium PARACELSI.

HIERONYMI CRASSI, Utinenſis, *de calvariæ curatione* Venet. 1560. 8.

*De tumoribus præter naturam* ib. 1562. 4.

*De ſolutione continui.* ib. 1563. 4. (1562. 4. BOEHM.

*De ulceribus* ib. 1566. 4. omnia conjuncta Venet. 1562. 4. TREW.

*D. cauteriis, ſ. de cauterizandi ratione* ib. 1594. 8. LIND.

GEORGII PICTORII *medicamenta tam ſimplicia quam compoſita ad omnes ferre corporis humani præter naturam adfectus* Baſil. 1660. 8.

EJ. *γυναικονιτις ſ. nüzliches Büchlein, wie ſchwangere Frauen vor, und nach der Geburt zu halten, und wie ſie alle weiblichen Zufälle beſſern und ableiten ſollen* Francfurt 1569. 8.

Huc ergo refero ejus libellum: *Frauenzimmer oder nuzliches Büchlein, wie ſchwangere Frauen vor und nach der Geburt ſich halten ſollen, und wie ſie alle weibliche Zufälle beſſern und ableiten ſollen* Francfurt 1593. 8.

## §. CXXX. VARII.

GEORGIUS PHÆDRO, Paracelſicus homo, ob peſſimum teſtimonium C. GESNERI mihi notus. EJ. *Opuſcula, inter quæ chirurgia minor, ſ. omnium ulcerum perfectæ curationis methodus.* Baſil. 1562. 4. * Francfurt 1621. 8.

JOHANNES HALL cum anatome edidit *a commodious order of notes leading and guiding the chirurgions hand from all offence and error* London 1561. 4. 1565. 4. DUGL.

ANTONII MARIÆ VENOSTA, Rhæti ex valle Tellina, *diſcorſo generale intorno alla generazione e naſcimento degli huomini* Venet. 1562. 8. *. ANDREAM DORIA ait

ait partu Cæſareo editum fuiſſe. De partu naturali & difficili, de puerorum morbis.

Richardus Bulleyn M. D. *de nephritide ejuſque remediis* L. I. ſcripſit, quem in epitomen redegit, & edidit frater Guilielmus in parte ſecunda *fortalitii.* Obierat ante aunum 1562. Tanner.

### §. CXXXI. Varii.

Bartholomæum Eustachium huc referas, cujus exſtat *pro fiſtula thoracica pectoris Ducis de Terranova conſilium* apud Ingrassia p. 196.

J. Antonius Foglia *de faucium ulceribus* Neapoli 1563. 4. 1635. 4. Linden. ſi idem eſt, quem A. a Cruce Fogliatam vocat, eſt inter præcipuos ejus ævi chirurgos. Libellus ipſe potius ad clinicam pertinet, morbumque malignum anginoſum.

Matthiæ Kapfer *relatio vera, quomodo cultrum ex ancillæ cujuſdam ventre, quem per annum fere in ea geſtaverat, ex latere extraxerit, ægramque ſanitati reſtituerit* Wolfenbuttel 1563. 4. Germanice Heister.

Thomæ Gale chirurgi Londinenſis *inſtitutionum chirurgicarum dialogus* 1563.

Ej. *Enchiridion chirurgicum* 1563. Ej. *Chirurgical works* Lond. 1565. 8. *De vulneribus pulvere pyrio factis contra* J. de Vigo, Brunswick, Alph. Ferrus 1586. m. ſ. Tanner.

LIB.

# LIBER QUINTUS.

# SCHOLA ITALICA.

## §. CXXXII. Gabriel Faloppia.

Vulgo Fallopius, vir magnus, quem mors immatura abripuit, chirurgiam cum laude exercuit (*a*), & calculum etiam ſecuit (*b*). Sed ea fuit magni viri infelicitas, ut chirurgica ejus opera omnia poſt mortem demum auctoris, prodierint, plerumque deformata. Primi excuſi ſunt *de ulceribus & de tumoribus præter naturam libri II.* Venet. 1563. 4. * continuo a morte Fallopii. Librum *de ulceribus* multo emendatiorem & pleniorem reddidit Bruno Seidel. 1577. 4 *. Prælectiones ſunt anni 1557. Multa tamen bona ſuaque habet. Nihil magis repellere, quam faſciarum uſum. Aerem Piſanum, Mantuanum, Ferrarienſem ulceribus inimicum eſſe, favere Patavinum. Ægyptiacum optimum eſſe medicamentum, magiſque ſiccans, ſi pompholygem addideris. Eſcharoticum laudat, in quo cum argento ſublimato opium miſcet & ceruſſam. Arſenico etiam utebatur, idque commendat. Ex ramice rupto ſanguinem ad viginti ulnas erupiſſe (hoc vitio ſcriptum): & alium hominem ex eo caſu periiſſe. Radere os carioſum mavult, quam ſcalpro exſcindere. Ut os abſcedat, ſiccandum, id optime euphorbio fieri. Ulceribus malignis aquam puram aut mineralem in ſpongia adhibet. Non debere ulcera quotidie detegi, ſufficere, ſi die tertio & quarto. Phagedænicum ulcus aqua aluminoſa eluit. Cauteria in cancro adhibere diſſuadet expertus. Decocto radicis chinæ ſe cancri dolores ſedaſſe; ſetaceum per ulcus trajicit, quando vult apertum ſervare. Ambuſto igne admoto bene curari. Fiſtulas canalis urinarii valde ramoſas eſſe, etiam ad umbilicum pertingere, neque plene poſſe ſanari. Non debere fiſtulam ani ſecari, quæ ſit tribus digitis longior. Ita in editione Seidelii.

In libro *de tumoribus* editionis Venetæ. In apoſtemate inciſo ſe vidiſſe lutum merum, alias quaſi cryſtallinum humorem coagulatum; ſed & oſſa, ſquamas, lapidem grandem, vermes. Vena magna ut inciſa ſit, cum ſummo periculo, cum abſceſſus in inguine ferro aperiretur. Gangræna frequens ex frigore in nautis calidis curatur. Ex hectica febre gangræna. Suffimigio igniti pyritæ in acetum merſo, ex conſilio Galeni, ſcirrhos Noſter diſſolvebat.



(a) Guilandin papir. p. 25.
(b) Thoner L. VII. obſ. 4.

*De vulneribus in genere, de vulneribus capitis, naſi, oculorum, colli &c.* 1571. 4. * Vulnera carnis ſecundum primam intentionem ſanari; non ita arteriarum, nervorum, oſſium. Sanguinem non debere ſupprimi, ſed ad deliquium uſque manare, eum cæterum ſe multo linteo carpto compeſcere. In facie turundas ſe non adhibere, in femore utique. Eſſe, qui ſola frigida vulnera ſanent, etiam ſibi ſucceſſiſſe, neque tamen ſibi probari. Laudat ceratum barbarum & iſidis. Nimium aërem metuit. Naturam etiam abſque medicamentis vulnera ſanare. Carnem luxuriantem mercurio præcipitato reprimit. Unguento de minio inter epulotica plurimum tribuit; pro vulnerario medicamento ſucco hyperici cum vino expreſſo. Vulnus diaphragmatis in parte carnoſa non eſſe lethale. Vulnus ventriculi ſe ſanaſſe. Queritur, quod chirurgus legibus teneatur intra tertium diem de vulneris curatione reſpondere, quo tempore ſæpe ipſi non liqueat. Magnam portionem cerebri ad ſex uncias amiſſam abſque malo: in alio os confractum & amiſſa cerebelli particula. Sic vulnus veſicæ urinariæ ſtlopetarium. Auriculam reſectam & de pellicula pendentem adglutinavit. Acetum in vulneribus ipſi parum placet. Peregrina corpora, tela, fragmenta calcis in vulnere incluſa, quod conferbuit. Quæ continuo extrahere oporteat, quæ minus egeant ea celeritate. Suturæ ſiccæ cruentam præfert. Curatio ſympathetica, quæ fere DIGBYI, Germani, qui cultro medebatur. Utique labia vulneris in capite conglutinari. Frequenter calvariam contundi, etiam deprimi cute integra. Digitum pene totum abſciſſum tamen conferbuiſſe. Calamitatem vidit, ut ictu accepto in dextrum latus, abſceſſus in ſiniſtro eſſet, neque tamen admittit, ab ictu alienæ partis os vere læſum eſſe. Ab alapa os temporum depreſſum. Serotina ſymptomata, cum ipſa etiam quadrageſimo die a capitis vulnere ſuperveniant. Decocta vulneraria, quibus ſolis Hebræi chirurgi eo ævo utebantur; formulæ, etiam celeberrima & abſurda Romani circulatoris. Supra ſuturam vulnus non debere dilatari. Non debere oſſa confracta facile avelli, dum carnibus adhæreſcunt. Pro oleo roſaceo in vulneribus duram membranam nudantibus. Abſque dolore eam meningem incidi, etſi ſenſu ſit acutiſſimo. Fungos cerebri non vult reſecari. A percuſſo capite æger obmuteſcens, pure per nares & palatum exeunte liberatus eſt. Pueros, quibus calvaria depreſſa eſſet, plurimos ſanavit, cute non inciſa. Ad dolores maximos oculi cucurbitulam ſcarificatam occipiti admotam prodeſſe. Partes reſectas, etiam refrigeratas, poſſe reconciliari. Pro Calabrorum artificio naſi reparandi teſtimonium. Muſculos colli in tranſverſum ſectos conferbuiſſe. Vaſorum vulneri labiorum ſuturam opponit; melius tamen paulo poſt ex GALENI conſilio arteriam vulneratam ligavit. Neque tamen cauterium rejicit. Injectis aptis liquoribus, ſe in vulneribus pectoris felicem operam poſuiſſe. Totum omentum cum emortuum eſſet, abſque ſuperſtite malo extraxit. Inteſtina craſſa conſui debere. Contra inmiſſum tubulum ſambucinum. Vulnera ſtlopetaria. Nullam in iis ambuſtionem eſſe, neque ſtupam incendi; & pulverem pyrium in cute inventum abſque malo. Extrahendarum per partem oppoſitam glandium

dium conſilium. Contra ſetacei uſum. Paracenteſin jubet verſus os ilium inſtituere.

Videtur hunc librum eumdem eſſe quæ *Chirurgia* dicitur FALLOPII, quæ iterum prodiit Venet. 1604. 4. DRAUD. BIBL. EXOT. 1637. 4. HEIST. 1647. 4. 1675. 4. BOEHMER.

EJ. *commentarius in* HIPP. *de vulneribus capitis* Venet. 1566. 4. Fiſſuras ſanavit die quadrageſimo inciſis carnibus: oſſe, ut vocat fracto, corpore hominis inverſo. Laminam calvæ internam fiſſam vidit, cum externa integra eſſet. Ut fiat per continuitatem oſſis calamitas ſive abſceſſus in parte oppoſita percuſſæ. Male ſe, etſi feliciter, medicatum eſſe, cum oſſis fragmentum reſectum avulſiſſet, ut intelligo, obſcurus enim eſt locus. Muſculum temporalem vetat diſſecare: vult etiam ſede ſuturæ in terebrando abſtineri. Quæ cauſæ ſint oſſis aperiendi. Inſtrumentum ad eam adminiſtrationem. Abſceſſum duræ membranæ eſſe aperiendum. Ab amiſſa parte cerebri ſanari nonnullos, alios mentis uſum amittere.

EJUSD. *de cauteriis* liber, *deque medicamentis ignis poteſtatem habentibus, aliisque acribus.*

EJUSD. *de decoratione* Patav. 1566. 4. * De præputio reſtituendo, de naſo reparando, quam curationem in Calabria utique teſtatur perfici, ſed maximo cum dolore. Papillam mammæ nimis brevem fiſtula plumbea corrigit. De bubone peſtilente.

EJ. *de luxationibus.* Frequenter ex tortura fieri: vidit etiam in projecto gravi corpore factas. Ex adſtringentibus medicamentis impoſitis articuli humorem ſpiſſari & fere gypſeum fieri, neque ejusmodi luxationem poſſe reſtitui. Prius dolorem ſopiri debere, quam artus extendatur. Diligenter de deligatione. Luxatio complicata non continuo reponenda, contra PAULUM. Recidivas luxationum uſtione occupat. Ancyloſis in dorſi vertebris.

*De fracturis*, continuus cum priori liber.

Omitto, quæ in l. *de Gallico morbo* chirurgici ſunt argumenti.

In l. *de oſſibus* plus centies ſe contrafiſſuram vidiſſe teſtatur.

Opera omnia FALLOPII, in quibus hæc omnia continentur, prodierunt Venet. 1584. fol. Venet. 1606. fol. * Francf. 1600. fol. ib. 1606. fol.

In *ſecreti diverſi e miracoloſi* del GABR. FALLOPIA Venet. 1563. 8. BUCHNER 1578. 8. MARTIN, putes etiam eſſe chirurgica arcana.

## §. CXXXIII. FELIX WURTZ.

Cum amicus fuerit CONRADI GESNERI (a), ejuſque conſilio utiliter ſit uſus, cumque



(a) p. 210.

cumque rogante eo magno viro (*b*), ſua, quæ de chirurgia adnotaverat, ediderit, non poteſt longe ab his temporibus removeri, etſi nulla mihi eſt de anno, quo primum ejus opus prodiit, certitudo. Expertus erat chirurgus Baſileenſis.

Ejus *practica der Wundarzney darinn allerley ſchädliche Misbräuche der Wundarztes abgeſchafft werden, aus den Handſchriften des Auctors, von neuem überſehen und vermehret, durch* Rudolph Wurzen *chirurgum Argentinenſem*, fratrem Felicis: annus ſubjectus 1612. cum Felix a. 1576. obiiſſet. Multæ ſunt editiones, a. 1563, ut videtur (*c*). Baſil. 1576. 8. Heist. 1595. (*Cat. libr. German.* 1500—1600.) 1612. Boecl. 1616. 8. Huth. Wolfenbüttel 1624. 8. Baſil. 1670. 8. Huth. 1675. 8. 1687. 8. Endter. Stettin 1649. 8. * 1659. 8. Breslau 1651. 8.

Belgice Amſterdam 1647. 4. Wachendorf. Gallice, vertente Francisco Sauvin Pariſ. 1672. 12. Bur. 1689. 12. Rast.

Contra ſuturas; nocere, neque eſſe neceſſarias. Contra uſum ferri igniti ad compeſcendas hæmorrhagias. Contra nimiam in explorandis vulneribus ſedulitatem. Contra turundas, conſolidationem vulneris impedientes: vidit a turunda ruptam venam, funeſto eventu. De malis curationibus, quas in Italia vidit vulneribus adhiberi. L. II. de cura vulnerum. Non debere aërem admitti, neque vulnera elui. Cerebro nihil debere imponi: fragmenta oſſium non debere evelli, niſi undique mobilia ſint. Vulnera articulorum & humeri ſuturas requirere, cæterum id auxilium rariſſime debere adhiberi. Ut magnum apoſceparniſmon ſanaverit. Nullum in vulneribus capitis oleum, neque unguentum adhibendum. Vulnera ſingulatim. Ancyloſis ex exemta patella, quæ fracta erat. Peregrina ſæpe diu in corpore humano abſque dolore & ſymptomatibus retineri. De genuum morbis fuſius. De vulneribus ſtlopetariis. Contra ſetacea in iis vulneribus. Contra olea & emollientia. Suturas cruentas ſe raro adhibere, cum ſiccæ ſufficiant: ſi aliqua adhibenda, eam præfert, quæ fit diſtantibus filis & repetitis. Acu utitur Damaſcena, quam ipſe ſuper flammam flectit. Fracturæ; a natura eas ſanari. Lectulos ſtramineos abſque ferulis ligneis pro fractura femoris commendat. Exemplum graviſſimæ fracturæ complicatæ, quam noſter præter ſuam ſpem ſanavit. Non amputanda, ne contuſa quidem, ante Bilguerum. Oſſa reponenda & ſperandum extremos fracti oſſis fines coalituros. Fracturas ſecundum longitudinem oſſis factas deſcribit, & exempla profert. Pluſcula exempla cariei ſupervenientis, deſtructæ partis corruptæ, & artus ſervati. Vulnus veſicæ ſanatum. L. III. Vulnerum ſymptomata, & prognoſtica, ſuppuratio, ſynovia: conpreſſa unguento fuſco (ſuo) & opodeldoch. Ut coactus ſanguis diſſolvatur: hic decocta ſudorifera. Alumen uſtum ad compeſcendum ſanguinem. Emollientibus & ferulis ſuperata rigiditas vulnerati articuli. Vulnera

(b) In præfatione.
(c) Vide p. 401.

Vulnera arida vitriolicis tentanda. Ganglion incidendum, humor emittendus, qui a pure diverſus ſit. Anthrax, quem ſpiritu vini camphorato adgreditur. Rigor, tetanus, alia mala. Atrophia abſque fere unguentis ſanata. L. IV. eſt medicamentarius. L. V. de morbis puerorum. De propria cephalæa, quam ſola demum arteriotome ſuperaverit, ſuadente C. GESNERO, manum mutuante JOHANNE WASER. De artubus a nativitate curvis, tamen apta deligatione corrigendis, varis & valgis. Adparet minime vulgarem virum fuiſſe (*d*), neque eum, qui gregem præeuntem ſequeretur, etſi utique medicamentis ſuis, quæ ipſe etiam chemica arte parabat, nimium tribuit, & ab aliqua ſeculi ſui ſuperſtitione non liber fuit. Quod turundas negligat, anatomen ſpernat, nullam rationem habeat depreſſæ calvariæ, ab HILDANO corripitur.

Circa hæc tempora floruerunt LAURENTII COLLOT celebris lithotomi filii, LAURENTIUS & JOHANNES, experti lithotomi, qui calculum circa acum natum eduxerunt (*e*). LAURENTIUM filium puto eſſe, quem laudat HEURNIUS (*f*).

## §. CXXXIV. VARII.

GERARDUS, Bergenſis, *de præſervatione & curatione morbi articularis & calculi* lib. Antverp. 1564. 8. RAST. Alii 1584. 8. Inter rectum inteſtinum & veſicam ſedentem habet calculum.

GIOV. MARINELLI *medicine partenenti all' infermità delle donne* Venet. 1563. 8. 1574. 8. OSB. 1650. 8. HEIST. Conf. editionem JOHANNIS LIEBAULT.

HENRICI STEPHANI *Dictionarium medicinæ, vel expoſitiones vocum medicinalium ad verbum excerptæ* (ex veteribus) Pariſ. 1564. 8. * Voces etiam chirurgicæ per loca veterum expoſitæ & declaratæ.

Sic in JOHANNIS GORRHÆI *definitionibus medicis* Pariſ. 1564. fol. * Commodus liber, ut HIPPOCRATIS & GALENI ſententiæ conjunctæ habeantur in promptu.

JEREMIAS MARTIUS Auguſtanus circa a. 1564. centum obſervationes ſcripſit, quas G. H. WELSCHIUS edidit Ulm 1668. 4. * Diſcipulus fuit BACCII BALDINII. Breves ſunt, aliquæ chirurgicæ Penis dislocatio. Hydrocele ab ictu. Vulnera capitis Florentiæ fere funeſta eſſe, ſymptomatibus die 14. ſupervenientibus, etſi cranium terebrant. Ulcus veſicæ feliciter ſanatum mitibus, injecta in veſicam mulſa.

ACHILLIS GASSER medici Auguſtani, amici GESNERI, centum curationes & obſervationes edidit G. H. WELSCH. Ulcera varia ſanata, etiam umbilici. Medicamenta lithontriptica, inter ea lappæ ſemen, ſuo experimento. Breviſſime & fere in medicamentis.



(d) Valde laudat BOERHAAVE Prax. med. 1745. I. p. 432.
(e) PARE *monſtr.* p. 443. ſqq.
(f) In vita.

## §. CXXXV. Varii.

Theodori Zwinger *Theatrum vitæ humanæ* Baſil. 1565. fol. * L. XVIII. chirurgica non maximi momenti continet.

*Cinq livres de la maniere de nourrir & gouverner les enfans des leur naiſſance, de bien choiſir une nourrice. 2. l'inſtruction de la ſage-femme, ou des accouchées. 3. la maniere de guerir les maladies des enfans* Paris 1565. 4. Verdier.

Cum C. Gesneri l. de foſſilibus Tiguri 1565. 8. * prodiit J. Kentmann *de calculis corporis humani*, non malus libellus (*). Vulnera veſicæ ſanata. Calculi podagricorum. Cerebri calculus. In pueri vulnere poſt exciſum calculum nata cruſta calculoſa.

In Matthioli commentariis ad Dioscoridem varia de morſu ſerpentum.

Guil. Cappel *Non* E. *ut renum ſic veſicæ lithiaſis ſit curabilis* Pariſ. 1565.

## §. CXXXVI. Stephanus Gourmelen. G. Rondelet.

Gourmelenus: Britannum (Armoricum) facit Portalius; nos legimus Scotum fuiſſe, medicus fuit facultatis Pariſinæ.

Ejus ſunt *ſynopſeos chirurgiæ* L. VI. Pariſ. 1566. 8. Gallice *le ſommaire de toute la chirurgie*, vertente Andrea Malesieu Paris 1571. 8. Draud. *Et chirurgicæ artis* ex Hippocratis *& aliorum veterum medicorum decretis ad rationis normam reductæ* L. III. Pariſ. 1580. 8. * Primum libellum non vidi: in poſteriori placita veterum reperias, etiam hypoſpatiſmum & periſcyphiſmum. Nonnulla tamen nuperiora placita etiam habet. Arteriotomes novam rationem, apparatum in ſecando calculo majorem. Fetum, potiſſimum mortuum, in pedes dirigit. In priori libello forte contra Pareanam vaſorum deligationem ſcripſerit.

In *præfatione* legas anno 1551. ſanctum eſſe, ne quis inter chirurgos reciperetur, quin a facultate & quatuor medicis fuiſſent ejus profectus explorati. Eam ſenatus legem regem a. 1576. confirmaſſe, & juſſos Chirurgos quotannis 15. Novembri in ſchola medica Decano obſequium promittere.

Guilielmus Rondelet Profeſſor Monſpelienſis, vir doctus, obiit a. 1566. A morte viri prodiit *methodus curandorum morborum omnium* Lion 1575. 8. * &c. in quo paſſim aliqua huc facientia: ut partus difficilis; oſſa fetus retenti in utero feminæ a morte reperta. De calculis variarum partium aliqua.

Porro huc facit, qui una prodiit l. *de medicamentis externis.*

In l. *de piſcibus* tres dentes habet hirudinis.

Reliquit etiam tractatum *de tumoribus præter naturam*, qui in B. R. P. ſervatur n. 7070.

Aloysius

(*) Laudat Coe. *concr.* biliar.

Aloysius Luisinus, Utinenſis, *Aphrodiſiacum*, *ſ. de lue venerea collectionem* edidit Venet. 1566. fol. Boerhaavii cura Leid. 1728. fol. * recuſum, in quo varii de ea lue libelli continentur, ſed eos omnes ad praxin remitto.

Sic etiam Baſileæ a. 1566. prodiit prima *muliebrium* collectio Gynæciorum, curante Casparo Wolfio, qua Moschion, Eros, Bonaciolus & alii continentur veteres, in harmoniam redacti. Peſſi varii &c.

Caspar Wolfius nihil ſcripſit, niſi aliquas adnotationes. Muſculorum rectorum abdominis fibræ a niſu ruptæ.

Nicolai Rorarii *contradictiones*, *dubia & paradoxa in* LL. Hippocratis, Galeni, *cum eorum conciliationibus* Venet. 1566. 4. 1572. 8. * Chirurgica etiam habet, ut vulnera piæ membranæ.

## §. CXXXVII. Johannes Wier.

Archiater Clivienſis. Ejus *medicalium obſervationum rararum* L. I. Baſil. 1567. 4. * & alias prodiit, & in *operibus omnibus*, Amſterdam 1660. 4. * Abſceſſus inter muſculos abdominis, ex neglecta febre quartana ortus. Aquæ hydropicæ eductio ex umbilico parvo foramine aperto. Cancer teſticuli ab emollientibus exulceratus & funeſtus. Ut clauſum uterum, neque ſemel, aperuerit, cum inſtrumentis eo ſpectantibus, plenius exponit quam priores. Gangrænoſa uteri pars reſecta, ægra ſervata. Gangræna in brachio ex mala curatione nata. Anus clauſus; glans penis clauſa: utrique malo feliciter manus adhibita. Phyma in vagina ablatum, vinculo & ſutura.

In l. *de præſtigiis dæmonum* etiam de menſibus inciſa membrana emiſſis refert.

Martin Ruland, ſenioris, Friſingenſis, Alchemiſtæ, *de venæ ſectione*, *de ſcarificatione*, *& ventoſatione* Argent. 1567. 12. Lind. Baſil. 1627. 8.

Germanice, *vom aderlaſſen und ſchröpfen* Baſil. 1613. & cum ſequente libro. Quæ vena, ejuſque loco utilius ſecetur, ſic de ſcarificatione, inanis liber.

Ejus *theſaurus* Rulandinus ſ. *curationes empiricæ in ordinem redactæ*, cum priori libello Baſil. 15... 16. 1628. 8. Rouen 1650. 8. Budiſſin. 1629. 8. Riv. 1680 8. Heist.

Ej. *curationum empiricarum & hiſtoricarum Centuria* Baſil. 1578. 1580. 1593. 1596. Linden. Rouen. 1650. 8.

Petri Arias de Benevidez, Taurenſis medici, *ſecretos de chirurgia eſpecialmente de la manera come ſe curan los Indios de llagas* Valladolid 1567. 8. Ant. Apud Indos occidentales Americæ vixerat.

Hoc anno chirurgi Pariſini obtinuerunt, ut literæ Regiæ in *parlamento* ſ. ſenatu Pariſino in publicos faſtos reciperentur, quibus a barbi-tonſoribus ſeparati, & Univerſitati Pariſinæ adſcripti ſunt. Ita jam Franciscus I. ſanxerat, ut

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

ut tamen ſenatus ei legi obſtaret. Eamdem legem HENRICUS III. a. 1571. confirmavit (*a*). Ita ad annum uſque 1596. medicos inter & chirurgos res compoſitæ fuerunt, ut tamen 15. die Novembris chirurgi jurejurando ſe medico ordini adſtringerent (*b*). Gradus tamen publicos ſuis eo tempore diſcipulis conferebant, fruſtra reclamante ſubinde & Univerſitate & facultate medica.

## §. CXXXVIII. VARII.

PIERRE HAZARD *chirurgie parfaite* 1568. 8.

EJUS HIPPOCRATES *van de wonden des hoofds* Amſterd. 1634. 8. *. Antiquus liber, in quo narratur de vulnere capiti anno 1528. inflicto, de quo ſubinde cerebrum pullularit, æger centeſimo die interierit.

J. le PAULMIER *de la nature & curation des playes de piſtole, d'arquebuſe &c.* Paris 1568. 8. Caen. 1569. 4. Reſiſtendum uſtioni.

CHRISTOPHORUS WIRSUNG *Arzneybuch* Heidelberg 1568. fol. *. & alias. Ad veterum morem morbes a capite ad calcem recenſet, inter eos pariter, qui vulgo manu curantur, & cuique farraginem medicamentorum non exiguam opponit.

ACHILLIS PIRMINII GASSERI, medici, GESNERIANI amici, varia ſunt poſthuma. Aliqua prodierunt cum G. H. WELSCHII *ſylloge obſervationum* Auguſt. Vind. 1668. Alia cum ejus *conſiliis* 1676. 4. ib. Exſtat etiam cum M. CORNARIO obſervatio. Obiit a. 1577.

## §. CXXXIX. JAC. DALECHAMP &c.

JAQUES DALECHAMP *Chirurgie Francoiſe avec pluſieurs figures d'inſtrumens neceſſaires pour l'operation manuelle* Lion 1569. 8. du VERDIER: plerique annum ponunt 1570. tum 1573. 8. HÆNEL. Anno 1610. 4. *. prodiit *augmentée par* J. GERAULT.

Plurima ad PAREI mentem, ex quo & figuram ſumſit. Cæterum princeps opus eſt PAULI liber VI. a DALECHAMPIO Gallice verſus, cum ejus & aliorum adnotationibus. Solet fere conjungere, quæ alii veteres ab HIPPOCRATE & ALBUCASIM ad quemque morbum adtuliſſent. Icones nonnullas ad veterum voces excogitavit. Tunc caſus rariores, aut qui ipſi contigerint, aut aliis. CASTELLANI inventum, anulum manubriatum, qui fila ducit ad intercipiendam uvulam. Bronchotomen locum poſſe habere. CLAUDIUM CHARPENTIER ocularium Regium ad oculi fluxiones cucurbitula uti, quam chirurgus ſugendo adtrahat. Exempla phimoſeos in tenero puero; aliud exemplum cum præputio craſſo & calloſo, quem callum ſolebat ſcalpello diminuere; ut tamen neceſſe fuerit totum præputium

(a) Vide hæc *rech. ſur l'hiſt. de la Chir.* p. 195. &c.
(b) p. 221.

tium reſecare. Exempla paraphimoſeos. De cereis ad urethræ mala adhibitis tamquam de re vulgo nota, ut etiam proprium unguentum Rex pretio redemerit. Eſſe ubi cereus nihil præſtiterit, niſi aliquam lotio redditam libertatem. Fungus veſicæ, qui pro callo impoſuit. Filum, quo ligata ani fiſtula anulo contorquet. Malum *Nakir* balneo ſanari. Ut M. JAMES luxatum caput extendat. Oſſa pubis omnino diſcedere.

De J. GERAULT labore alias dicam.

*Aderlaß Büchlein, das iſt Bericht vom Aderlaſſen und Schräpfen* Francfurt 1569. 8.

## §. CXL. F. PALAZZO. L. FIORAV. ALII.

FELICE PALAZZO (PALATII), Trebiatis, M. D. *de vera methodo quibuſcumque vulneribus medendi cum aqua ſimplici & fruſtulo de canape & de lino.* Peruſiæ 1570. 8. d'ETR. & cum *dilucidationibus* SANCASSANI Venet. a. 1733. Linteis aqua calida ebriis omnia vulnera ſanat.

J. de FOGUEDO *de puſtulis, quæ ſaaphadi nominantur* ASTRUC. Circa a. 1570.

J. FERRANDUS *de nephriticis & lithiaſis, ſ. de renum & veſicæ calculi definitione & cauſis* Paris 1570. 8. FALCON. 1578. 8. 1601. 12. alii. Habet exempla calculoſorum, calculos podagricos &c.

LEONARDO FIORAVANTI D.M. & Equitis, Bononienſis, *il teſoro della vita umana* Venet. 1570. 8. *. Alchemiſta chirurgiam etiam exercuit, multum ſuo balſamo uſus, & ſuo elixir, hactenus utilis, quod ſecundum primam intentionem vulnera curaverit, nempe ut ea ſanaret. Pars II operis continet curationes medicas & chirurgicas. Multa de propria viri hiſtoria hic reperias. Veram chirurgiam, tribuſque remediis omnia vulnera curandi artem a MATTIO GUARUCCIO Monacho didicit, ea perfecit: a. 1548. Panormum venit, chirurgiam ibi exercuit, lienem exemit. M. Decembri 1549. Neapolim adivit, curavit feminam, cui poſt Cæſaream operationem, uterus & veſica exciderant. Cum Neapoli omnes ex vulneribus capitis perirent, ſuos ægros ſervavit, non tangendo, niſi poſtridue, deinde poſt octiduum; & in Africa, conſuto vulnere. Lienis vulnus ſanavit, cujus partem reſecuit. A. 1550. Africam cum claſſe Hiſpanica petiit, multos in capite ſaucios curavit, ſutura ob cœli æſtum adhibita: naſum detruncatum etiam adglutinavit, ut comprehenderet. Inde Neapolim rediit a. 1555; Romam petiit a. 1558, tum Venetias; aliquamdiu etiam Piſauri artem exercuit. A. 1568. quarta vice, coactus, doctoris gradum Bononiæ conſecutus eſt, comes nunc factus & eques. L. III. conſilia dat. L. IV. medicamenta deſcribit, etiam vana, aliqua anagrammate velata. Ob partum difficilem inciſa femina, læſa cum utero veſica, ut utrumque viſcus abſceſſum pateretur, tamen a FIORAVANTO ſanata. Quinque curationes in naſis reparandis factæ Turpiæ Calabricæ, a PETRO & PAULO fratribus, quas ipſe vidit.

Ej. *la Chirurgia diſtincta in tre libri* Venet. 1582. 8. BOEHMER. 1588. 8. HEISTER. 1610. 8. OSBORN. Venet. 1679. 8. * & cum titulo *Il compendio de tutta la Chirurgia* Venet. 1594. 4 1630. 8. BOEHM.

Informis & confuſus labor, qui vix quidquam habet chirurgici præter titulos, & medicamenta ſua, quibus inmenſos effectus tribuit. L. I. proprie chirurgicus eſt. Exemplum hominis a levi acus vulnere pereuntis; aliorum abſque noxa maxima mala patientium. Unguentum ad oculorum mala mira facere: Vulnera capitis continuo adſtringit (ſerra) ne aër ſubeat, adfundit ſuam quintam eſſentiam, ſuum balſamum, ſuum pulverem, odorem etiam balſami naribus ſupponit, ita graviſſima mala ſanat. In Africa, ſicca regione, capitis vulnera periculoſa eſſe, ſic Meſſanæ, in urbe pariter ſicca; Panormi in humido ſolo, facile ſanari, ſic Romæ. Tunc herbas dicit vulnerarias, conjunctas oleo. Iterum ſanguinis jacturam compeſcit ſutura continuo injecta, non vulgari plurium punctorum, ſed vera. Reliqua materia medica, chirurgica, mineralis. L. II. Alchemiſtica varia. L. III. Remedia aliorum ſcriptorum.

Ej. *compendio de ſecreti rationali* Venet. 1571. 8. 1591. &c. Germanice Darmſtatt 1624. 8. LEHM. De ulceribus etiam. In L. II. de vulneribus & aliis morbis chirurgicis agitur.

Ej. *capricci medicinali* Venet. 1568. 8. * 1629. 8. Gallice Pariſ. 1586. 8. Medicamenta etiam chirurgica continet.

Quod eſt *Crone der Arzney* Francf. 1618. 8. LEHMAN.

*Piccolo diſcorſo di Cirurgia* citatur ad finem hujus, quam recenſemus chirurgiæ: fuerit, qui cum ROSETTINORUM opere prodiit. Sua medicamenta & ceratum GALFREDI unice laudat. Se noſſe lapides omnes certe arcano extrahere.

J. PAULI NATII *opuſculum de chirurgia, & potiſſimum de ſolutione continui* Venet. 1570.

JOHANNIS FRAGOSI, Archiatri CATHARINÆ Reginæ, *Erotemas Chirurgicas, en que ſe enſenna lo mas principal de la Cirurgia, con ſu gloſa* Madrit. 1570. 4. CAP. de VIL.

Ej. *Cirurgia univerſal* Madrit atque Complut. 1601. fol. cum ſuppl. Alcale de Henarez 1621. fol. PORTAL. Italice vertente BALTHASARE GRASSO Palermo 1639. fol. * In L. II. tradit compendium chirurgiæ, tumores, ulcera, vulnera, fracta, luxata. Multæ adnotationes & curationes propriæ interſperſæ. Exemplum anevryſmatis ſubito funeſti, cum ab imperito aperiretur. Vulnus linguæ curatum, cum pene integre præciſa fuiſſet. Uſtiones in cranio ad antiquas ophthalmias felices. Scrophulæ ab herpete repercuſſo. Magnus tumor cyſticus de femore exciſus. Carbunculi epidemici funeſti. Gangrænæ ex maximo pedis dolore. Scarificatio in hydrope laudatur. Plurima ex GALENO. A cancro exſtirpato mors. Ex inciſa ranula quaſi albumen ovi. Tela abſque malo longo tempore in corpore latuiſſe. Stlopetarios globos neque inflammari, neque

neque venenari. Magna mala ex læſo in venæ ſectione nervo. Panormi, in aëre humido, vulnera capitis facile ſanari, contra Meſſanæ. Longa hiſtoria vulneris capitis, quo infelix ille CAROLUS PHILIPPI f. fere exſtinctus eſt, & exemta cranii particula ſero convaluit. Fila ſicca cancro exſtirpato feliciter admota. Cancrum oris igne ſanavit. Carpto ſicco carnes fungoſas optime compeſci. M. FILIPO curat caruunculas. Vermes in vulneribus non valde noxii, per exempla.

IDEM vidit aliud opus, *tres tradados de chirurgia*, in quo ſuturas dicit rejici, ſigna mortis bene recenſeri.

## §. CXLI. HIERONYMUS MERCURIALIS.

Forolivienſis, Profeſſor Piſanus, Bononienſis, Patavinus, inſignis vir, qui fama & gratia floruit. Chirurgiam paſſim adtigit, etſi non fuit ei præcipuus laborum finis. In L. VI. *de medicina Gymnaſtica* Venet. 1570. 4. *. Pariſ. 1577. 4. Amſtelod. 1675. 4. *, & alias edita, inſcriptos lapides habet ad hiſtoriam chirurgorum facientes, & aliqua de morbis chirurgicis, qui a corporis exercitationibus aut augentur, aut curantur, ut de varicibus, &c.

In *variarum lectionum* L. VI, quarum prima editio eſt Veneta 1571. 4, plenior autem Venet. 1594. 4. * pluſcula pertinent ad litterariam quidem magis, quam ad manu efficacem chirurgiam; ut de hydrophobia, de infibulatione, de varicibus, de hirudinibus, de tuſſi puerorum, uſtione, de unguentis, de venarum temporalium uſtione ad oculorum mala, de luxatione DARII.

EJ. Tr. *de maculis peſtiferis & de hydrophobia* Patav. 1580. 4. Satis laudat PORTAL.

In tractatu *de puerorum morbis* quem ex prælectionibus HIERONYMI JOHANNES CHROSZIEYOIOSKIUS edidit Venet. 1583. 4. * aliqua reperias de hernia, de hydrocephalo, calculo, ſtrumis, de puerorum aliis malis. Clauſi penis apertionem ſibi non ſucceſſiſſe.

In l. *de Venenis*, quem perinde ex MERCURIALIS ore ALBERTUS SCHELIG Venet. 1584. 4. * edidit, de viperæ morſu & ſcorpii, aliorumque ſimilium animalium reperias.

In l. *de morbis cutaneis, deque omnibus corporis humani excrementis & de decoratione* Venet. 1581. 4. * noviſſimus potiſſimum l. huc facit, a JULIO MANCINO exceptus. In eo varii morbi cutanei redeunt, etiam cicatrices, ſugillata, cutis ſciſſuræ, tum unguium mala, & paronychia.

In editione Francofurtenſi 1587. 8. accedunt duo tractatus *de varicibus & de reparando naſo*.

In *Prælectionibus* cæterum multa excuſes, quæ non ſunt ab auctore elaboratæ.

Huc etiam aliqua pertinent in *Prælectionibus de morbis mulierum* Venet. 1601.

 4. cu-

4. curante COLUMBO, & cum C. BAUHINI *muliebribus*. Eorum L. II. eſt de partu. In L. IV. de prolapſu uteri agit. Mulier quæ fetum mortuum aliquot annis geſtaverat, quam noſter molam figuratam utero gerere reſpondit.

Porro in *medicina practica*, *ſ. de cognoſcendis, diſcernendis & curandis omnibus corporis humani affectibus* L. V. Francf. 1602. fol. edente PETRO de SPINA: tum in *Prælectionibus Patavinis de cognoſcendis & curandis corporis humani adfectibus* Venet. 1627. 4. in *conſultationum tomis quatuor* Venet. 1579. 4. 1589. fol. 1597. fol. 1604. fol. & in *prælectionibus de oculorum & aurium adfectibus* Francf. 1591. 8. aliqua huc faciunt.

JOHANNES BRABO *de pietra bitta; de hydrophobiæ natura, cauſis atque remediis* Salamanticæ 1571. 8. 1576. 1588. 4. CAP. de VILA.

JACOBUS GREVINUS *de Venenis* Antverp. 1571. 4. * Habet etiam morſus animalium venenatorum.

J. LAMI & BONAV. GRANGIER, *E. molles tumores boni* Pariſ. 1571.

SIMON PIETRE & BARTHOLOM. PERDULCIS *E. nephriticis diuretica* Pariſ. 1571.

NIC. PACQUART & PETRI de la MAR, *Non ergo hydropi paracenteſis* Pariſ. 1571.

## §. CXLII. VARII.

HORATII MORI *tabulæ univerſam chirurgiam uno ordine comprehendentes* Venet. 1572. fol. HEISTER. Tabulæ ſunt ex PAREO, PORTAL.

HIERONYMI MURILLO *therapeutica de* GALENO *en lo, que toca a cirurgia* Saragoſſ. 1572. 8.

COMPAGNON *diſcours des arquebuſades, en forme d'épître, pour repondre à certaines apologies publiées par* AMBROISE PARE' Lion 1572. 8. Pro GOURMELENO, contra A. PAREUM, qui ſua opera a medicis habuerit, &c. PORT.

JEAN DONGOYS *recette medicinale de l'huile Eſpagnole, ou huile magiſtrale, & la maniere de l'appliquer particuliérement & ſelon les playes* Paris 1572. 8. BUR.

VOLCHER COITER, Groningenſis, FALLOPII diſcipulus, vir illuſtris, in ſuis *obſervationibus* Noribergæ 1572. fol. * cum *externarum & internarum corporis humani partium tabulis* excuſis aliqua habet magni momenti. In brutorum animalium cerebris incidendis, experimenta fecit, partem magnam exemit, nulla principe facultate læſa, ut etiam aves abſque cerebro vivant. Organum veneniferum viperæ deſcripſit. Renes in calculoſis ſæpe vidit ab ulceribus conſumtos. Recte monet, & exemplo proprio vincit, plus eſſe periculi in capitis vulneribus, in quibus dura membrana cerebri integra manſit. Eam, quoties humor ſubtus effuſus eſt, animoſe ſuadet incidere. Ex vulnere cerebrum ſolere pullulare. Non debere pro deſperatis deſeri, quibus fungi de cerebro effloreſcunt. Vulnus ſanavit,

ſanavit, quod ad ventriculos uſque cerebri penetraverat, tamen ut æger mentis integritatem non recuperaverit. Graviſſimi cerebri vulneris a bombarda inflicti exemplum in principe, quem COITERUS, præter omnium opinionem, amiſſa cerebri particula ſervavit. Vulnera corneæ tunicæ cum jactura humorum utique ſanari.

## §. CXLIII. J. ANDREAS DELLA CROCE.

Latine de CRUCE, Medicus Venetus, qui ipſe Feltriæ *(a)* & alibi manu ſua curavit *(b)*. EJUS *Chirurgiæ* L. VII. *in quibus ea, quæ optimo chirurgo in curandis vulneribus convenire videntur ampliſſimo ordine concerni poſſunt* Venet. 1573. fol. *. 1596. fol. BOEHMER. Totum opus eſt de vulneribus. Multa corpora humana ſe incidiſſe ait *(c)*. Fuſe ſcripſit, & paſſim ſe dimiſit in aliena, ut de rebus non naturalibus integrum pene hic reperias tractatum. Veteres etiam paulo frequentius ſecutus eſt. Proprias tamen, neque paucas, habet adnotationes. Occipite percuſſo cum ſævis accidentibus ſalutarem fuiſſe ſanguinis per nares fluxum. Oleum roſaceum in cranii fracturis non nocuiſſe. Vulnera cerebri & membranarum ſæpius ſe ſanaſſe. Cum os ſincipitis & temporum fractum eſſet, ſolum perforavit os ſincipitis, felici eventu. In temporibus muſculum incidit, & ſupra ſuturas terebram admovit, abſque malo. Dimidium naſum abſciſſum non debere amputari; eſſe ubi reconcilietur. Lanceolas noſtrarum ſimiles depictas dat. Trepana depingit, & alata & abſque alis. Partem naſi abſciſſam conſerveſcere, non totum naſum. Vulnera pectoris penetrantia ſæpe ſanari, pulmonis aliquando, qui vix dolorem percipiat. Sanguinem in pectus effuſum ſiphone reſorbet. Evulſo dente fiſtulam maxillæ ſanavit, cum dens vix doleret. In gaſtroraphia una & peritonæum filo comprehendit, & abdominis muſculos. Vulnus renis ſe brevi tempore ſanaſſe, terebinthina, ſed non bene, data. Uterus cancroſus felici eventu exciſus.

Aliud omnino eſt, & multo amplius opus, quod ſub finem prioris auctor promittit, & non longo tempore elapſo edidit, *chirurgia univerſale perfetta de tutte le parti pertinenti al chirurgo* Venez. 1574. fol. 1583. fol. * 1605. fol. ELLER.

Germanice *Werkſtatt der Chirurgie oder Wundarzney* Francfurt 1606. fol. DRAUD.

In hoc opere, prius illud partem ſecundam inter ſeptem libros efficit, partim in præfatione repetitur. Primus lib. nunc eſt de apoſtematibus. Hoc in italico opere etiam auctor fuſior eſt, & magis indulſit ratiociniis & digreſſionibus excutien-



(a) p. 95. Ital.
(b) Sæpe ſe fracta crania curaſſe p. 31. ib.
(c) p. 31. ib.

excutiendis pro veterum controverſiis, ut etiam patientiſſimum lectorem laſſet. Inſeruit etiam totum avi ſui opus de peſte, cui nomen fuit JOHANNIS ANTONII GRANDI della CROCE.

Liber tertius eſt de ulceribus & fiſtulis. Liber IV. de fracturis & luxationibus, cum TAGAULTII de iisdem libris. L. V. de venæ ſectione, hirudinibus, ſcarificatione. Porro de partu difficili, ubi monet ſe vidiſſe, fetum ob capitis molem non potuiſſe edi. Porro de ano & vulva clauſa, cataracta, calculo, & dentium evulſione, omnia fere collectanea.

Libro VI. de medicamentis agit. Libro VII. Armamentarium chirurgicum continetur.

In caput XIII. *degli ulceri exſtat* commentarius ANTONII FORZELLINI Venet. 1736. 8.

## §. CXLIV. ALII.

ANTONIUS SAPORTA, ex medica familia natus, Monſpelienſis cancellarius, obiit a. 1573. EJ. libri *quinque de tumoribus præter naturam*, pluſculis a morte auctoris annis ex bibliotheca FRANCISCI RANCHINI ab HENRICO GRAS editi fuerunt Lion 1624. 12. * More veterum, & ſecundum eorum ordinem, varia tumorum genera percurrit, non abſque aliquibus propriis adnotationibus. A dolore circa medium ſternum caries trium dorſi vertebrarum. Anevryſma naſcentis aortæ, plenum grumorum ſanguinis. A palpitatione & difficili ſpiritu tumor mollis. Intercoſtalis arteriæ anevryſma. Anevryſma arteriæ, ut videtur iliacæ, præpoſtere inciſum, cum multa ſanguinis jactura. Periiſſe vidit, cui ſubito in paracenteſi abdominis aqua omnis educta fuerit: alias felicem eventum. Cancroſus penis amputatus: admotus arteriis ignis, feliciter.

Lego apud VALVERDUM SAPORTAM novum herniæ genus propoſuiſſe, in quo peritonæum in ſcrotum delabitur (intellexit nempe peritonæum in hernia non rumpi, ut vulgo putabatur.

FRANCISCI FEYNEI, pariter Monſpelienſis, eodem anno mortui, *medicina practica* in IV. libros digeſta, ex bibliotheca REN. MOREAU edita Lion 1650. 4. an huc faciat ignoro.

ADAM LONICER *Ordnung für die Hebammen* Francf. 1573. 8. HEISTER.

*Wundarzney für allerley Gebrechen* Baſil. 1573. 8. HEISTER. An fuit WURZII.

## §. CXLV. FRANCISCUS ARCÆUS. ALII.

Vulgo *de Arce*, Fraxinalenſis, Methymnæ medicum fecit, manuque etiam medicatus eſt. BENEDICTUS ARIAS MONTANUS ei ſuaſor fuit, ut opus ſuum ederet; ideo multa ob novam methodum paſſo. Vivebat a. 1573 annos natus octoginta,

ginta, integerrima valetudine, felix practicus, ut ex ipſo opere conſtat, & pius homo, paulo nimius in medicamentorum laudibus. Edidit ALVARUS NONNIUS (NUNNEZ) a B. ARIA rogatus, & notas nonnullas addidit. Liber non grandis eſt, *de recta curandorum vulnerum ratione* T. II. Antwerp. 1574. 8. Amſterdam 1658. 12. * Belgice *Kortbondige middel von allerhand ſorten van Wonden to geneeſen*, vertente GEUSIO Ruremonde 1667. 8. Germanice *von der rechten Wunden* &c. Nurnberg 1614. 8.

Nullam in vulnus mittendam flammulam, niſi in ſuturis; ſuperdandum ſuum vulnerarium balſamum ex terebinthina & g. elemi cum axungia coctum. In magno vulnere flammulam in parte inferiori admittit: embrocationes rejicit. Nervos non ſuere, ſed fines extremos ſibi adponere & ſitu juvare jubet, ut conferveant. Maximum vulnus capitis, late deſtructis oſſibus, balſamo adhibito ſanavit; renata duriſſima caro duram membranam operuit. Cerebri etiam cum jactura facta eſſet, & convulſio adeſſet lateris dextri, ſiniſtri paralyſis, ægrotum fato eripuit. Maximum vulnus faciei cæſim inflictum ſanatum, & partes pene reſectæ reconciliatæ: ſpica deglutita ex vulnere femoris extracta. In vulneribus pectoris negat fiſtulas (cannulas) requiri; flammulam tantum in partem inferiorem dat; cæterum vulnus bene elutum conſuit, duodecimo die flammulam abjicit. Vulnera pulmonis ſanavit, cum æger vix ſpiraret. Cum ſagitta veneno tincta eſſet, ignem adhibuit. Aliud vulnus pectoris ſanavit, per inciſionem aditu ſibi aperto, enormi copia lymphæ effluente. Jecore & liene rupto hominem ſanavit. Varia etiam alia mala præter vulnera tangit, ulcera, pedem diſtortum, quem propria machina correxit. In cancro amputando ſola manu utebatur. Exempla inſignium curationum. Medicamenta.

PETRUS PAULUS PERNUMIA. EJ. *Nova & plane ſingularis omnibus totius corporis humani adfectibus præternaturalibus medendi ratio.* Venet. 1574. 4. Francof. 1596. 8.

MAURITIUS de la CORDE, CORDÆUS, Rhemenſis, HIPPOCRATIS *libri I. de morbis mulierum interpretationem & explicationem* edidit Paris 1585. fol. tum in *Gynæceorum* C. BAUHINI & SPACHII collectione. Feminæ gravidæ ab equo percuſſæ uterus exulceratus eſt; & ſceleton pueri exiit, ſervata eſt tamen femina, parcius tantum menſtruata. Collectio ſectionum Cæſarearum. Cancer labiorum ſanatus gallinis impoſitis. Cucurbitulis ſecundum ductum ureteris deorſum ductus calculus. Dederat etiam Paris 1574. 8. HIPPOCRATIS libellum περὶ παρθενίων

EJUS etiam & ARNULPHI de l'ISLE eſt diſputatio: *Eſtne a cerebri tromate, quam a cordis vulnere mors ocyor.* Paris 1585.

*Traité des arquebuſades, contenant la vraie eſſence du mal, & ſa vraie curation, par certaines & methodiques indications: avec l'explication de pluſieurs problemes touchant ces matieres. Plus, des cures, en forme d'epitre touchant la curation des*

*des arquebuſades. Epitome de la therapeutique des arq. Tr. des bruslures. Le regime des bleſſes* Lion 1574. 8. Du Verdier.

Nic. le Grand & Nic. Lambert, *non E. ſuffuſionum omnium eadem curatio.* Paris 1574.

Everart Aragon, & Joh. Girard: *E. ex tumoribus præter naturam ſola ſuppurat phlegmone.* Paris 1574.

§. CXLVI. Varii.

Joh. Banister, Oxonii licentiatus, Nottinghamiæ ſedem fixit. Edidit London 1575. 8. *a needfull new and neceſſary treatiſe of ſurgery briefly comprehending the general and particular curation of ulcers.* Deinde *compendious chirurgy gathered and translated eſpecially out of Weker* Lond. 1587. 12. Ej. *Antidotary chirurgical containing variety of all ſorts of medicines.* ib. 1589. 8. Hæc omnia recuſa fuerunt, & cum *a book of tumors, of wounds, of fractures and luxations* edita. Lond. 1633. 4. Tanner.

Antonii Perez, Luſitani, *ſuma i ezamen de Cirurgia con expoſicion breve da alcunas ſentencias de* Hippocrate Complut. 1575. Saragoſſ. 1604. Valent. 1649. Cap. de Vila.

Andreæ Alcazar, medici & chirurgi in oppido Guadalaxara, *Chirurgiæ* libri VI. *in quibus multa loca obſcura antiquorum & recentiorum interpretantur* Salamanticæ 1575. fol. & inter M. ſ. H. Sloane n. 8936. Cat. M. ſ. angl. Vulnera capitis, nervorum, thoracis, abdominis, tradit præter morbum Gallicum. Addit Portalius, multum uſum eſſe Guidone de Chauliac, proprium inveniſſe trepanum, turundas in vulneribus abdominis rejicere.

Ej. *de vulneribus capitis* . . . . 1582. fol. Lind.

In Cornelii Gemmæ *naturæ divinæ characteriſmis* Antwerp. 1575. 8. *. editis vulnera aliqua gravia curata recenſentur; etiam cum pulmonis pars ablata eſſet. Pars tenuis inteſtini reparata. Putrefacti inteſtini abſceſſus in abdomen patens.

Horatii Augenii *de medendis calculoſis & exulceratis renibus* Cameriaci 1575. 4. Calculi oleo vitrioli curati exemplum.

In l. *de embryone petrefacto Senonenſi* Venet. 1595 ut puto reperiri feminam gravidam, cum ſigna partus evanuiſſent inciſam, in qua aperta uterus gangrænoſus, rectum inteſtinum ulceratum, cum apertura per quam fetus exierat.

Ej. *Epiſtolæ medicæ* Venet. 1602. 1605. fol. Cæſaream ſectionem in mortua femina fecit. Calculus adnatus. Cerebri abſceſſus ſanati. Quotannis bajulos laſſitudinem percipere in humeris, quæ ſcarificando tollatur.

In l. X. *de ratione curandi per ſanguinis miſſionem* Turin 1584 4. * liber nonus huc facit, quo de arteriotome dicitur, eaque tota rejicitur, deinde venæ ſectionis encheireſis, inſtrumenta, locus traduntur.

In

In l. X. de hirudinibus, ſcarificatione & cucurbitulis agit.

Cornelius Schylander edidit *practicam chirurgiæ* Antverp. 1575, ut lego, aut 1577. 8. ut Boehmer. Non eſſe magni momenti Portalius.

Victoris Trincavellii *opera omnia.* In iis *conſilia* Lion 1586. f. 1592. f. Venet. 1599. f. Eadem ſeorſim Baſil. 1587. f.

Ej. *de ratione curandi particulares adfectus* Venet. 1575. fol. Habet etiam chirurgica. Laudat Gallum, qui Venetiis cereis candelis urethræ vitia feliciter curet.

Guill Cappel & Ever. Aragon *E. ut renum, ſic veſicæ lithiaſis curabilis* Pariſ. 1573.

## §. CXLVII. Josephus du Chesne.

Vulgo Quercetanus cum addito titulo S. *de la Violette*, in verſiculis etiam vocatur D. de *Morcacé* & de *Lyſerable.* Chemicus. Ejus *ſclopetarius, ſeu de curandis vulneribus, quæ ſclopetorum & ſimilium tormentorum ictibus accidunt* Lion 1576. 8. 1600. 8. * Gallice *traité de cure générale & particuliére des arquebuſades* Lion 1576. 8. Paris 1625. 8. Rast. Utique glandes plumbeas veneno imbui poſſe, etſi vulgo neque ipſæ ſint venenatæ, neque ſtlopetarius pollen. Curationes (ex Palatii conſilio) tepida in fomentis adhibita peractas laudat, & utilitatem, per ſua etiam experimenta confirmatam, oſteocollæ in fracturis oſſium. Sanatus oleo & aceto, cui putabatur hepar læſum eſſe. Brachium totum a majoris tormenti ictu confractum & tamen ſervatum. Non debere in amputando feſtinari. Contra arcta vulnerum vincula. Thermarum uſus ad inducendam cicatricem.

Cum l. *de priſca philoſophiæ & veræ medicinæ materia* Lipſ. 1613. 8. * Conſilia ad arthritidem & calculum.

Franciscum Martel de curatione vulnerum a bombardis inflictorum citat Paschalis Gallus; annum non addit.

In Desiderii Jacot commentariis ad Coaca Hipp. præſagia, aliqua huc faciunt. Sanatum vulnus inteſtini & diaphragmatis, tum aſperæ arteriæ.

J. Brabo de *Piedra Hitta*, *de hydrophobiæ natura, cauſis atque remediis* Salamanticæ 1576. 8. 1588. 4.

Adam Bodenstein a Carlstad *heimlicher Rathſchlag zu curieren, Peſtilenz, Bruſt Geſchwür* Baſil. 1576. 8. Ej. *Wartung der Kranken ſo mit dem Podagra und Stein behaftet ſind* Amberg 1611. 8. Ej. *Zahnarzney* Francf. 1576. 8. Lehm.

Abr. Werner *de colica paſſione, calculo renum, calculo veſicæ* Witteb. 1576. 4. Riv.

## §. CXLVIII. Varii.

Dominici Leonis, Luccenſis, Profeſſoris Bononienſis, *ars medendi humanos, particulareſque morbos a capite ad calcem* Bonon. 1576. fol. Portal, 1583. fol. * Longum opus, ad morem veterum ſcriptum; continet etiam morbos oculi, aurium, narium, oris, dentium, uvulæ; ulcera mammarum, ani, uteri, renum; veſicæ lapidem; partum difficilem. Quinque in veſica fellea vidit calculos a Fallopio demonſtrari. Calculum apparatu parvo ſecare docet, cum ubique fere veteres ſequatur, ut etiam pede præeunte ſe offerentem fetum repellat.

Video etiam citari ejus *methodum medendi tumores præter naturam* Bonon. 1562. 4. Boehmer.

J. Jacobi Wecker *medicinæ utriuſque ſyntaxis, ex Græcorum, Latinorum Arabumque theſauris collecta* Baſil. 1576. 8. 1582. fol. B. B. Chirurgia methodo tabulari expoſita.

In ejus *antidotario* Baſil. 1585. 1588. & in L. V. *ſecretorum* Baſil. 1592. 8. B. B. chirurgica etiam tractantur, arcana principum nonnullorum medicamenta, etiam nugaces talismani.

Ej. *lib. de unguento armario* exſtat in collectione de pulvere ſympathetico Nurnberg 1662. 4.

Matthiæ Narvatii, Aragonici, *Sylva ſententiarum ad chirurgiam pertinentium, ex libris* Hippocratis *deſumta, & nova quædam inſtrumentorum genera, quorum uſus eſt in curandis capitis vulneribus neceſſarius* Antverp. 1576. 8. Genev. 1632. 8. * Compendium doctrinæ Hippocraticæ ad vulnera, ulcera, tumores; aliqui loci communes. In poſteriori editione nulla reperias inſtrumenta.

## §. CXLIX. Laurentius Joubert.

Cancellarius Monſpelienſis, vir acuti ingenii.

In tr. *de affectibus pilorum & cutis præſertim capitis* Lion 1577. 8. 1578. 16. Lind. de puſtulis agit, & de achoribus; deinde de tonſillarum vitiis & faucium ulceribus & uva. In tr. *de pectoris adfectibus* meminit ſanati vulneris arteriæ aſperæ.

Ej. *Sentence de deux belles queſtions ſur la curation des arquebuſades & autres playes* Gunz. Lyon 1581. 8. ed. III. video laudari. Ea vulnera negat eſſe venenata, aut glandes ſtlopetarias urere. Suppurantia & deterſiva adhiberi debere.

Ej. *Queſtions des huiles traitées problematiquement* Monſpel. 1578. 8. Gunz.

In Tr. *de vulgi erroribus*, latine edito Antverp. 1600. 8, prius vero Gallice Bordeaux 1579. 8. deinde Rouen 1601. 8. * &c. aliqua huc referas ex libro IV, quo agitur de partu. Negat oſſa pubis diſcedere, ut fetui viam aperiant, & ſuperſtitioſa aliqua auxilia deridet, quibus mulierculæ parturientes feminas conantur

tur adjuvare. Sic in tr. *des remedes metaphoriques & extravagans*, ubi etiam lithontriptica refutat, tum ſanguinem compeſcentia, alia.

Idem, uti diximus, GUIDONIS chirurgiam in meliorem formam reſtituit, & eo opere paulo ante mortem ſe abſolvit edito Lion 1585. 4. * Gallice, Lion 1592. 8. 1659. 8. HO. 1692. 8. FALC. & vertente SIMONE MINGELOUSEAUX Paris..... Bordeaux 1663. 8. 2. vol. adjecit adnotationes ſatis fuſas, fere ad harmoniam GUIDONIANORUM cum aliorum chirurgorum ſcriptis pertinentia. Bronchotomiam laudat. Reperias ibi teſtimonium, tendines frequenter conſui, nervos vix unquam, & puto nunquam, quis enim auſit ſentientem acerrime particulam violare, cujus vulneri graviſſima ſymptomata continuo ſuperveniant. Carpi oſſiculi luxationem recenſet, quod per abſceſſum exiit, ex quo deinceps & carpi & metacarpi oſſa carie conſumta prodierunt: ſanatum tamen eſt ulcus auctore TANAQUIL GUILLAUMET. Addit frequens eſſe malum.

ISAACUS JOUBERT, LAURENTII fil. commodum ſubjecit dictionarium, quo voces barbaras GUIDONIS interpretatur, Arabicasque. Inſtrumentorum magnam varietatem ſubjecit, ſumtorum ex PAULO. Conf. p. 160.

## §. CL. VARII.

OMNIBONI FERRARII *de arte medica infantum* Brixiæ 1577. 4. * Habet etiam morbos externos, frenuli inciſionem, calculum veſicæ, hernias, ambuſta, hydrocephalum, ejus inciſionem.

J. RIOLAN, pater, *ad impudentiam quorumdam chirurgorum, qui medicis æquari, & chirurgiam publice profiteri velint, pro veteri medicinæ dignitate apologia* Pariſ. 1577. 12.

EJ. *chirurgia* 1601. 8 *. præfatus eſt J. JESSENIUS. Compendium parum utile.

Hoc, nempe anno 1577. magnæ lites medicos inter & chirurgos Pariſinos exarſerunt. Prodierunt pro medicorum cauſa *Satyra*, quæ putatur eſſe GUILIELMI BALLONII, *in perfrictam quorumdam chirurgorum a medicis defectionem* Pariſ. 1577. 12.

*In chirurgos e medicato mendicantes auſibus auxilio medicorum famæ oblatrantes.* 1577. 12. non rectus, ut puto, titulus.

*Comparatio medici cum chirurgo.* 1577. 8.

*Apologia philoſophiæ ad impudentiam quorumdam chirurgorum.* 1577. 12.

*Chirurgi medicorum famæ oblatrantes.* 1577. 12.

*Comparatio medici cum chirurgo ad caſtigandam quorumdam chirurgorum audaciam, qui nec poſſunt tacere, nec bene loqui.* 1577. 12.

*Examen barbaræ & inſulſæ chirurgorum reſponſionis.* 1577. 17.

*Et Examen pluſquam barbaræ & monſtroſæ reſponſionis chirurgorum.* 1577. 12. Laudat hæc duo examina PORTALIUS.

Pro chirurgis

*Animadverſio in ſycophantæ cujusdam & chirurgis injurii medici libellos duos, impoſturis ſcatentes, quorum alteri apologia philoſophica, alteri comparatio medici cum chirurgo nomen eſt* Pariſ. 1577. 12.

Hæc omnia PORTAL.

PETRI de la MER & J. de GAYETTE *E. ulceris curatio ſiccatio* Pariſ. 1577.

BARTH. PERDULCIS & TH. SCOURION *E. calidum vulneribus capitis amicum* Pariſ. 1577.

## §. CLI. VARII.

RAYMOND FILLIOLI, M. D. Cadurcenſis, *traité des playes faites par arquebuſades & tous batons à feu, avec leur cure & remedes ſecrets expérimentés* Paris 1578. 8. du VERDIER.

CHARLES NEVEU, chirurgi in Compiegne, *les aphoriſmes & canons de chirurgie, recueillis* d'HIPPOCRATE, ARISTOTE, GALIEN, CELSE, NIC. GODIN, *& autres. Plus, aucunes annotations ſur le premier livre de ces aphoriſmes* Paris 1578. 16. VERDIER.

Hoc anno FRANCISCUS VERTUNIANUS HIPPOCRATEM *de vulneribus capitis* edidit Pariſ. 8. addito Græco textu, *cum ejusdem ſuarum caſtigationum explicatione* Pariſ. 1578. 8. MEAD. Cæterum VERTUNIANUS aliquas etiam ſuas habet adnotationes: duram meningem ad pus emittendum ſuadet incidere.

J. JUSTUS SCALIGER ſub nomine NICOLAI VINCENTII Pictavienſis animadvertit *in Epiſtola ad dictata* J. MARTINI *in* l. HIPP. *de vulneribus capitis*: Reſpondet J. MARTINUS in *reſponſ.* ad JOS. SCALIGERI *Epiſtolam* Pariſ. 1578. 8. FALCONET.

JULII PALMARII *de morbis contagioſis* L. VII. Pariſ. 1578. 4. LIND. Frf. 1601. 8. * In libro de morſu canis rabidi teſtatur valde contagioſum eſſe, ipſumque ſtramen inficere, in quo animal eo morbo adfectum decubuit. Alexipharmacum deinde valde compoſitum proponit, quod exſpectationem nunquam fefellerit. Id ſe habere a JACOBO SYLVANO domino de Pyrou.

In *Viatrico novo ad omnium fere particularium morborum curationem* a C. WOLFIO edito Tiguri 1578. 8, aliqua ſunt chirurgica ad hernias, rhagades.

NICOLAS POGET, chirurgus Monſpelienſis, edidit Avenione 1578. 8. * *Apologie contre* JOSEPH *du* CHESNE *pour* LAUR. JOUBERT, *touchant le probleme s'il eſt poſſible d'envenimer les balles d'arcbouze, & que le venin en ſoit porté dans le corps.* Primum locus QUERCETANI excuſus eſt, quo contendit, utique plumbeas ſphærulas poſſe veneno imbui, adeo enim parum caleſcere, ut ab eo tepore venenum

venenum difflari nequeat. Sagittas etiam venenatas citat POGETUS, & putat utique extus venenum poſſe plumbo oblini, idque ſuum effectum producere, niſi ab igne diſſipetur. Intus autem in plumbum venenum niſi minerale recipi non poſſe, cum fuſioni neceſſarius ignis animale aut vegetabile venenum continuo diſſipet. Ceram duriorem in ſclopeto non liqueſcere.

J. MARTIN & PETR. ARTHUYS *E. cancer occultus incurabilis* Pariſ. 1578.

PETR. MONAVIUS *de dentium affectibus* Baſil. 1578. 4. *

In LERYI hiſtoria Braſiliæ varia huc faciunt. Ipſe a ſcorpio ictus, magnos per 24. horas dolores paſſus eſt. Indigenæ puellas puberes ſcarificant, ita menſes avertuntur.

## §. CLII. JUL. CÆS. ARANTIUS.

Bononienſis, BARTHOLOMÆI MAGGII avunculi ſui diſcipulus, celebris anatomicus. Ejus in HIPPOCRATEM *de vulneribus capitis brevis commentarius* Lugdun. 1579. 8. Leid. 1639. 12. *, in qua editione CLAUDII PORRALTI adnotationes marginales acceſſerunt, qui has ſui præceptoris prælectiones edidit. Commentarius fere paraphraſticus eſt. Cauſas enumerat, quare vulnera capitis funeſtum ſortiantur eventum.

Adjicit ARANTIUS prætermiſſa ab HIPPOCRATE de contuſis puerorum capitibus. Non facile debere puerorum contuſa capita aperiri, cataplaſmatibus enim farinoſis ea obſequi.

EJ. l. *de tumoribus præter naturam* Venet. 1581. 4. 1595. 4. * cum obſervationibus: liber datus a. 1586. Experimenta ſua ubique citat, plurimus tamen eſt in medicamentis. Forcipem excogitavit ad polypum narium evellendum, deſperatione quadam adductus, cum medicamenta a veteribus commendata potius nocere videret. Cancrum incipientem ſolis medicamentis ceſſiſſe vidit. Glandulas meſenterii ſæpe tumidas vidit. Primus penis diſtortionem deſcripſit, a nimia venere ortam. Fiſtulam ani ſæpe ferro ſanavit. Feliciter ſe candentibus ferramentis in ozæna uſum. Aquam de abdomine parce & repetito debere educi, cannulam in vulnere relinqui. In fiſtulas turundas non debere immitti, quæ eas reddant calloſas.

In *obſervationibus* meminit partus difficilis ab oſſibus pubis introrſum gibbis.

TANNEGUY (TANAQUIL) GUILLEAUMET, chirurgus Nemauſenſis. EJUS eſt *queſtionnaire des tumeurs contre nature, neceſſaire à ceux qui veulent parvenir à la connoiſſance de cette partie de la chirurgie, contenant les cauſes ſignes & curations en général* Lion 1579. 16. VERDIER.

EJ. *traité de chirurgie pour guerir les playes d'arquebuſade par* JAQUES VEYRAS & TANNEQUIN GUILHEMET, *avec les avis de* LAURENT JOUBERT Lion 1581. 8. ASTRUC.

Ej. *replique à la reponſe de* Maitre Jacques Veyras D. M. *ſur la refutation & diſpute entre eux debattue quant à la nature des arquebuſades* Lyon 1590. 8. B. B. Utique caleſcere pilas, glandeſque plumbeas de ſtlopo emiſſas & exurere, cumque fulmine adfinitatem iis intercedere. Neſcio quem balſamum Paracelſicum cujuſque partis corporis admittit, a quo ea ipſa læſa reſtituatur. Femina a fulmine occiſa, cujus in utero geſtus puer nihil ſit paſſus. Venenum eſſe in ſtlopetariis vulneribus. Vinu m vulneratis non nocere.

Male D. Vairas unicum in omnibus vulneribus medicamentum deprædicare.

Ej. puto eſſe *Xenodochial c'eſt-à-dire hoſpitalier* Lyon 1611. 8. Theveninum nominat. Portal.

An Ej. l. *des ouvertures & ulceres ſpoutanés* Lion 1611. 8.

Simon de Provenchieres, Lingo, Medicus Senenſis, cum Fernelii chirurgia, quam Gallice vertit, edidit *notulas breves & methodum chirurgicam* Paris 1579. 16. Idem etiam 1576. 8. chirurgiam J. Houllier Gallice edidit.

Dominique Reulin *chirurgie en cinq livres; par bon ordre & facile methode* Paris 1579. 8. Bur. 1580. Du Verdier, Falconet. Medicus fuit Burdigalenſis.

William Bulleyn (alius a Richardo), a *little dialogue between two men the one called ſoreneſſ* (vulnus) *and the other chirurgici concerning apoſtumations and wounds* Lond. 1579. fol. Dougl.

Petrus Paulus Pereda, Valentinus. Ej. eſt *praxis medicina, ſe arts medendi* Barcinone 1579. 8.

Gualther Bruele *theoria & empirica familiariſſima* Antverp. 1579. fol.

## §. CLIII. Varii.

J. Udalrici Rumler, Gasseri ex filia nepos, pariter medicus Auguſtanus, Jeremiæ Martii ſucceſſor, vir gratioſus & illuſtris. Vulnus prope umbilicum cum maxima ſanguinis jactura. Ex lapſu mira mala, etiam veſicæ urinariæ inflammatio & abſceſſus. Vulnus ſclopetarium ſero conſolidatum, expulſa denique petia. Acus ſero de vulnere exeuns. Vulnus capitis ſero funeſtum, ſanguine ſub cranium effuſo. Calculi veſicæ exemplum, qui evidenter ex rene deſcenderat. Vulnus inteſtini ſanatum. Ex dente evulſo maxima hæmorrhagia & pallor perpetuus. Florentiæ omnes perire, quibus caput læſum fuerit. Accuſat nimis ſtrictam victus rationem. Cartilago ſcutiformis præſecta abſque morte ægri. Sarcocele cum caſtratione curata.

*Oobſervationes medicæ*, quas nunc dixi, cum Welschio editæ 1668. 4. *.

Tum *miſcellaneæ obſervationes, conſilia & epiſtolæ*, etiam cum Welschii centuriis IV. Ulm 1676. 4.

Denique *collectanea experimenta* cum WELSCHII *curationibus exotericis* excuſa ib. 1676. 4.

JOSEPH CALVO *primera y ſegunda parte de la chirurgia univerſal y particular del cuerpo humano* Sevilla 1580. 4. Madrit 1626. fol. & MEAD.

EJ. *Chirurgia de* GUIDO de CAULIAC *con la gloſſa de* FALCO *corregida y emendada* Valent. 1596. fol.

NICOLAUS *Pois* ſ. PISO, Lotharingus, in *l. de cognoſcendis & curandis præcipue internis humani corporis* morbis Francfurt 1580. fol. 1585. 8. *. editis, ad morem veterum aliqua interponit de morbis oculorum, calculo renum & veſicæ, ubi de lithontripticorum poteſtate dubitat. In partu non oſſa pubis hiſcere, ſed coccygem retrorſum cedere.

JOHANNES HESTER, chirurgus Londinenſis, varia Anglice reddidit. L. FIORAVANTI tr. de *chirurgia* Lond. 1580. 4. & ejus *compendium ſecretorum rationalium* Lond. 1582. 8. TANNER. PARACELSICA ab a. 1580. 8. Deinde QUERCETANI *ſclopetarium* Lond. 1590. 8. Scripſit etiam *the pearl of practice, or practiſen or pearle for phyſic and chirurgerie* Lond. 1594. 4. librum a morte auctoris a JAC. FORRESTER editum. Edidit etiam *ſpagiricum antidotarium contra vulnera ſclopetaria* Lond. . . . . 8. TANNER.

RENE' THIONNEAU, medici, *hiſtoire etrange d'une femme qui a porté un enfant* 23 *mois & qui enfin a été tiré par le côté os a os* Tours 1580. 8.

GERMANUS COURTIN, medicus Pariſinus, cui ſchola medica cadaverum diſſecandorum opportunitatem debet, edicto Regio an. 1540. impetratam, vertit STEPHANI GOURMELIN *guide des chirurgiens en III. livres* Paris 1580. 8. du VERDIER. Prælectiones ad a. 1587. dedit chirurgicas & anatomicas, magno plauſu exceptas, quas, cum ſcriptæ inter ſtudioſos oberraſſent, denique a morte viri STEPHANUS BINET chirurgus edidit cum titulo, *leçons anatomiques & chirurgicales de* G. COURTIN Paris 1612. fol. *. Lion 1630. 4. Magno volumine univerſam tradit chirurgiam. Veterum potiſſimum placita expoſuit & medicamenta Harum prælectionum liber VIII. eſt de apoſtematibus; liber IX de vulneribus in univerſum; lib. X. de vulneribus capitis; l. XI. de vulneribus ſigillatim; l. XII. de fracturis; lib. XIII. de luxationibus; l. XIV. de medicamentis. In tribus, quos legi libris, vix quidquam reperi, præter collectanea ex Græcis & Arabibus.

J. IGNACII BOSCII *de lapidibus, qui naſcuntur in corpore humano & præcipue renibus ac veſica, & ipſorum curatione* Ingolſtat 1580. 4.

REMBERTI DODONÆI *medicinalium obſervationum exempla cum hiſtoria vitis vinique prodierunt* Coloniæ 1580 8. * Lion 1583. 12. HEIST. Huc faciunt adnotationes de cerebri concuſſione funeſta, de effuſo intus ſub calvaria ſanguine; de calculis veſicæ hortatu VESALII excíſis, adhærentibus; de calculo de muliere ſponte excidente.

EJ.

Ej. *Exempla medicinalium obſervationum* Harderwyck 1621. 8. *. Pluſculæ chirurgicæ. Os petroſum fiſſum. Magna ſymptomata, cum ſola cutis capitis læſa eſſet. Sopor funeſtus ex punctorio cerebri vulnere. Hydrophobia ſexta a morſu hebdomade ſuperveniens. Gula a ſpinis piſcis inflammata. Pulmonis calculus, Hydrocele a renali vitio. A calculo iſchuria. Anevryſma funeſto errore apertum.

## §. CLIV. Franciscus Rousset

Medicus, vir inſignis. Ej. *Traité nouveau de l'hyſterotomotokie, ou enfantement Ceſarien* Paris 1581. 8. Latine vertente C. Bauhino Baſ. 1582. 8. 1588. 8. *. hyſterotomotokiæ titulo, tum 1592. 8. B. B. Paris 1590. 8. Bur. Francf. 1601. 8. *. cum titulo *exſectio fetus vivi ex matre viva.* Reperitur etiam in *muliebribus* Bauhini.

Ej. *Aſſertio hiſtorica & dialogus apologeticus pro Cæſareo partu* Paris 1590. 8. & cum editionibus poſterioribus.

Ej. *Brevis apologia pro partu Cæſareo in dicacis cujuſdam chirurguli theatralem invectivam* Paris 1598. 8.

Poſteriores libellos non vidi, ſed princeps illa ὑστεροτομοτοκία egregius eſt labor, cordate & maſcule ſcriptus, cujus eo ſeculo nihil prodiit ſimile. Primum ad incidendum vivæ matris uterum in difficultate pariendi inſuperabili Chirurgorum ſpem erigit, per exempla vulnerum & ulcerum uteri feliciter ſanatorum, ipſius etiam inciſionis uteri ſuperſtite matre inſtitutæ. Modum etiam docet, quo id opus chirurgus adgredi poſſit. Propriam hiſtoriam habet uteri prolapſi, inverſi, vinculo intercepti, exſecti. Uterum cauterio apertum vidit J. Albosius. Nihil in tota inciſione lædi, cujus violati magnum ſit periculum. Exempla fetuum, qui intra uterum contabuerunt, & quorum oſſa aut per inciſum uterum, aut per eundem abſceſſu apertum exierunt, gangrænæ demum uteri non feralis, & exciſi uteri exempla. Eſſe, quæ poſt inciſum uterum conceperint, pepererint; per peſſum quæ conceperint. Peſſo poſt ſectionem uteri prolapſum impediri. Gaſtroraphiam veteribus non ignoratam, ſed dudum obſoletam, deinde deſcribit, ut peritonæi ingens a ſectione Cæſarea vulnus conſervere poſſit. Porro herniam incarceratam.

Denique calculi ſectionem docet, quam vocant apparatus alti: eam putat a chirurgis Pariſinis Ludovici XI. tempore fuiſſe factam, deinde a P. Franco. Cultrum jubet adigi inter rectos muſculos, qui ſupra os pubis aliquo diſtant intervallo. Calculum etiam de rene feliciter exciſum fuiſſe per exempla oſtendit. Veſicæ vulnera rariſſime lethalia eſſe.

Multa huic libro Caspar Bauhinus adjecit, vir illuſtris, etſi alio, quam ad chirurgiam, ſua ſtudia convertit. Primum *appendicem* adjecit, in quo exempla ſectionis Cæſareæ in Helvetia, & decimo jam ſeculo, deinde nuper adminiſtratæ: veſicæ abſque funeſto eventu læſæ; uteri cum ſuo fetu contabeſcentis, denique reſecti,

reſecti, extracti per umbilicum fetus, etiam in vaccis. Peſſi aliqui. CORNACIS, ALBOSII & PROVANCHERII libellos una excuſos alias diximus. Inteſtini etiam vulnerati & ſanati.

IDEM edidit a. 1586. 4. 3. vol. * collectionem muliebrium, in qua MOSCHION, TROTULA, N. ROCHEUS, J. RUFF, MERCURIALIS, J. B. MONTANUS, ALB. BOTTONUS, FR. ROUSSET, ALBUCASIS capita aliqua, & MAURICIUS CORDÆUS reperiuntur.

IDEM in l. *de lapide Bezoar* Baſil. 1613. 8. *. 1625. 8. de aliis etiam per corpus animale lapidibus agit. Aliquæ ejus ſunt obſervationes inter Schenkianas.

## §. CLV. ALII.

ALEXANDER DIONISE, chirurgus & *tonſor* Vindocismenſis. EJ. eſt *Traité & reponſe propoſée par* d'ANGARON & MARTEL *chirurgiens du Roi*, *& decidée par* L. JOUBERT *à ſavoir ſi avec la ſeule eau froide & ſimple on peut guerir tant les playes des harquebuſades qu'autres* Paris 1581. du VERDIER.

GEORG SALMUTH *de ſuppurandis capitis vulneribus membrana detecta* Lipſ. 1581. 4. *

EJ. *Quæſita quædam chirurgica* Lipſ. 1585. 4.

PHILIP. HARDOUIN de S. JACQUES & JACOB HERAULT *Ergo inter capitis τρωματα, βρεγματος periculoſa* Pariſ. 1581.

## §. CLVI. JACQUES GUILLEMEAU.

Celebris chirurgus Pariſinus, PAREI diſcipulus, cujus & opera edidit Pariſ. 1582. fol. *

EJUS *traité des maladies de l'œil* primum prodiit Paris 1585. 8. BUR. Germanice vertente MARTINO SCHURIG Dresd. 1706. 8. Belgice verſum a JOHANNE VERBRUGGE Amſterdam 1678. 8. * Non utiliſſimum opuſculum, etſi 113. morbos oculi diſtinguit. Veteres ubique ſequitur, & in re verſatur medicamentaria.

Editor VERBRUGGE aliquas non malas adnotationes adſperſit, ut de animalculis conjunctivam tunicam adrodentibus.

EJUSD. *chirurgie Francoiſe recueillie des anciens medecins & chirurgiens avec pluſieurs inſtrumens neceſſaires* Paris 1594. fol. * Continet primum armamentarium chirurgicum, & inſtrumenta fere ex PAREO ſumta: deinde operationes chirurgicas. In iis de vulneribus primum agit, ſubinde tamen proprias adfert adnotationes, ut de curatione vulneris ſtlopetarii, & fibulæ a glande plumbea diffractæ, quam NICOLAUS HABICOT chirurgus tonſor jam 1589. perfecit. Ipſe vidit trepanum in temporibus & ſuper ſuturas feliciter adhiberi. Inteſtina aëre tumen-

tia, quæ reponi recuſent, PAREUM acu repetito perforare. Abſceſſus jubet lanceola aperire, neque exſpectare ut ſponte hiſcant. FLORENTEM PHILIPPUM ſutura labia vulneris a paracenteſi coercere, ne aqua injuſſa effluat. Plano forcipe ſe polypum narium feliciter evulſiſſe. Labium leporinum fere ad ſaporem ſeculi noſtri curat. Arteriam temporalem poſſe ligari, incidi omnino ad venæ modum, & ſe vidiſſe feliciter ſuccedere. Arteriam ſupra anevryſma brachii detexit, ligavitque, omnino feliciter. Varices a chirurgo le JEUNE eſcharotico medicamento aduri, ut eſchara ſponte permittatur delabi. Fiſtulam ani filo comprehendit per acum introducto, qua ad ſetaceum utimur. Puerum, ut veteres, capite mavult apprehenſo extrahere, id ſi minus ſuccedat, pedibus. Artus in articulatione amputare diſſuadet, cum ejusmodi vulnus non fideliter conferveat. In amputando cutem ſuper ſedem inciſionis vinculo adſtringit, deinde ſuper tumentem artum adducit. Arteriam cum aliqua carne acu comprehendit. PAREUM ad hemicraniam & cephaleam cauterio uſum eſſe. Eſcharotica varia mitiora. In concurſu duarum ſuturarum eſcharoticum a PAREO admotum fuiſſe, & altera die cauterium. Ignis etiam auriculæ lobo admovetur. Setacea. Vincula.

Apologia pro chirurgis.

In collectione operum anni 1598 Paris fol. primum puto adparere l. *de la groſſeſſe & accouchement des femmes, du gouvernement d'icelles, & moyens de ſubvenir aux accidens qui leur arrivent.* Seorſim etiam prodiit Paris 1619. 4. 1620. 8. * 1643. 8. BUR. Et Anglice *Childbirth*, *the happy delivrance of women* London 1612. 4. Primus plenus poſt RUFFIUM de puerperio difficili liber. Atreta femina gravida, & iterum, quæ vaginam cicatricibus clauſam habebat; huic ſpeculo vaginæ ita dilatatum fetus iter, ut feliciter pepererit. Balneo, & oleo ad oſſa pubis illito, promotus partus. Quoties ſanguis uberius erumpit, continuo puer educendus, pedibus conprehenſis, etiam ſi caput præceſſerit. Hujus adminiſtrationis exempla dat feliciter ſuſceptæ; tum mortui fetus, quoties adſtantis chirurgi auxilium repudiaverunt. Si vehementes convulſiones adfuerint, perinde fetum oportere educere, ex BINETI conſilio. Exemplum lacerati uteri, cum placenta violentius evelleretur. Uncus non admovendus, niſi de morte certi fuerimus. Cultellus ad aperiendum caput hydropicum, aut ventrem. Elapſum humerum gangrænoſum amputat. Caput in utero relictum ut educatur, digito in os dato, admoto unco. Situs fetus præpoſteri, & neceſſaria auxilia. Nunquam unico pede fetus educendus. Si pedes & manus una prodierint, pedibus fetum extrahere oportet, non dirigere in caput. Fetus cum ſuo amnio in feminæ utero retentus; ſubinde prolabens ovum eductum. Sectionem Cæſaream ſe aliquoties feliciter adminiſtraſſe, ſed in mortua femina, nam in vivis quinque feminis tentatam adminiſtrationem nunquam feliciter ſucceſſiſſe, cum his ipſe auctor manum adhibuiſſet. Inter morbos puerperarum & feminarum huc facit cancer mammæ FUCHSII, medici Itali arte curatus: eſcharotico medicamento cancrum conſumebat, deinde quod exuſtum erat reſecabat. Prolapſus ani & uteri, peſſi, vulnuſcula a difficili partu accepta. Morbi infantum, etiam chirurgici. Palatum frequenter

frequenter fiſſum vidit, funeſto eventu. Alterum pollicem reſecuit. Male ceſſiſſe frenuli reſectionem. Phimoſin congenitam circumciſione quadam tollit, a D. MAYERNE doctus. Alia etiam adminiſtratione & proprio inſtrumento præputium findit. De hypoſpadiaeo curando, & virguncula atreta.

*Oeuvres de* M. GUILLEMEAU conjuncta prodierunt Paris 1598. fol. 1612. fol. Rouen 1649. fol. * In iſta editione præter priora continentur partim tabulæ, & partim alia quædam de tumoribus, tum ex COURTINI nondum editis (a. 1589.) prælectionibus particulæ, de capitis deque thoracis vulneribus. Nihil hic proprii aut novi.

In cat. L. Bat. legas *la chirurgie de* JACQUES GUILLEMEAU Paris 1557. fol. vitioſe, ut puto.

## §. CLVII. VARII.

URBANUS HEMARD, chirurgus ex Ruthenis. EJ. *recherche de la vraie anatomie des dents, & nature & proprietés d'icelles* Lyon 1582. 8. Non vidi. Non laudant, quæ de chirurgia habet, & addunt, nimium tribuiſſe medicamentis topicis.

JEAN LIEBAULT *de la ſanté, fecondité & maladies des femmes* L. III. *mis en Francois* Paris 1582. 8. Candelas ad urethram habet, arcanumque a CAROLO IX redemtum. De prolapſo utero. Connata vagina ferro aperta. Aliqua de partu difficili.

GUILL. CAPPEL & HENRIC. VISCOT *Non E. lithiaſeos renum & veſicæ eadem curatio* Paris 1582.

LUDOVICUS LEMOS, Profeſſor Salmanticenſis, in l. XII. *methodi medendi* GALENI *commentarios* edidit Salmanticæ 1582. fol. in quibus de methodo ſimpliciori curandorum abſque turundis vulnerum agit, ad APPARITII ignoti hominis conſilia, quæ noſter probat.

MICHAEL SCHENK, *de ophthalmia* Heidelberg 1582. 4. *

## §. CLVIII. GEORGIUS BARTISCH

Chirurgus ocularis & herniotomus Dresdenſis ex pago Königsbruk. EJ. ὀφθαλμοδουλεία, *oder Augendienſt* Dresden 1583. fol. * Noriberg & Sulzbach 1686. 4. Longo uſu exercitatus homo; ſuperſtitioſus idem, qui gravem oculorum inflammationem pro morbo magico habeat. Inſtrumentum invenit, quo palpebras nimis productas comprehendebat & abſcindebat, a VERDUYNIO & RUYSCHIO correctum, quod ipſum fuit litis cauſa RUYSCHIUM inter & RAVIUM agitatæ. Plurima inſtrumenta depicta dat, morborumque oculi numeroſas, novo inſtituto, icones dedit. In cataracta deponenda tritam viam ſequitur: acu ſubit ad duorum, ubi plurimum, dorſorum cultri diſtantiam a cornea tunica. Ex-

emplum habet ſubito natæ cataractæ. In medicamentaria re potius nimius eſt, & teſtimonia, non ſatis cordata conſilia ſecutus, longo ordine excudi fecit.

Latinæ verſionis codex M. S. erat inter codices FRANCISCI BERNARD B. Brit. n. 3680.

Edidit etiam *teſtimonia wie er mit innerlichen und aüſſerlichen curen vielen menſchen gerathen* a. 1599. 4. TREW.

J. JACOB MANNUS, qui diu in Ægypto & Syria vixit Arabumque curationes vidit, *de malleolorum ſcarificatione ex veterum ſententia* ſcripſit Patav. 1583. 4. Laudat ſcarificationem totius malleoli. Vinculo ſub genu injecto abſque dolore ad tres libras ſanguinis emiſit: addit, poſſe etiam ſuras percuti.

PETRUS PAULUS MAGNUS Placentinus chirurgus. Ej. *diſcorſo ſopra il modo di ſanguinar, attacar i ſanguiſughe, le ventoſe, le fregazioni e i veſicatori al corpo umano* Rom 1583. CAT. OSB. 1584. 1586. 4. 1613. 4. 1616. 4. 1626. 4. * Gallice Lion 1586. 12. PORTAL. Videtur caſtra ſecutus, nam a. 1551. in Pedemontio fuit, a. 1571. in Hiſpania, & hiſtorias curationum Romæ peractarum anni 1581. citat. Princeps opus eſt de venæſectione, quam longe numeroſioribus in venis celebrat, quam quidem vulgo fieri ſolet, etiam in poplite, ſaphena minori; ingenuus homo, qui non aliam venam velit incidere, quam a medico imperatam, etiam tunc, quando ea fere nequit ſecari. Cephalicam ſiniſtram incidit decumbente ægro, frontalem reclinato capite; ſola utitur lanceola. Jugularem venam metuit aperire. Parvam inciſionem nocere, ſanguine in celluloſam telam effuſo.

De hirudinibus fuſe, etiam intus naribus admotis, & ani venis, tum temporibus.

J. BAPTISTÆ SYLVATICI *de ſecanda in putridis febribus ſalvatella, deque noſtro in ſecandis venis modo cum antiquis comparato* Mediolani 1583. 4. * utcunque huc facit.

Ej. *de anevryſmate* Venet. 1600. 4. * Per anevryſma id intelligit, quod vocatur ſpurium, & negavit anevryſma dari, quod ab arteria dilatata ſit. Curationem a nuperis deſertam proponit, ex veteribus ſumtam; arteriam utrinque ligat, incidit, cruoris grumos eximit. Arterias vulneratas utique ſanari vidit.

Ej. *controverſiæ medicæ numero centum* Mediolani 1601. 4. magn. * Aliqui tituli ſunt chirurgici, ut n. 39. num cucurbitulæ poſſint venæ ſectionis vices tenere: reſpondet noſter, poſſe utique ſecundario totum corpus inanire. Controv. 22. dolorem adtrahere. C. 32. obſcura eſſe ſigna calculi renalis. Calculi extractionem fere Nurſinis indoctis hominibus relinqui. Contr. 56. de ſuffuſione. Contr. 94. Medicum utique manu non operari, ſed operationem dirigere. Contr. 95. Non debere chirurgiam pharmaciæ præponi. C. 96. bonum compendium venæſectionis, ut a veteribus ſit adminiſtrata. C. 97, 98, 99, 100. de calvariæ perterebratione ratiocinia & collectanea.

J. BAPTISTÆ

J. Baptistæ Carcani Leonis, Medici Mediolanenſis, Profeſſoris Ticinenſis, *de vulneribus capitis* liber abſolutiſſimus. Mediolan. 1583. 4. * Fallopii diſcipulus, nimis meticuloſi, vir inſignis, & in anatome, uti eſt notiſſimum, & in chirurgicis, cui Vesalii munus ſit oblatum. In pauperibus artem ſe potiſſimum dicit exercuiſſe, ipſe pauper. Quingentos milites ſe Mediolani curaſſe. Verboſior paulo. De vulneribus primum ſuperficiei capitis. Medicamenta emollientia rejicit, niſi quando pus jam generatum eſt, digeſtiva parce adhibet, & omittit, quam primum ſigna adſunt digeſtionis. Muſculum temporalem audacter incidit, neque convulſionem metuit, quoties os ea ſede fractum eſt. In ſtlopetariis vulneribus Maggii conſilia laudat. Fiſſuras callo repleri contra Celsum negat. Sectiones cutis Fallopianas cum punctis rejicit. Galenum in curandis ægrotis potius nimis felicem fuiſſe. Hiſtoriæ curatorum vulnerum. Cutis incidenda, quando mollis eſt aut a pericranio receſſit, tum quando ſanguis ſub cute effuſus in hepar quaſi abiit. Fracturis ceratum barbarum ſalutare eſſe. Os ſe vidiſſe repoſitum, cuti reconciliatum fuiſſe. Labella cutis non reſecanda. A ſola denudatione os non abſcedere. A carie calvaria illæſa, cute & dura membrana deſtructa, ſanguinem poſſe & lente ſub calvaria colligi, & ſubito ex magno vaſe effundi. In malignis, aquæ forti & præcipitato argento vivo multum fidit.

L. II. de calvariæ raſione & œnelæo, quod non probat. Simul & ſemel radendum, neque repetendam raſionem, cum vehementer inflammet. Rimas non valde vult eradi, neque perforationem probat, niſi os depreſſum fuerit. Blandæ curationis ſe felices vidiſſe eventus. Trepani foramen non ſatis firmo oſſe repleri. Contuſiones gravia mala facere, quæ funeſtum exitum ſortiantur, etiamſi calvariam perforaveris. Piæ, potius quam duræ, meningis vaſa rumpi, ſanguinem effuſum fluidum eſſe. Periculoſe cranium terebrari, neque eam adminiſtrationem ægrum in gravi caſu ſervare. Calamitatem non fieri, niſi ſuturis obſoletis. Unicam rimam non totam debere eradi, etſi longiſſima fuerit, & potius bis trepanum admovendum, partem utrique foramini mediam exſcindendam. Hæmorrhagiam a vaſis ſub calvaria ruptis negat fieri. Trepanum non valde probat, ne quidem ſi ſanies ſub calvaria effuſa fuerit. Elevatum feliciter os, quod depreſſum fuerit, multis exemplis confirmat.

L. III. de perforatione, ejus inſtrumentis, idoneo tempore. Perforandum in parte fracturæ profundiſſima, contra Galenum, ſive craſſum os fuerit, ſive tenue. Fungos non metuit. Prius perforandum, quam magna ſe offerant ſymptomata: periculo plena eſſe, quæ ſero adparent. Cuneolos ligneos in fiſſuras intrudit, ut ſaniei libertatem faciat effluendi. Non valde credit, gravia illa vulnera cerebri ab aliis ſanata eſſe, ſibi certe non contigiſſe adeo eſſe felicem. Putes utique chirurgis virum ſe adcenſere & diſtinguere a phyſicis. Hyeme vulnera capitis minus eſſe gravia. Qui nimis fervido oleo roſaceo ægrum ſuum occiderit. Poſt funeſtorum ſymptomatum adventum fruſtra calvam perforari. Malleo ſe raro uti, tum lenticulari inſtrumento. Siccantia debere ad os adhiberi.

 Fere

Fere perire, quibus dura membrana denigrata ſit. Contra betonicæ vires. Se feliciter uſum ceruſſa. Ad ſinciput adplicato ab imperito medico cauterio, mors.

ISAIE le LIEVRE *officine de chirurgie militaire* Paris 1583. 8. Inſtrumenta artis.

CONSTANTINI LUCAS *expoſitio in* AVICENNÆ *capita de phlebotomia hirudinibus* Ticin. 1583. 8. OSB.

RENE' BRETONNAYAU *la génération de l'homme avec autres œuvres pratiques extraites de l'Eſculape* de R. B. Paris 1583. 4. In hoc opere agitur etiam de calculo, de re coſmetica GOULIN.

SERVATIUS HERVE' M. G. *de la chirurgie* Paris 1583. 12. *reveu par* J. de MARTIGNY Paris 1647. 8. Corrigo ex PORTALIO.

J. FRID. SCHROETER *de calculo renum & veſicæ urinariæ* Genæ 1583. 4. RIV.

HIERON. KLEIN *de præcipuis adnatæ adfectibus* Baſil. 1583. 4. *.

## §. CLIX. MICHAEL GAVASSET, ALII.

Ille quidem Novellarienſis, medicus Patavinus. EJUS eſt liber *de natura cauterii & ejus accidentibus* Venet. 1583. 4. * 1584. 4. LINDEN. cum *præludiis anatomicis* excuſus. De eſcharoticis mitibus, fortioribus, acerrimis. De cauteriis, veſicatoriis, ſetaceis, fonticulis. Cauteriorum ſymptomata.

PORTALIUS citat ej. *conſilium de ſtranguria* Amſterdam 1696. 4. excuſum, in quo calculi ſectionem imperaverat.

PETRI MARTYRIS TRONI, quem CARCANUS magni faciebat, *de ulceribus & vulneribus capitis libri* 4. Ticin. 1584. 4.

PETRUS SALIUS DIVERSUS, Faventinus, in *curatione particularium morborum* Bonon. 1584. 4. * ſatis fuſe egit de canis rabidi morſu. Demorſos homines ſolida deglutire, aquam & alios humores averſari, quod cum ſummo incommodo deglutiant. Eſſe qui delirent, eſſe etiam qui integerrima mente ſint. Contra catulos in lotio viſos. Elleborum album ipſe propinat. Calculus in utero funeſtus.

In adnotationibus ad DON. ANTONIUM de ALTOMARI aliqua de partu difficili & retentis ſecundis.

EJUS etiam ſunt in AVICENNÆ L. III. *de morbis particularibus corporis humani, & eorum curatione* Patav. 1673. fol.

BARTHOLOMÆI HIDALGO AGUERRE, medici Hiſpalenſis, *Teſoro della verdadera cirurgia o via particular contra la commun opinion* Sevilla 1584. 4. 1604. 4.

EJ. *aviſo de la cirurgia contra la commun opinion, i contra* FRAGOSO. *Reſpueſtas a las propoſiciones que el* L. FRAGOSO *enſenna contra unos aviſos* CAP. de VI-

LA

ŁA. Is ergo fuerit chirurgus, quem FRAGOSUS SECUNDUS ait, omnem cranii perforationem damnaſſe.

ANDREÆ DOERER περι των εν κεφαλη τρωματων κατα τον Ἱπποκρατην. Baſil. 1584. 4.

## §. CLX. BOTTONUS. ALII.

ALBERTINUS BOTTONUS Profeſſor Patavinus. EJ. *opus de morbis muliebribus* Patav. 1585. 4. * & in *muliebrium collectionibus.* Ad morem veterum etiam de prolapſu uteri, & aliis ejus vitiis agit, ut in medicamentis totus ſit. Tabulis ornatur forte in libro II. Venet. 1588. 4, qui non eſt ad manus, in editionibus ſuperioribus omiſſis.

NERI NERII *quod in ſiniſtri lateris ſtupore a cauſa frigida oborto liceret mittere ſanguinem per ſedis venas & applicare cauterium occipiti* Neapoli 1584. 4. LIND.

*Nicolai* VOTI *intorno al tumori ed oſſi frontiſpiciali* (Ita ſcribit). Rom. 1585. Addit nihil habere proprii PORTAL.

J. BAPTISTÆ GEMMÆ M. D. Veneti, *vera ratio curationis rationalis noviſſimæ curandi bubonis carbunculique peſtilentis* Graetz 1584. 4. *. Francf. 1603. 8. *. BOEHMER Dantiſci 1599. 4. Venet. 1604. 4. has editt. habet LIND. Veſiculam carbunculi oleo fervente amburit & ſcarifat.

## §. CLXI. JOHANNES CRATO

Trium Imperatorum Archiater obiit a. 1585. Cum ejus nomine prodierunt a morte viri, LAURENTII SCHULZII opera *Conſiliorum libri* VII, & *Epiſtolarum libri* VII. Francf. 1595. 8, quo anno data eſt dedicatio, tum 1620. 8: hæc LINDEN. 1654. 8. VII. Vol. *. Paucula habet aut ipſe CRATO huc ſpectantia, aut alii medici, quorum hæc in volumina epiſtolæ congeſtæ exſtant. In L. I. de FERDINANDO I narratur, calculos reddente, male a CARRICHTERO tractato (etiamſi non videam quid aqua prunellorum ſylveſtrium valde nocuerit) Adjectus eſt huic libro HIERONYMI CAPIVACCII *de recta cauteriorum adminiſtratione libellus.* In *Conſil.* L. II. eſt de gingivis tabeſcentibus conſilium.

In L. III. *conſilium ad exulcerationem colli veſicæ, ad calculum.*

In *Epiſtol.* L. III. ANDREÆ DUDITH de *vulnere linguæ.*

CAROLUS OSLEVIUS de *luxatione imperfecta;* de fungis ex oſſibus eſſloreſcentibus primum LANGIO dictis. De eſcharoticorum variis formulis, JUSTINUS.

PETZOLD *de calculi origine & diureticorum* in eo malo noxa.

L. IV. In *Conſil.* ſcirrhoſus tumor ſupra pubem. L. V. *Conſil.* de gingivarum putredine, caſu columellæ, renum calculo, aliquot conſilia.

In

In Epiſtolis J. C. ARANTIUS narrat, ſe vivum fetum de mortua matre excidiſſe.

L. VI. iterum ad calculum, ad incipientem ſuffuſionem. In Epiſtolis GEORGIUS BEHR de cauteriorum uſu in podagra. A. DUDITH contra fabuloſam herbam, quæ ſanguinem educat: idem de lithontripticorum viribus dubitat. CHRISTOPHORI SCHILLING hiſtoria ſæpe repetita de ruſtico, cui per eroſa oſſa naſi oculus in nares deciderit, ut per eas nares videret.

L. VII. de bubonocele: capite a lapide percuſſo brachium a fractura tabeſcens; enterocele, calculi, aliquot conſilia.

Levia fere, quæ hic reperias.

SIMON PIETRE *conſilium I de facilitando partu, V de renum abſceſſu.* EJ. *de tumoribus, qui ſpeciem ſtrumæ καρκινώδεις præ ſe ferebant* Paris 1585. 8. cum FERNELII conſiliis.

Notas etiam Gallicas edidit in GOURMELINUM, & in chirurgiam PAULI a DALECHAMPIO Gallice editam Paris 4. PATIN ad SPON. Ep. 28.

CESARE BERGAMI *rationalis diſcuſſio de precautione a calculis renum & a lapillis veſicæ* Mediolani 1585. 8. MAZ.

B. COMPERAT Medici *Replique à une apologie publiée ſous le nom* d'AMBROISE PARE' *contre* M. GOURMELIN Paris 1585. 12. PAREUM ligaturam arteriæ negat inveniſſe. Alia PORTAL.

## §. CLXII. VARII.

RODERICUS de FONSECA Luſitanus, Profeſſor Piſanus. EJUS *de calculorum remediis, qui in renibus & veſica gignuntur* Rom 1586. 4. *. Calculorum differentiæ ſæpe leviſſimæ: De curatione Mariani, breviter, fuſiſſime vero de medicamentis, quo & aquas medicatas refert Tettuccianas, Piſanas. De calculo ex urethra educendo. Mors, extracto ejuſmodi calculo, per gangrænam ſuperveniens. Ex femina eductus calculus, qui erat ovi columbini mole. Calculi veſicæ ſupra quinquaginta.

EJ. *conſultationes medicæ ſingulares* Venet. 1618. 1619. 1620. 1622. fol. LIND.

JOH. VARISMANUS, Gedanenſis, *de rabidi canis morſu* Gedan. 1586. 8.

MATTHÆUS GRABISGADIUS *de renum calculo* Baſil. 1586. 4. RIV.

JULII MANCINI *tractatus duo, alter de varicibus, alter de reficiendo naſo* Francof. 1586. 8. BOEHMER.

J. BAPTISTA ZAPATA *ſecreti rari di medicina e di chirurgia* Venet. 1586. 8. 1595. 8. THOMASIUS, 1618. 8. HEISTER, 1677. 12. *. & cum titulo, *mirabilia, ſ. ſecreta medico chirurgica* Ulm 1596. 8. Germanice Lipſ. 1685. 8. HEIST. Agyrta, res ſuas venditat. Gladioli radices ad ſcrophulas laudat. HIPPOLYTUS

SEVE-

SEVERINUS præceptor, arterias incidebat adverſus oculorum inflammationes. Curandæ bracherio herniæ. Ad cancrum pulvis ex antimonio & riſigallo.

ANDREAS BACCIUS *de venenis & antidotis, & de canis rabidi morſu & ejus curatione* Rom 1586. 4. PLATNER.

GUIL. ROBINEAU & J. GEROUST *Non E. in calculi curatione catharticis miſcenda diuretica* Pariſ. 1586.

## §. CLXIII. MARC. DONATUS,

Mantuanus. Ejus *de medica hiſtoria mirabili libri VI.* Mantua 1586. 4. Venet. 1588. 4. LIND. 1597. 4. *. a GREGORIO HORSTIO aucti Francfurt 1613. 8. 1664. 8. *. Plurimæ earum hiſtoriarum chirurgici ſunt argumenti. In L. II. cæcitas ex vulnere occipitis ſubita. Solet autem noſter & ætiologiam rariorum eventuum, & ſimilia alia eventa addere. Plumbearum glandium & ſagittarum devia itinera. In L. III. Uva; Empyema tam per ſpontaneum ulcus quam per inflictum curatum. In L. IV. Fetuum in materno utero mortuorum exempla, ſi huc retuleris, quorum aliqui per vulnus uteri, alii per abſceſſum ſponte natum prodierunt, ut eædem feminæ etiam ab eo apoſtemate pepererint. Magna collectio calculorum in omnibus corporis partibus repertorum. In L. V. oſſium varia mala, vulnera majora ſanata, caries. Tumores carnoſi omnis generis. Vulnera præter fidem ſanata, cerebri etiam potiſſimum. Trepanum & cranii fractura. Sic ex ordine per univerſum corpus. Puer, cui omnia oſſa luxata. Calculi viſco obducti, ut cathetere tangi non poſſent. Vulnus ventriculi ſanatum. In L. VI. de hydrophobia & morſu canis rabidi. Caſu curati, aqua de rupto per fortuitum caſum ventre effuſa.

GREGORIUS HORST ſeptimum librum adjecit, in quo iterum putridi fetus per annum in utero geſti hiſtoriæ. De partu Cæſareo in utero prolapſo.

## §. CLXIV. VARII.

MARSILII CAGNATI, Veronenſis, *variarum obſervationum* libri IV. Rom. 1587. 4. *. Potiſſimum ad eruditas antiquitates pertinent, intercurrunt tamen aliqua noſtri ſcopi, ut oſſa fetus retenti per anum egeſta. Ad HIPPOCRATIS hiſtoriam hominis, quem currus obtriverat. Contra hæmorrhagiam ab hirudine palato adfixa.

In GEORGII BERTINI, Campani, *medicina XX. libris abſoluta* Baſil. 1587. fol. B. B. in ſerie morborum a capite ad calcem continuata, etiam chirurgici morbi occurrunt.

WALTHER CARYES *hammer of the ſtone* London 1587. AMES, nam in B. BODLEY vocatur CARIE. Medicamentum eſt lithontripticum.

Ascanius Mancinellus, Anglerienſis. Ejus *opuſculum floridum de morſu canis rabidi, ejuſque curatione* Venet. 1587. 12.

Gervais de la Touche *la trez haute ſcience de l'art & induſtrie naturelle d'enfanter contre l'imperitie des ſages-femmes* Paris 1587. 12. Multas mortes deberi imperitiæ obſtetricum &c.

## §. CLXV. Varii.

Francisci Diaz, chirurgi Philippi II. *tratado de todas las enfermidades de los rinnones i veſiga, i carnocidades de la verga, i urina* Madrid. 1588. 4. Cap. de Vila.

Anutius Foes (Foesius), ex Mediomatricibus, vir doctiſſimus. Ejus eſt *Oeconomia* Hippocratis *alphabeti ſerie diſtincta* Francf. 1588. fol. * & in editione Hippocratis Genevenſi 1657. fol. Præter laborem, quem in Hippocrate poſuit, dictionarium hic dedit, quo vocabula, etiam chirurgica exponuntur.

Gerh. Nennii, Sleidani, *compendium medicum res omnes pertractans medicæ curationi ſubjectas* Franeker 1588. 4.

Dan. Pernusius *de herniis* Baſil. 1588. 4. *. H.

## §. CLXVI. Varii.

Marci Antonii Montagnanæ, medici Patavini, *de herpete, phagedæna, gangræna, ſphacelo & cancro* Venet. 1589. 4. *. Nepos erat utriuſque Bartholomæi, patris & filii. Res ipſa ex veteribus compilata. Sæpe citat Antonium Platum Leonium chirurgum, quem valde laudat: ejus auctoritate & ſuo experimento didicit, cancrum reſectum facile redire. Curatio cancri cæterum ex Aetio abſque chirurgia.

Alterius Marci Antonii Montagnanæ, etiam medici, Portalius meminit, cujus ſunt *tabulæ anatomicæ*, & liber latino ſermone ſcriptus *de urinis, vulneribus & ulceribus*. Nihil de eo mihi innotuit.

Christoph Hieblin *tractat von der kräftigſten Arzney wieder den Gift welches der Stein Bezoar iſt* Conſtanz 1589. 8. * Nimiæ laudes virium medicatarum lapidis bezoar, ejuſque ut in capreolis Malaccæ, Ormuſii, & in inſula Vaccarum reperitur, deſcriptio Johannis Hartmanni Hyruss, qui Indias adierat, & Cochini audierat de iis bezoar ſpeciebus: præfert vero Malaccanos, quos omnibus aliis antitoxicis præponit.

Baldi Angeli Abbatii, Eugubini, *de admirabili viperæ natura* Urbin. 1589. 4. *. Habet etiam & organum, quo vipera lædit, & de curatione aliqua.

Henrici

HENRICI a BRA *medicamenta ſimplicia & facile parabilia ad calculum* Franeker 1589. 8. 1591. 8. LIND.

AUGUSTINI VASQUEZ *Quæſtiones medico practicæ & chirurgicæ* Salamanticæ 1589. Francf. 1589. 4.

## §. CLXVII. PETRUS FORESTUS.

PETRUS FORESTUS, Alcmarienſis, celebris clinicus. EJUS *obſervationum chirurgicarum* L. IX. ſeorſim prodierunt Leid. 1590. 8. 1610. 8. *. Francf. 1610. fol. & 1611. fol. Venet. 1611. fol. WACH. Redeunt in operibus omnibus Francfurt 1623. fol. 1660. fol. Rothomagi 1654. fol. & ſæpe alias cum operibus omnibus recuſæ. FORESTUS, magnus clinicus, ſolebat quamque hiſtoriam multis ratiociniis declarare, parallela etiam exempla ſubjungere, & parallelas hiſtorias. Maxima, a rerum memoria, hiſtoriarum chirurgicarum hic copia reperitur, per ſua capita digeſta. Pauca tangemus ex multis. Ipſe, cum ei a retento, dum curru vehebatur, lotio veſicæ actio periiſſet, preſſione eſt levatus. Hydrocephalus in cervice eminens, quam chirurgus filo ſtrinxiſſet, ruptus eſt funeſto eventu. Mali mortui exemplum. Vulnera a capite ad calcem, etiam viſcerum. In pulmone ſanatum vulnus. Hæmorrhagia inſignis ex omento læſo neque ligato: inde natus abſceſſus, injectionibus exacte factis denique curatus. Vulnus pectoris ſanatum, potione, ut putat optimus, valde compoſita. Sic vulnus utrinque penetrans, quale memini me Gottingæ, præter ſpem & facillime, fere ſola ſtricta victus ratione ſanaſſe. Vulnus a paſtinaca marina inflictum vehemente deligatione curatum. Arteria læſa digito compreſſa; alia cauterio. Manus pene tota abſciſſa, etiam oſſibus inciſis, tamen ſutura facta reconciliata. Vulnus leve in planta pedis, moto tetano funeſtum. Femoris luxatio irreconciliabilis. Subluxatio genu. Ex mucrone oſſeo in linguam demerſo mutitas, ſublata ſcarificatione linguæ. Pluſcula ex CARPENSI.

Deinde inter obſervationes, quæ ab anno 1589. 8. Leidæ prodierunt, pluſculæ etiam ſunt chirurgici argumenti; ipſe enim ut res ferebat FORESTUS manu medebatur. In libro VIII. cutanea mala faciei & capitis. In L. IX. interna capitis mala ex cauſa externa nata, ut caries ex fracta calvaria. Paralyſis ex ictu teli, non læſa calva, felix exemplum. Nervus in venæ ſectione ictus funeſto eventu, alius in digito ſanatus oleo terebinthinæ. Convulſio ex nervo, ut videtur, in brachio læſo. Ex vulnere colli hemiplegia totius lateris. A vulnere gulæ ſclopetario paralyſis & convulſio, tamen denique ſublata. Hic liber datus eſt a. 1590.

Liber XI eſt de oculorum malis datus a. 1591. Corneæ membranæ ruptura, & ſtraphyloma non ſanatum: ita neque aliud; ſuffuſionis aliqua exempla: eam noſter tentabat medicamentis adgredi. Ectropii ſanationes, nonnullis unguentis perfectæ. Lib. XII. aurium mala & ulcera. Sic L. XIII narium mala

Polypus alias filo celeriter adſtrictus, alias arcano epulotico tactus decidit. L. XIV dentium morbi. Lapillus ex lingua delapſus. L. XV faucium adfectus & uvæ; hæc etiam in gangrænam verſa. L. XVII de pectoris malis. Cancer mammæ.

L. XXIII anno 1596 datus de ani morbis: prolapſu, hæmorrhoidibus, condylomatibus, ficis, fiſtula, in qua FORESTUS noluit chirurgia uti.

L. XXIV de renum & L. XXV de veſicæ adfectibus. Eorum magna pars huc pertinet, & ſpectat ad calculum. Noſter fere totus eſt in medicamentis, qualia propria habebat, parum promittentia veræ efficaciæ. Veræ carunculæ exemplum. Calculi veſicæ numeroſæ hiſtoriæ. Calculus ingentis molis, qui per vulnus veſicæ dudum inciſum prodiit. Calculus, qui inciſione facta non potuit extrahi.

L. XXVI & XXVII de genitalium virilium morbis anni 1597. 8. *. Ulcera earum partium, phimoſis, nodus: teſtium tumores, ulcera. Herniæ; hæ copioſæ. Multum iterum hic medicamentorum, abſque chirurgica adminiſtratione. Hernia umbilicalis pueri ſola compreſſione ſanata.

L. XXVIII de mulierum morbis a. 1599. 8. *. Uteri cancri, ſcirrhi. Aperta cultro, cui vagina inaperta. Partus aliqui difficiles, ubi iterum ſola medicamenta ſunt adhibita. Fetus in utero retentus, paulatim, uti contabeſcebat, eductus. Secundæ iterum medicamentis expulſæ.

L. XXX de venenis duo habet capita, de animalibus morſu lædentibus, & de tarantula ſaltatrice.

L. XXXI de ambuſtis.

L. XXXII de lue venerea dicetur in clinicis.

Parcam fuiſſe chirurgorum operam ubique intelligas.

## §. CLXVIII. J. ERASTUS, PASSERUS &c.

HIERONYMUS REUSNER, poliater Nordlingenſis, circa a. 1590 vixit, & duas Centurias reliquit adnotationum & curationum, quas G. H. WELSCH Ulmæ 1668. 4. cum ſuis notis edidit. Pertinent fere ad efficaciam nonnullorum medicamentorum, etiam in chirurgicis malis, & REUSNERUS nimium forte eorum viribus tribuebat. Carunculam urethræ cereis conabatur ſuperare, oleo ſuccini & vitello oviimbutis. Cancrum in viro eſcharotico medicamento curatum fuiſſe refert, alium liquore de cochleis ſtillante, bubones peſtiferos ſcordii pulvere, vulnera ulmi liquore. Ruptorum ex conatu curatio. Ad ſcirrhos & incipientes cancros mammarum.

THOMÆ ERASTI, vero nomine LIEBER, Badenſis Helveti, profeſſoris Heidelbergenſis *opuſcula varia* Francfurt 1590. fol. *. In lib. de oſteocolla oſtendit,

ſe

ſe huic lapidi in fracturis oſſium parum tribuere. Inter conſilia eſt de calculoſo, qui fruſtra injecto ſucco citri lapillum conatus eſt diſſolvere.

In diſputationibus PARACELSICIS, de origine lapidis, de oſteocolla.

J. PETRI PASSERI Bergomatis, GABRIELIS CUNEI diſcipuli, *de cauſis mortis in vulneribus capitis & de recta eorum curatione.* Bergomi 1590. 4. *. Nuper caput læſos Bergomi plerumque interire, etiam ex non magno malo, caſu aliquos & ab aliena medicatione, ut a vinolento medicamento clanculum adhibito. Purgantia vehementiora nocere. Aerem patriæ ſuæ tenuem eſſe. Non frequentes eſſe, qui perite ſciant calvariam aut deradere, aut perterebrare. Ab incidente inſtrumento non læſa dura membrana, & tamen ſub ea effuſus ſanguis. Ex gravi lapſu pulſus cordis perpetuum ſilentium. Caries oſſis, cum tegumenta læſa non eſſent, a lignei rami ictu, ſero intellecto malo ex ſupervenientibus ſymptamatibus: pus effuſum funeſto eventu. Os colliſum deradendum, quoad naturalis color appareat. Trepano omnino prius utendum, quam ſymptomata ſe offerant. Sanati aliqui, quibus dura cerebri membrana conputruerit. Serius licet, oſſe ad diploen eraſo puri facta via, & ſalus. Contra coronata trepana: non poſſe fieri quin aſperum os relinquatur. Neceſſitas radendi, quando ſolo oſſe corrupto tamen mors ſupervenit, eraſo vero oſſe ſanitas reſtituitur. Minime male ſcriptus liber, neque imperite.

ANDREAS de LEON, Granatenſis medicus caſtrenſis, in *Examen de cirurgia, aviſos para ſangrar i purgar* Beatiæ 1590. 4. CAP de VILA: & cum alio titulo *tratados de medicina y chirurgia* 1605. 4. MANGET.

AMBROSII PAPEN *nöthiger Bericht von ſchwangeren und gebährenden Weibern* Magdeburg 1590. 8. CARLSON.

## §. CLXIX. VARII.

J. THOMAS MINADOUS *de cucurbitulis, carnis uſtione & aurium ſcarificatione, in medicarum diſputationum* L. 1. Tarviſi 1590. 4. 1610. 4.

EJ. de *corporis humani turpitudinibus cognoſcendis & curandis L. III.* Patav. 1600. fol.

GEORG. MORELLUS *de uſu ſcarificationis malleorum frequentiſſimo apud antiquos remedio a modernis, maxime ab Europæis occidentalibus neglecto* Brix. 1590. 4. PORT. Habere propria experimenta.

EUSTACHIUS RUDIUS, EJUS *ars medica de omnibus corporis humani affectibus internis & externis curandis* Venet. 1590. fol. 1595. 2 vol. fol. *. Ad morem veterum a capite ad calcem omnia corporis humani mala recenſet, oculorum morbos, alios.

EJ. *de tumoribus præter naturam* l. III. Venet. 1600. 4.

Ej. *de ulceribus* l. III. Patav. 1602. 4. *. Ad veterum undique ſaporem, nulla cum ſua adnotatione.

Ej. *de affectibus externarum corporis humani partium* l. VII. Venet. 1606. fol. Falc.

Andreas Libavius *de curatione vulnerum recentium* Jen. 1590. 4.

Ej. περὶ ὁπλιατρείας ſ. *de medicatione vulnerum, quam empirici telo aut alio inſtrumento cereato moliuntur* Jen. 1590. 4.

Ej. *tr. de impoſtoria vulnerum per unguentum armarium ſanatione* Paracelsicis *uſitata* Francof. 1594. 8. *. Impoſturas eſſe, quæ de eo unguento Paracelsus & Wittichius protulerint.

Petri Uffenbach, medici Francofurtenſis, *theſaurus chirurgiæ* Francf. 1590. fol. 1610. fol. *. Germanice 1605 fol. Gesneri collectionem auxit Pareo & G. Fabr. Hildani centuria obſervationum prima, tum l. de combuſtionibus.

Ej. *practica der Wundarzney, wie man alle Geſchwulſt, Wunden, Geſchwüre und Fiſteln, auch Beinbrüche curieren möge* (Wirsungi ut videtur opus); *daneben drey neuen Tractätlein, davon* C. Wirsung *nicht geſchrieben* Francfurt fol. Draud.

Leberlin *diſput. de ſolutione unitatis* Baſil. 8. Haen.

Michel Bapst Rochlicenſis, *neu nutzlich Arzney-Buch* Müllhauſen 1590. 4.

Ejus *wunderbare Leib-und Wundarzney* Eisleben 1596. 4. Hug. 1604. 4. Lehman. De ſanguine & medicamentis ejus jacturam compeſcentibus.

## §. CLXX. Alii.

J. Bauhin, celeberrimus botanicus, ipſe chirurgiam & obſtetriciam exercuit. Fetum pedibus ante nuperos continuo adreptis extrahebat, apud Fratrem *de ſectione Cæſ.*

Ej. *denkwürdige Hiſtorie der wütenden raſenden Wölfe und Schaden ſo ſie um Mümpelgard gethan* Mümpelgard 1591. 8. *. Tres lupi una rabie perciti, ſolis hominibus infeſti, multos peremerunt hydrophobia infectos, ſæpe diu a morſu ſuperveniente. Pluſculi aquam didicerunt bibere, neque eo minus perierunt. Plerique furioſi interierunt. Ignem noſter ſuadet admovere: multa cæterum parallelorum caſuum & medicamentorum collectio.

Apud Schenkium Idem varia habet de oſſibus capitis fractis; de calculo, de vulnere veſicæ ſanato.

*An approved practice for all young ſurgeons concerning burnings with gunpowder and wounds made with shot ſword &c.* London 1590. 4.

Jac. Marant & Jac. Cousinet *Ergo ſtrumarum, quam bubonum venereorum cura difficilior* Paris 1591.

## §. CLXXI. Prosper Alpinus,

Maroſticenſis, medicus & botanicus. In ſua *Medicina Ægyptia* Venetiis 1591. 4. *. Leidæ 1719. 1745. 4. *. edita, multa huc faciunt. In L. II. agit de variis ſanguinem mittendi modis. Ægyptii in univerſum plurimum indulgent venarum in capite ſectioni, quod frequentiſſimas ophthalmias patiantur. Venas ſecant pone aures, in oculo, fronte, temporibus, naſo, jugulo, poplite: Arterias æque frequenter in oculis, fronte, auribus manubuſque incidunt, facillime coalituras, a nummo impoſito compreſſas. Cucurbitularum loco vera taurorum cornua admovent, vitreaſve machinulas, fere ſemper cum ſanguinis miſſione ad capitis dolores, anginas, aliasque ſanguinis congeſtiones. Inde de ſcarificatione, quæ apud Ægyptios eſt frequentiſſima, in auribus, naſo, labiis, gingivis, tibiis, evacuandi ſanguinis ſcopo. Has noviſſimas ſcarificationes Alpinus ex Ægypto redux in Baſſano oppido feliciter eſt imitatus, etiam in acutis febribus, ſanguinis integra libra educta, ut omnino venæ ſectionis locum teneat. Suras aqua calida tepefaciunt, fricant, tunc incidunt, multis & repetitis inciſionibus. Sed etiam partes corporis humani tumentes & inflammatas ſcarificant, ut in podagra. Denique de uſtionibus, quas goſſypio aut lineo panno moliuntur, in arthritide, podagra, chiragra, tum ob fluxiones in capite, in empyemate. Goſſypii incenſi uſum Alpinus ferro ignito præfert. In hydropicis Ægyptii ſectione imorum crurum aquam educunt, quod auxilium noſtro, ob gangrænæ metum, ſuſpectum eſt. Lapidem de veſica extrahunt inflata urethra, cujus adminiſtrationis felicitatem noſter admiratus eſt.

In opere de *medicina methodica* nuper Leidæ 1719. 4. * recuſo, agit de venæ ſectione, de cucurbitulis, de ſcarificatione malleolorum, quam ad morbos internos laudat: de calculi ſectione, abſceſſibus, &c.

## §. CLXXII. Varii.

Hercules Saxonia, Profeſſor Patavinus, inde Bononienſis. Ejus *l. de phœnigmorum, quæ vulgo veſicatoria appellantur & de theriacæ uſu &c.* Patav. 1591. 4. *de phœnigmis* L. III. ib. 1593. 4. Lind. Valde laudat veſicatoria & ſinapiſmos, in malis nervorum, hydrope, melancholia, &c. Uſum medicamentorum veſicas cientium, quæ obſoleverant, etiam ad malignarum febrium curationem peſtisque, revocavit, adjuvante etiam Hieronymo Mercuriali. Palinodiam ceciniſſe, Terillus.

Ej. *pantheon medicinæ ſelectum* Francf. 1603. fol. & *opera practica* Patav. 1639. fol. B. B. 1658. fol. & *Prælectiones practicæ* Francf. 1610. fol. Aliqua de phimoſi, uteri procidentia, cancro, vulvæ coalitu.

Alexander Massaria, Vicentinus, Profeſſor & ipſe Patavinus. Contra Saxoniam ſcripſit *de abuſu medicamentorum veſicantium & theriacæ in febribus peſtilentialibus* Patav. 1591. 4. Lind. & *diſputationem ſecundam apologeticam* Vicentiæ 1593. 4. Lind. Veſicatoria in febribus peſtilentibus defendit auctoritatibus potius

potius quam experimentis. Jam a. 1579. 4. *. in l. cætera utili *de peſte* monuerat veſicas cientia medicamenta ad avertendum morbum valere, non ita ad ſanandum.

Ejus *Practica medica* Francf. 1601. 4. *. edente Johanne Baumann, ſæpe repetita. Morbos recenſet ad veterum morem, a capite ad calcem, hinc etiam ſuffuſionem, partum difficilem, dentium, oris, columellæ mala. Ter ſectionem Cæſaream vidit, ſemper funeſtam. Veterum, etiam Avicennæ, magnus imitator. In ſuffuſione recte monet, ophthalmica medicamenta non prodeſſe, & laudat cauteria. In univerſum vix aliquid habet huc pertinens.

In diſp. *de ſcopis mittendi ſanguinem* Vicentiæ 1598. 4. *. cucurbitularum uſum rejicit. De malleolorum ſcarificatione Ægyptia & Syriaca ex Manno & ex P. Alpini relatione: eam non valde probat. Sed & hirudines ei diſplicent. De ulceribus nonnulla.

In *operibus medicis* Francf. 1608. 4. liber de peſte redit, & de renum atque veſicæ adfectionibus.

*De morbis mulierum prælectiones* Lipſ. 1600. 8.

*Liber reſponſionum & conſultationum* Venet. 1613. fol.

## §. CLXXIII. Hieronymus Fabricius.

Quem ſolent a patria civitate *Aquapendente* diſtinguere. Diſcipulus Fallopii, medicus, inciſor, chirurgus, honoratus, longævus & dives; ſero & in ſenio demum ſuſcepit libros ſcribere. In univerſum a Severino accuſatur, quod maſculam chirurgiam, quæ ferro & igne medetur, in deſuetudinem præcipitaverit, non ut undique ferro abſtinuerit, Fehrius enim (*) teſtis eſt, Fabricium aquam per ſiphonem duobus foraminibus pertuſum ad ſexaginta libras emiſiſſe, per uterum, umbilicum etiam acu perforaſſe trajecta. Virgini hymene ferro inciſo multum fœtidum ſanguinem ſubtraxit.

Primum prodierunt ejus *prælectiones chirurgicæ*, quas J. Hartmannus Beyer edidit Francof. 1592. 8. *. 1604. 8. Lind., non probante Auctore, cum titulo *Pentateuchi chirurgici*, contracto in brevitatem boni ſenis ſermone. De tumoribus primum omnis generis, etiam de herniis. In univerſum multus eſt in medicamentis. Præcepta ceterum breviter impertit. Repercutientia in eryſipelate damnat. Ob herniam caſtrantes improbat. Cancrum in mamma ſanavit emplaſtro ſolanaceo. Ad bubonem uſtionem, etiam cucurbitulas laudat. II. Vulnera. Suturam præfert, quæ multis & repetitis punctionibus abſolvitur. Aciam ex aere fieri traducto & intorto. Olea ablegat a vulneribus, quod conglutinationem impediant. Turundas in cavo & profundo vulnere requirit. In vulnere arteriæ ultimum remedium eſſe deligationem, bis repetitam. Calamitatem ſe vidiſſe, fiſſamque

(*) *De abſinthio.*

ſiſſamque calvariam, quam partem æger non adliſerat. Vulnerato pericranio os radendum. Sibi tribuit (non bene) trepanum manubriatum cum quatuor alis. Pro trepani uſu, & pro oleo roſato GALENI. Pectoris vulnus exiguum, cum non intelligeretur penetraſſe, collecta in cavea ſanie, levatum eſſe pure cum lotio erumpente. Ut pus in pectore relictum in pelvim uſque deſcendere poſſit. Requirere turundam. Vulnus inteſtini conſuit, abſque ineptis tubulis. III. Ulcera, caries. Os corruptum radice gentianæ detegit, os eximit. Ad os vinum rubrum auſterum dat. Fiſtulas dari quas non oporteat ſanare. Per longitudinem cæterum fiſtulas aperit utique, detergente medicamento abſumit. Fiſtula ani ſyringotomo aperienda. Sibi tribuit & VIGONI conſilium artus in mortua parte amputandi. Caruncula urethræ ſuperanda cereo, cathetere. IV. Fractura in univerſum, non ſigillatim. V. Luxationes perinde. Ordinem laudes operis.

*Opera chirurgica in duas partes diviſa.* I. *Operationes chirurgicæ.* II. *Pentateuchos* Pariſ. 1613. fol. Venet. 1619. fol. LIND. Patav. 1641. fol. GUNZ. 1647. fol. *. 1661. fol. 1666. f. alii Francf. 1620. fol. HEISTER. Leid. 1723. fol. *. Lugdun. 1628. fol. Italice Padua 1672. fol. BOEHM. 1711. fol. vertente SEVERINO. Gallice Lion 1666. 8. 1729. 8. 8. vol. Rouen 1658. fol. Germanice vertente P. UFFENBACH Francf. 1605. B. TIG. vertente J. SCULTETO Nürnberg 1672. 4. B. B. 1716. fol. G. RAU. Utrumque eſt opus FABRICII ab Aquapendente cum nonnullis J. SCULTETI junioris adnotationibus. Vita auctoris acceſſit ex THOMASINO.

Pentateuchos auctus nonnullis additamentis, de vulneribus, ubi teſtimonium reperias pro naſi reparatoribus Calabris & Bononienſibus. Suturas nunc totas rejicit, præter ſiccas, ſecutus FALLOPIUM. Cauterium in concurſu ſuturæ coronalis cum lamdoide deſcribit, ut rem notam & ſalutarem; tum exuſtionem occipitis in pueris factam. Inveniſſe ſe trepanum, quatuor in corona alis. Hypoſpathiſmum aliaſque crudeles veterum adminiſtrationes ut obſoletas rejicit. Bis cultro cataractam depoſuit, & ſenſit, vitium pone uveam poni: & denique tota adminiſtratione porro abſtinuit, quod intelligeret, fieri non poſſe, quin acus cryſtallinam lentem perforaret. In fiſtula lacrumali aut ferro radit, aut urit. Lagophthalmum emplaſtris glutinantibus ſanat. Linguæ frenulum ſcalpello incidit. Uvam forfice præcidit, deinde ferro non candente confirmat. In gula quæ hærent cerea candela in ventriculum urget. Membranam meatum auditorium replentem robuſtiſſimam bis vidit, adgredi non ſuſtinuit. Illapſa in aurem ut extrahas. Poſt ſtrumam eductam glutine, non ſutura, vulnus claudit. Bronchotomen metuit, etſi laudat. Thoracis etiam perforationem obſoleviſſe; debere in cadavere ſe præparare, qui ſuſcipere velit. Fiſtulam in pectore intacta coſta curat, acu traducta filum trahente, quod ſetacei loco ſit & fiſtulam apertam teneat. Setaceo ſe phthiſicum ſanaſſe. Cancrum mammæ abſcindere non eſt adgreſſus. Mammæ nimis amplæ amputationem rejicit, tum lienis exciſionem a nonnemine commendatam. Scirrhum lienis ſe ſanaſſe ſpongiis ex aqua calcis vivæ expreſſis.

Herniæ curatione chirurgica abſtinet. Crura hydropica ferro candente vulnerat. Abdomen aperit proprio inſtrumento incurvo, & altera ex parte ſcindente: aquam exſiccat eadem ſpongia aqua calcis vivæ intincta. Calculum ut exploraret, cereo utebatur, cujus finis argenteus eſſet. Cryptoorchidem pro hernioſo habitum liberavit, adgnito ægri ſtatu. Ganglion ſanavit inciſione, ſi omnino ganglion fuit, humorem certe viſcidiſſimum eduxit. Sectionem calculi laudat, quæ fit ſuper ſyringotomum. Laudat HORATIUM Nurſinum, qui de ſene duos grandes calculos exciderit. Præputium ſtrictum turunda dilatat. CELSI adminiſtrationes reprobat. Calculum urethræ impactum abſque inciſione cochleari extrahit. Præputium a glande obtuſo cultello ſolvit. Sabinam in pulverem redactam laudat ad deſtruendas carunculas urethræ. Hernioſos bracherio conſolatur. Hymenem incidit, ſanguinem menſtruum retentum emiſit. Partum Agripparum habet pro vitioſo. Non valde curandum eſſe de retentis ſecundis, nam per anum abſcedere. Fiſtulam ani filo intercipit & ſenſim adſtringit. Hæmorrhoides urit. Artum gangræna corruptum excidit in parte mortua vivæ proxima. Varicem adſtringentibus impoſitis curat. Luxatum carpum vidit, ut oſſa libera diſcederent. Ut abſceſſus aperiat. Scalpelli varii. Folliculos integros debere extrahi: ſe tamen etiam prius ruptum enucleaviſſe. Suturas in vulneribus citat. Aciam eſſe ſuturam repetitam: neceſſariam eſſe in cavo vulnere. Contra ferulas chartaceas in fracturis. Extenſione ſenſim aucta ſe male conferveſcentem fracturam correxiſſe. Luxatus cubitus celeriter reponendus, ne fiat ancyloſis. Ulceribus ferrum ignitum ſed varie temperatum admovet. Cauſtica medicamenta non amat. Tibiæ fragmenta per aciem ſibi adpoſita coaluiſſe. Ex fractura valgi tibiam ferramentis correxit. Hydrocephalum aperit ſcalpello, cui fiſtula reſpondeat (vero *trocart*). Suam forcipem polypariam deſcribit, qua reliquiæ polypi conteruntur. In ozæna per fiſtulam cauterium ſubdit, quo ulcus exurat. Thorax pro gibboſis. Totum opus eſt quaſi perpetuus ad PAULUM commentarius.

Aliena eſſe, quæ practica cum nomine VIRI ILL. prodierunt, BARTHOLINUS (*).

In tr. *de greſſu animalium* meminit tendinis Achillis adeo firmiter conferveſcentis, ut ægrotus inſiſtere potuerit.

Tr. M. S. de vulneribus inter codices ſuos habuit FRANCISCUS BERNARD B. BRIT. n. 3671.

FRANCISCI PLAZZONI l. *de vulneribus* ſtlopetariis potius FABRICII opus eſſe MAZUCCHELLIUS ex PLACCIO.

## §. CLXXIV. VARII.

MICHAEL LARIZA Valentinus. Ejus eſt *libro de Cirurgia que trata ſobre los ll. en general, que eſcrivia* G. CAULIACO, *con un tratado, en qual enſenna el modo*

(*) *Vindic.* p. 3.

*modo de curar las carnoſidades, que eſtan en la via de la urina* Valent. 1592. 8. Saragoça 1624. 8. C. VIL.

GEORG WECKER *de lithiaſi* Baſil. 1592. 4. *.

JULII HOLDER de Murpach *Dialogus nützliche Beſchreibung eines rechten Wundarztes und ſeiner Meiſterſchaft wieder alle Zufälle, Gebrechen menſchlichen Körpers* Francfurt 1592. 4. * DRAUD. Lipſ. 1602. 8. HUTH. 1672. 8. GLAU.

A. DOERER *de ſphacelo themata* Lipſ. 1592. 4. *. HA .

NICOLAI GYER *phlebotomy, or method of healing by letting blood* London 1592. 4.

## §. CLXXV. VARII.

ANDREÆ CHIOCCI, Veronenſis, *Quæſtionum medico-philoſophicarum* libri III. Veron. 1593. 4. *. Decima quarta eſt de calculo veſicæ, quem negat perpetuo ex rene oriri: & de tumore ex GALENI ſententia.

BALTHASAR PISANELLUS in tr. *de eſculentis & potulentis* Herborn 1593. 8. * adſerit, minorum limonum ſucco Neapoli calculum de rene deturbari.

## §. CLXXVI. GUILIELMUS FABRICIUS.

A patrio pago Coloniæ vicino *Hilden* vulgo HILDANUS dictus, celebris chirurgus & medicus, JOHANNIS GRIFFONII (a) Lauſannenſis diſcipulus, Lauſannæ, Paterniaci (*Payerne*), deinde Bernæ poliater, gratioſus homo, plurimo uſu exercitatus, in rebus chirurgicis ſuum potiſſimum ingenium ſecutus eſt: inſtrumenta ad præſentem caſum idonea frequenter invenit, anno demum 1634 ſenex & exhauſtus obiit. Pius homo canticorum auctor, cui aliquas ex ſeculi ſui ſapore ſuperſtitiones condones. Anatomen pro oculo habuit chirurgiæ, & impenſo ſtudio coluit.

EJ. primus libellus fuit *de gangræna & ſphacelo, d. i. vom heiſſen und kalten Brande, oder wie es etliche nennen* ſ. *Antoni und Martialis Feuer, deſſelben Unterſcheid, Urſach und Heilung kurze Anzeigung aus* HIPPOCRATE, GALENO, *und andern fürnehmen Authoren zuſammengetragen* Cölln 1593. 8. Baſil. 1603. 8. DRAUD. 1615. 8. *. cum aliis libellis.

Latine cum 25 obſervationibus chirurgicis Bern. vel Genev. 1598. 8. ſeorſim ut videtur, Baſil. 1600. 8. Openheim 1617. 4. & cum DION. FONTANONI *practica medica* Francf. 1611. 8. Porro Lion 1658. 16. Video etiam citari editionem 1696. 8.

 Gallice

(a) Non imperiti hominis, qui prius in cadavere moliebatur difficiles adminiſtrationes, quas erat in viro tentaturus. HILDAN. ep. *ad lect. poſt nuz der Anat.*

Gallice ap. Stoer 1597. 8. Genev. 1669. 4. BB. Hæ editione Germanica minus plenæ ſunt.

Per *heiſſen brand* gangrænam, aut ſummam certa inflammationem, per *kalten brand* ſphacelum intellexit. Varia exempla habet ex variis cauſis ortæ; ex arteria pro vena pertuſa; a dyſenteria, hanc in inteſtinis; a frigore in ardente febre ſubito, quam ſcarifando ſanavit; a peſte, hanc potius ſalutarem putat; a cancroſo tumore arſenico tentato, a lotii ſtillatione. In ſphacelo ne igniti quidem ferri ullus ſenſus fuit. A ſcarifatione pedum hydropicorum funeſta gangræna; a frigore, quam nive admota ſanat. Contra amputationis rudes modos, eo ſeculo ſecuri utebantur. Contra amputationem in carne emortua primus, ni fallor, dixit, cum interna a cauſa, ut ab oſſe corrupto ſæpe multo altius adſcendat, quam ex cutis vitio exſpectes. Sanguinem cauterio cultellari comprimebat. Feliciter carpum in articulatione detruncari vidit. Vidit ſerram ab agitatione implicitam. Carnem ſurſum trahit & laqueo firmat. Initium ſecandi facit ab oſſe majori, ut a tibia. Arteriam mavult forcipe apprehendere, & acus circa arteriam decuſſatas improbat. Labia vulneris ſutura ſicca adducit. De doloribus ab amputatione natis. De funeſto eventu moliminum ad movendum artum. De funeſta dyſenteria.

Ej. *obſervationes chirurgicæ* XXV. Venet. (ita lego.) 1598. 8. Lego etiam Oppenheim, quod facilius credo. Redeunt in centuria I. Baſil. 1606. 8. *, cui titulus eſt *obſervationum & curationum chirurgicarum Centuria*. Magnæ & inſignes curationes, quarum paucas tango. Ficus cancroſus oculi exſtirpatus. Globulus vitreus ex aure propriis inſtrumentis eductus, ſpeculo, tenacula plana, cui terebellum poſtea ſubſtituit. Commotio cerebri funeſta, cum nihil extus læſum videretur. Sanati, qui partem cerebri amiſerant. A pulvere aluminis fungo cerebri inſperſo mors; fungus alio mitiori pulvere feliciter repreſſus. Putrida dura cerebri membrana cum vermibus, æger tamen ſanatus. Mortes capite læſorum ex ira, ex venere. Ex lapſu, cum malum leve videretur, mors, ſanguine ſub calvaria collecto. Oculus a ſagitta perforatus, ſed humor aqueus, & ipſe demum viſus, reſtitutus. Labium noſter ex ſe ipſo reſtituit. Lingua pene integra abſciſſa reconciliata. Varia mala a deglutitis in gula hærentibus: ad ea extrahenda ſpongia flexili fiſtula præpilata. Machinulæ, quibus maxillam immotam præſtitit. Setacei adminiſtratio & uſus multiplex. Caries vertebrarum in gibboſo. Turundæ tuſſi ejectæ, quæ per vulnus pectoris in cavum datæ fuerant. Hydropis per umbilicum perque pudenda evacuati exempla. Scirrhus pylori & tumor rectum inteſtinum comprimens, cum excrementa per umbilicum exirent. Mors ex umbilico in juvene reſecto. Inteſtinum ruptum, fæces per ulcus exeuntes, æger ſanatus. Sic gangræna herniæ ſuperveniens. Volvulus ex cancro inteſtini cæci. Culter dimidiatus ex lumborum vulnere poſt biennium exeuns, vulnus ſanatum. Ruptus in partu uterus. Ex veſicæ fundo per ulcus calculus in vaginam tranſiit, hinc eductus eſt.

eſt. Calculorum varietates. Adoleſcenti fæces per inguen, qualia nuper aliqua exempla deſcripta fuerunt. Siphon, quo ægrotus ſibi ipſi clyſterem dat. Scirrhus uteri, & poſt diuturnos dolores uterus ruptus. Gibbus cum vertebrarum carie. Tres mortes ex illapſis in aſperam arteriam alienis. Steatoma in pelvi. Gangræna ex ileo. Inteſtinum per inguen propendens, in quo motus periſtalticus. Gangrena ex eryſipelate oleo inuncto. Digiti ab ambuſtione conglutinati & incurvati, reſtituti. Morſus humani periculo pleni exempla. Morſus canis rabidi. ABELIS ROSCII, de eodem epiſtola. Alius cauterio curatus. Terebra per fiſtulam adacta pro educendis glandibus plumbeis. Cancer ab emollientibus medicamentis exacerbatus. Paronychia gravis inciſione curata. Copioſius iſta indicavi; in ſequentibus parciorem eſſe neceſſe eſt.

EJ. *de ambuſtionibus, quæ oleo & aqua fervidis, ferro candente, pulvere tormentario, fulmine & quavis alia materia ignita fiunt* Baſil. 1607. 8. ENDTER Oppenheim 1614. 8. cum obſ. de vulnere graviſſimo.

Germanice *von dem Brennen, welches mit glüendender Materie geſchicht* Baſil. 1607. 8.

Tres facit ambuſtionis gradus; ſecundum eos ſua conſilia impertit, deinde per artus. Gangrænam ex igne ortam, tamen in vetula ſanavit. Symptomatum curatio, correctio cicatricis; brevis libellus.

Centuria II Baſil. 1611. 8 (*b*). Globulus plumbeus ſex menſibus in cerebro retentus abſque malo. Depreſſi cranii pluſcula exempla & elevati, vecte longo, qualem nuper etiam delineaverunt; & cucurbitula, & glutinoſo emplaſtro. Terebrarum etiam varietas. Cephalea vulnere in ſuturarum conjunctione accepto ſublata. Nimis inciſionem temporalis muſculi metuit. Inſtrumenta varia ad evellendas de oculo feſtucas. Aliud ad ligandam uvulam, ex fiſtula factum in anulum terminata. Lamina pro ſupplendo palato. Pericardium ſanioſo ulcere eroſum. Abſceſſus apertus pleuram inter coſtaſque. ABELIS ROSCII pectoris vulnus cum jactura particulæ pulmonis ſanatum. Sic hepatis, etſi ea vulnera ſunt graviſſima. De fungis paſſim de corpore humano efflorecentibus & ipſe & D. SENNERTUS. Abſceſſus abdominis alii ſanati, alii funeſti. Mola, aut retenta placenta feliciter de utero ſeparata. Forceps dentata ad extrahendum fetum. Hiantis umbilici exempla. Fractura brachii abſque ulla violentia, & alia exempla oſſium fragilium. Funeſtarum ambuſtionum exempla. Forceps ad amputandam mammam. Herniarum varia exempla, etiam ſponte ſanatæ, in ipſo SEBASTIANO MEYERO. Gangræna paſſim funeſta, gravis etiam ex equi morſu. Iterum canis rabidi morſus cauterio ſanatus. Gibbus ex nimia thoracis ſtrictura. Patellæ ligamentum abruptum, ipſa ſurſum tracta. Os totum in ſpongioſam naturam converſum. Concrementum oſſeum arteriis adnatum.

De *vulnere quodam graviſſimo & periculoſo ictu ſclopei inflicto obſervatio & curatio ſingularis.* Oppenheim 1614. 8. Accurata hiſtoria vulnerum tribus globulis



(b) Lego, ſed fieri non poteſt, nam curationes poſt annum 1611 peractæ recenſentur.

bulis plumbeis inflictorum & natæ inde gangrænæ. Decocti vulnerarii uſum hic & alibi improbat. Demum cum fiſtulæ ſupereſſent ; malum cauſtico detectum, maxima oſſis fragmenta educta, trajectum per fiſtulam ſetaceum, callus deſtructus, & poſt multorum oſſiculorum deceſſionem, integra valetudo reparata.

*Obſervationum & curationum centuria III.* Baſil. 1614. 8. Fungum de auditorio meatu propullulantem vinculo intercepit, reliquias erodentibus medicamentis abſumſit. Ab ictu lapidis calvaria nihil paſſa, alterius oculi uſus amiſſus & diuturna multorum annorum mala. Dolorum poſt amputationem reliquorum, exempla. Ab hydrocephalo, inciſo bregmate aperto mors. A depreſſo cranio ingenioſi pueri ſtupiditas. Fractura oſſis non coaleſcens. Scirrhus uteri. Brachium elapſum, mors. Mors a ſtruma ulcerata rupta, in gulam aperta. Dente evulſo ſanata fiſtula maxillaris. Oſſeæ duæ coſtæ callo conjunctæ. Non poſſe callum confirmatum emolliri. Collum uteri cum veſicæ collo propendens & urina perpetuo depluens, ex nævo, ut putat. Mors a ferreo inſtrumento faciei infixo, inque ea hærente. Peſſimi eventus unguenti armarii; tum frenuli linguæ ab imperito inciſi. JOHANNES GRIFFON TAGLIACOTII invento exculto, naſum amiſſum reſtituit. GREGORIUS HORST vulnus pulmonis ſanavit. Felix in phthiſi ſetaceum per cervicem trajectum. Anevryſma brachii detecta & ligata arteria ſanatum, & de eo malo MICHAELIS DOERING diſſertatio. Ex ſubito in calidum corpus admiſſo frigore gangræna. Præputium a nativitate cum glande connatum, feliciter cultro ſeparatum. Atretæ virgines cultro curatæ. Faſciæ ad ſuſtentandum enormem umbilici prolapſum. PAULUS OFREDUS de globo plumbeo per multos annos in veſica latente, calculoſa cruſta obducto, demum in cadavere reperto. Ancyloſis & connata in cubito oſſa. Penis abſque cauterii uſu abſciſſus.

Una prodiit adfirmante LINDENIO, non certe in meo exemplo, MICHAELIS DOERING epiſtola *de nova herniæ uterinæ, atque hanc ſubſequentis partus Cæſarei hiſtoria.* Reſponſum ad eam epiſtolam HILDANI. In operibus omnibus. In hernia peritonæum non rumpi. Sectionem Cæſaream probat. Mors ex ſcirrho uteri, qui partum impedivit. Deraſionem oſſis denudati improbat. De ſecunda retenta. Ab ea mors. Cum ea uterus evulſus. Fæminæ prægnantis demortuæ uterum utique incidi debere. Vivere ſæpe fetum maturum etſi mortuus videtur. JOHANNIS MARCHANDET hiſtoria fetus retenti & putridi per umbilicum exciſi. Ex vehementiſſimo vomitu, ab antimoniali medicamento excitato, hernia ventriculi.

EJ. *von geſchoſſenen Wunden und derſelben gründlichen Curen und Heilung* Baſil. 1615. 8. *.

Latine, vertente J. HENRICO LAVATER inter opera omnia. Non eſſe venenum in vulnere ſclopetario. Ad glandes eximendas, eadem intra fiſtulam terebra, ſetacea laudat.

EJ. *von dem Gliedwaſſer* cum priori.

De

De ichore & meliceria (CELSI) & hydrope articulorum. Ex læſis articulis maxima ſubinde copia humorem defluere ex digito, ſic ex genu. Revellit, imponit herbas adſtringentes, emplaſtra. Ancyloſis. Ad eam ſuperandam medicamenta, tum machinæ, quæ magna vi paulatim artum incurvatum extendant. Contra decocta vulneraria; pro turundis.

EJ. *Reiskaſtenverzeichnus der Arzneyen und Inſtrumenten, mit welchem ein Wundarzt im Feldlager ſoll verſehen ſeyn;* cum priori, tum 1633. 8. 1686. 8.

Latine *ciſta militaris* Baſil. 1634. 8. Genevæ, ut puto, cum NARVATIO, 1633. 8. *. Brevis catalogus medicamentorum, & aliqua de inſtrumentis.

EJUSD. libellus *von der Bräune*, ſeorſim editus Stutgard 1661. 8. Hirudines in eo morbo ad linguam admovet. Mors ex ſtruma in œſophagum aperta. Curva cylindro in œſophagum detruſa aliquod, ſed non diuturnum levamen.

*Obſervationum & curationum* Centuria IV. Baſil. 1619. 4. *. DANIEL NABOROWSKI de milite ſub oculo haſta trajecto, ut ferramentum caſſidi adhæreret, tamen ſervato. HILDANUS de variis graviſſimis vulneribus, quæ abſque funeſto eventu fuerunt. Globulo trajectum abdomen nullo viſcere læſo. JOHANNIS de BURGO cranii ſecundo menſe a percuſſione capitis felix terebratio. HILDANUS per exempla docet, ſerius aliquando bono cum effectu trepanum admoveri. Setaceo cephalæa ſuperata, alias ſecta vena jugulari. Speculum oculi hæmiſphæricum. In fiſtula lacrumali utile ſetaceum. Ingenuus infelicem umbilici punctionem narrat, quam ipſe adminiſtraverat. Prodigioſæ molis calculus bilarius, tum urinarii aliqui maximæ molis. Membranæ intimæ veſicæ extractæ exempla. Uterus in partu ruptus cum brachium eſſet elapſum. Ab avulſa ſecunda protractus uterus. Sarcocelen in dextro latere eſſe frequentiorem. Hydrocele inciſione, & membrana aquam recipiente ligata, curata; ſæpe tamen carnem teſti adnaſci, & tunc infauſte cedere. A venere impedita ſarcocele. Tunica erythroides ſeorſim a vaſis ligari debet, & ſub ea tumor aperiri. De feminis Noſter calculos membranis obductos extraxit. A luxatione lumborum paralyſis artuum inferiorum, non tamen ſphincterum reſolutio, & vita diu ſuperſtes. Os diu non repoſitum materie calcaria obducitur. Gangræna a cauſa interna, amputatio fruſtra facta. Contra F. WURZ, quem noſter non amabat, vulnera digitorum debere aperta ſervari. Gravia mala a veſpæ punctura. Præputium mire craſſum. Longum vulnus verſus coccygem tendens, & perinæum perforatum pharyngothomo, paulum aliter a noſtro facto. Alio ſyringotomo longus ſinus tibiæ apertus. Varix brachii craſſitie vinctus & curatus. Morſus canis rabidi funeſtus. Commendatus uſus ſublimati mercurii. Iterum artus cauterio cultellari abſectus. Combuſtionum graviſſimarum exempla. Sanatus puer, qui in fervidam erat delapſus. Oſſa denudata non ſemper corrumpi ſquamamve dejicere. Cortices arborum ferularum loco non utiliter adhiberi. Contra emplaſtri oxycrocei in fracturis uſum.

Una prodiit *epiſtolarum ad amicos, eorumque ad ipſum centuria.* Uterus in partu

partu ruptus. A mala repoſitione oſſium luxatorum atrophia, a conpreſſis arteriis nutrientibus. Contra GALENUM, cauterio in ſcirrhis abſtinentem. Setacei ad oculorum mala laudes & in catarrho ad pectus. Urget amicum, ut JOHANNIS GRIFFONII obſervationes edi curet, induſtrii viri, qui multa inſtrumenta invenerit. De chirurgicis ſcriptis judicium. Canis rabidi morſum melius uri, quam ſcarifari. Multa tanguntur hic, quæ in conſiliis curatius exponuntur. Fetus quadriennio geſtatus. Sanatus qui ano imperforato natus erat. Cancer gulæ quater recrudeſcens. In cancro medio materies eſt ſebo ſimilis, denſo corio circumdata. Puella, cui vagina in rectum inteſtinum patebat, & fæces per id rectum int. exibant. Adnatum acetabulo os femoris. Multæ ancyloſes.

*Kurze Beſchreibung der Fürtreflichkeit der Anatomey* Bern 1624. 8. *. Mortes ex adminiſtrationibus imperitorum chirurgorum, ex vaſis læſis, percuſſa in venæ ſectione arteria. Laudes JOHANNIS GRIFFON abſque caſtratione hernias ſecantis. Pernicioſe duas eodem tempore venas aperiri. Ut HILDANI uxor fracturam femoris feliciter curaverit. Cancroſum ulcus ex verruca auriculæ natum, funeſto eventu. Ab ictu iris & cornea dilacerata, cæcitas. A ſectione venarum raninarum ſuffocatio. Non poſſe chirurgum in femoris amputatione cauterio carere. A ſecta hernia ſarcocele pugni mole eventu funeſto. Manubus ſurſum verſis in torturis humeris, & extenſis a corporis & appenſi etiam ponderis gravitate, ruptæ ſcapulæ, quales in ſceleto ab auctore in bibliotheca Bernenſi dedicata reperiuntur. Quare ad humanitatem provocat judicum, ut ab eo genere torturæ abſtinuiſſe velint. In editionibus operum omnium deſideratur certe immerito.

*Gründlicher Bericht von dem Blatterſtein* Baſil. 1626. 8. Lithotomia veſicæ, h. e. deſcriptio calculi veſicæ ejuſdemque cauſæ, & methodi, qua tam in feminis, quam in viris ſit extrahendus, ex Germanico verſus ab HENRICO SCHOBINGER diſcipulo HILDANI. Acceſſerunt epiſtolæ aliquæ Baſil. 1628. 4. *. Anglice London 1642. 8. *. Plurimæ adnotationes. Qui 2000 calculos intra biennium cum lotio reddiderat. Podagrici frequenter calculoſi. Calculus circa globulum plumbeum natus. Scirrhus pro calculo habitus. Non debere calculum ſecari, qui ovo gallinaceo major ſit. Periit in adminiſtratione, cui extractus calculus unciarum 22 pondere. Feminas etiam ſecabat. Contra altum apparatum, quem tamen admittit, quoties calculus prægrandis eſt. Calculus circa plumbum natus. Invenit ſemi ſpeculum Gorgeret. In feminis & per vaginam calculos ſecari putat & ſpeculi ope educi. Contra ſuturam. A calculo ureteri impacto gangræna funeſta. Multa exempla calculi majuſculi de urethra expulſi. Forcipes anguſtæ ad calculum frangendum. In epiſtola ad SCHOBINGERUM poſt inciſionem turundas immittendas. Aliorum in eum ſenſum epiſtolæ.

*Obſervationum & curationum Centuria V.* Francf. 1627. 4. *. Calculorum de palato rejectorum exempla. Sphaceli morteſque ex levibus cauſis. Iterum cæcitas ex cerebri commotione cranio non læſo: alia commotio poſt aliquot menſes funeſta. Gibbi cum vertebrarum carie. Spaſmi cynici & tetani ex vulneribus nati exempla. Cataracta ex vulnere & impacta oculo feſtuca ſubito orta.

Venæ

Venæ frontis ſectione levata gravis ophthalmia. Uxor HILDANI micam ferri corneæ impactam magnete evocavit. Eadem exercebat obſtetriciam. Fracturam calvariæ enormem cum depreſſione ab equi ictu noſter feliciter reſtituit. Sic vulnus cum cerebri parte deleta LUDOVICUS SCHMID. Tumor cancroſus ad latus dextrum dentium molarium propriis inſtrumentis exciſus. Mors ex oſſiculo œſophago infixo. Nævi aliqui exciſi. Antiqua in ſene hernia ſanata ſolo diuturno ob morbum decubitu. Catillo proprio fungoſæ de umbilico pullulantes carnes compreſſæ, ligatæ & delatæ. Abſceſſus in perinæo ruptus, urina per vulnus edita, malum tamen ad ſanitatem perductum. In lumbis enatus gibbus lamina ferrea repreſſus & ſanatus. CLAUDIUS DEODATUS de enſis cuſpide poſt annum de vulnere abdominis per anum educto. Scroti late patentes gangrænæ ſanatæ & maligna ulcera. Inventa ab auctore ſemicapſula, os fractum femoris reſtitutum, & ad extenſionem faciendam inſtrumenta. Patella fracta. Oſſa fragilia.

*Obſervationum & curationum Centuria* VI. Nullam antiquam & ſolitariam reperio editionem, ut primum cum reliquis centuriis videatur Lugduni 1641. 4. prodiiſſe. Prolapſus oculi & exciſio, & contra GEORGII BARTISCH inſtrumentum. Coalitus palpebræ ſuperioris cum oculo, quem CELSI tempore nemo ſanaverat, curatus ſpecillo & filo, quo palpebræ diſtenduntur pondere appenſo firmatis. Tumor occipitis, forte hernia cerebri. Steatoma ingens abſciſſum. Acicula hamulo de gula extracta. Utique oſſa pubis in partu disjungi, & ilium oſſa a ſacro. Iterum de cucurbitulis admovendis ad elevandam calvariam, quæ depreſſa fuit. In hydrope & faſciationem pedum probat & fonticulos. Ulcus renis per cutem ruptum. Fiſtula urachi, quem impervium fecit. Callum oſſis fracti in gravida muliere non generari. ABEL ROSCIUS herniam incarceratam aliquoties ſolis clyſteribus ſanavit, etiam quando lotiones per os rejectæ fuerant. Septuagenarii hominis invitus quidem herniam ſectione ſanavit HILDANUS. Spina dorſi alterne incurvata. Vitri fragmentum, acus, ſimilia corpora peregrina diu abſque malo in media carne tolerata. Contra arſenici in cancro uſum, & contra PHÆDRONEM, qui eo utebatur. Ocreæ ad corrigendum pedem diſtortum. Maximum vitium pedis exeſis oſſibus, tamen ſuperatum.

Centuriæ, ut puto, ſex, collectæ cum M. A. SEVERINI l. *de efficaci medicina* videntur prodiiſſe Lion 1641. 4. LIND.

Deinde *obſervationes & epiſtolæ* Argentor. 1717. 4. 2. vol.

Denique ipſe HILDANUS opera ſua conjuncta ad prelum præparaverat, & dedicationem a. 1633. ſcripſerat; cum vero intermortuus eſſet labori, J. BAYERUS *opera* viri quæ exſtabant *omnia* Francofurti 1646. fol. edidit, quæ editio Francofurti recuſa eſt 1682. fol. *. male dedicatione & BEYERI præfatione multata, addito tamen indice obſervationum per morbos diſpoſito, neque incommodo, iconibus nonnullis æneis nunc ligno inſculptis.

Deinde FRIDERICUS GREIFF, Germanice convertit, & cum titulo *längſt be-*

*gehrte Leib und Wundarzney* edidit Francf. 1652. fol. B. B. cumque alio titulo Hanau 1652. fol.

Obſervationes in ſex libros collectæ, Gallice verſæ, inque ordinem redactæ prodierunt THEOPHILO BONNET interprete. Genev. 1669. 4. *.

Seorſim *von den Brüchen und deren Heilung* Ulm 1696. 12.

Verum præterea in bibliotheca Bernenſi præter ſceleton & viſcerum ſyſtema ſuperſunt tria volumina, in quibus multum eſt ineditorum. Epiſtolæ ſunt 437: codex HILDANI ipſius juſſu deſcriptus. Comparavi, inveni pluſcula, quæ mereantur recenſeri. De vulnere Chriſti. De circumciſione. Dentes alieno loco, etiam ſub lingua nati, evulſi inſtrumentis propriis. Palpebra ab adamantis cuſpide fiſſa ægre, ſed tamen curata, canali æneo naſo impoſito, cui adfixa fila palpebras unientia, emplaſtro admoto glutinata. Calloſum ſub patella concrementum. Anus in veſicæ collum patens. Specilli globulo terminati icon. Fiſtula ab hernia reliqua, decocto vulnerario clauſa. Polypo ut acria admoveantur per fiſtulam in acum exeuntem. Sanatum ulcus a collo veſicæ in vaginam communicans poſt partum difficilem. Iſchias ſuperata cauterio ad femoris juncturam admoto. Vulnus veſicæ gladio inflictum ſanatum. HENRICUS SCHOBINGER de chirurgia Italorum ſui ævi. SPIGELIUS eos docuerat, arterias vinculo comprehendere. Ad cancrum plumbo utebantur & arſenico. Patellam fractam ferulis continebant. Puncto aureo peritonæi proceſſum conſtringebant. Ad paracenteſin acu utebantur triquetra, nuper a SANCTORIO inventa. Artus gangrænoſos in emortua parte, tamen proxime ad vivæ limitem amputabant. DOUGLASSIUM Scotum hernias inciſo peritonæo reponere, non læſis vaſis ſeminalibus. PETRI MARCHETTI curatio, cum rupta urethra eſſet ſcrotum gangrænoſum & DOUGLASSI peritiſſimi chirurgi bronchotome acu canulata facta, abſque muſculorum inciſione. FABRICIUS BARTHOLETTUS hernias abſque inciſione ſanabat. HILDANUS de diſcrimine carunculæ & calculi; iſte ſitu aliquo levatur, non ita caruncula. Negat medicamenta lithontriptica reperiri. J. BURGOWER de Italorum audace chirurgia, libere ferro & igne uti. Ut SPIGELIUS cancroſam mammam detruncaverit; ut vulnus mediaſtini IDEM ſanaverit. In hernia ampliori a balnei uſu inteſtina ſubito in ſcrotum deſcenderunt, ut abdomen ipſum flacceſceret, & æger extemplo exſpiraret. A caſtratione ſarcocele & in alio mors ipſa. Anevryſmata ſuperata preſſione, adſtringentibus emplaſtris. Nullus callus ſubnatus, quod oſſis fracti fines a nimia extenſione diducti intervallo ſeparati manſerint. Mortes a ſanguine ſub calvaria effuſo. J. BURGOWERI, glans plumbea in medio calculo reperta. JACOB ZWINGER de cyſticis tumoribus. HILDANUS, funeſtam fuiſſe in mortua parte amputationem a peritiſſimo viro JOHANNE GRIFFON adminiſtratam. JOH. STIGELIUS in oculorum inflammatione fruſtra adhibita ſetacea. GALENUS WIER cultrum devoratum ex inguine excidit. JOHANNES WESLING de tendine extenſoris tibiæ feliciter conſuto; parum ſentire adultorum hominum tendines. Cum parvæ ſtaturæ femina ex procero marito difficulter pariat, ſuaſit HILDANUS,

perite

perite certe, ut in pariendo lente progrediatur. De curatione herniarum per eſcharotica, quam noſter improbat. M. SEBIZIUS vulnus articuli genu ſanatum terebinthina. Vertebras HILDANUS vix putat luxari. Pro cauteriis. In arthritide ad articulum adhibita laudat.

Porro in *Bibliotheca Bernenſi* exemplum exſtat libri *vom Nutzen der Anatomey* multis manu HILDANI adſcriptis adnotationibus auctum. Grandes femoris arterias cauteris facere neceſſitatem. Venæ cavæ ſtylo percuſſæ ſubito funeſtum vulnus, illæſis viſceribus. Integra tunica cornea, a percuſſione tamen uvea rupta, & ſubita cæcitas. Sola quiete disjectis vinculis ſanatum fractum in capreolo crus. Tetanus peniſque rigor a vulnere temporalis muſculi, a grandibus, ut quidem probabile ſit, nervis læſis, qui eum muſculum ſubeunt. Ab adſtringentium medicamentorum uſu vulnera articulorum in ancyloſin tranſiiſſe. Iterum noſter exorat magiſtratus, ut nolint ſevera & vivum corpus diſcerpente tortura reos aliquando innocentes enecare.

De his ineditis egi in *Relat. Gotting. faſc.* XII.

Vitam viri ſcripſit CHRISTIANUS POLYCARPUS LEPORIN Quedlinburg 1731. 4. *. non pro dignitate.

## §. CLXXVII. VARII.

MICHAEL MERCATUS CLEMENTIS VIII. Archiater obiit a. 1593. In ejus *metallotheca* Romæ 1719. fol. *. calculi aliqui inſignes deſcripti reperiuntur. Lapides bezoardici numeroſi, & exemplum maximi bezoardici, ſed ex America, lapilli, tum alterius ex PII V. veſica. Calculi replentis renem, trunculis duodenis pelvis figuram exprimentibus.

FR. COURCELLIUS *de vera ſanguinis mittendi ratione* Francof. 1593. 8. HEIST.

ISABELLA CORTESE *heiml. Künſte in der Medicine und Chirurgia* Hamburg 1592. 8. ZOCHA.

## §. CLXXVIII. LUDOVICUS MERCATUS.

Archiater PHILIPPI II. & III. grandævus ſenex. EJUSD. *inſtitutiones chirurgiæ in duos libros diſſectæ* Madrit 1594. 8. Francfurt 1619. fol. de tumoribus, vulneribus, ulceribus & de medicamentis externis.

EJ. *inſtitutiones ad uſum eorum, qui luxatoriam exercent artem*, ex Hiſpanico latine verſæ Francf. 1624. fol.

EJUSD. *conſultationes morborum complicatorum & graviſſimorum* Valladolid. 1613. fol. Francf. 1614. fol.

EJUSD. *de morbis* opera omnia edente ZACHARIA PALTHENIO Francf. 1608. & 1610. fol. 4. vol. *. Morborum deſcriptiones & curationes a capite ad cal-

cem. Paſſim chirurgica intercedunt, ut libri de curatoria facultate, in quibus generalia aliqua, & de medicamentis internis. Porro de empyemate, calculo renum & veſicæ, tum de mulierum prægnantium, & puerperarum morbis, qui etiam in *Gynæciis* ISRAELIS SPACHII reperiuntur, & ſeorſim Madrit 1594. fol. Venet. 1612. 4. prodierunt, de atretis etiam, partu difficili &c. ſed verboſiſſimum ſcriptorem non legi.

VIDI VIDII jun. *de curatione membratim* tractationem ſupplevit in patris opere Florent. 1594. fol.

HIERONYMUS CAPIVACCIUS, Patavinus Profeſſor. EJUS eſt *libellus de cauteriis* inter CRATONIANA editus, & in operibus CAPIVACCII omnibus Francf. 1603. fol.

In *medicina practica* Francfurt 1594. 4. Venet. 1597. fol. & *in methodo ſ. arte curatoria* Francf. 1594. 8. aliqua huc faciunt, ut de hydrophobia.

In ciſta HORNUNGII defendit ANDREÆ FUCHSII arſenicale medicamentum ad cancrum.

MART. HELLING *theſes de phlebotomia* Marburg 1594. 4.

JOHANNES HEURNIUS Ultrajectinus, Profeſſor Leidenſis, aliqua parte chirurgica adtigit, in ll. *de morbis qui in ſingulis partibus humani capitis incidere conſueverunt* Leid. 1594. 4. 1609. 4. *. in l. *de morbis oculorum, aurium, naſi, dentium & oris* Leid. 1602. 4. ubi miro modo dentes abſque dolore tentat excutere, interſerto dentem inter & gingivam euphorbio: denique in l. *de mulierum morbis* Leid. 1607. 4. *.

EJ. diſſ. *de eryſipelate* Leid. 1596. 4. RIV.

## §. CLXXIX. VARII.

ALPHONSI LOPEZ de HINOIOSO *ſuma y recapitacion de cirurgia con un arte para ſangrar y examinar Barberos:* & in ſecunda editione, *el origin y nacimiento de las ruinas i infermidades que dellas proceden* Mexici 1595. 4. NIC. ANT.

NICOLAUS ABRAHAM FRAMBESARIUS, Veromanduus, chirurgi filius, Profeſſor Pariſinus. EJUS *canonum & conſultationum* libri III, *quibus aphoriſtica methodus medendi omnibus affectibus corporis continetur* Paris 1595. 8. LIND. 1619. 8. RIV. Unicus liber, ſ. *methodus curandorum tumorum* prodiit Genev. 1632. 8. *. cum NARVATIO, latine, & Gallice cum *operibus omnibus.* Canones ſunt, nempe definitiones, aut præcepta, & ſubjectæ notæ, pleræque ex veteribus collectæ. Intercedunt aliqua exempla curationum propriarum. Vulnerum univerſa judicia & curatio hic reperiuntur, & pluſculæ curationes a patre noſtri HECTORE ABRAHAMO perfectæ, minime vulgares, & magnorum malorum. Glans plumbea in genu defixa ſponte ſe poſt curatum vulnus obtulit, & paſſa eſt excidi. Fractura calvariæ & fragmentum oſſeum in piam meningem depactum. Inciſa

dura

dura membrana, ut puri exitus pateret, felici eventu. Cum in alio caſu poſt terebræ uſum eadem meninx nigreſceret, tamen ſe paſſa eſt reconciliari. Iterum dilatato calvariæ aditu, ut ea meninx ſe poſſet mundare, graviſſimum a diſſiliente ſtlopo inflictum vulnus curatum. Sic cum ſanguis plurimus in pectus effuſus putreſceret, injecta potione vulneraria denique vulnus clauſum eſt: tum vulnera pulmonis, etiam grandia, dilatato ſed turundis vulnere. Sed & hepatis vulnus IDEM ſanavit. Tibiam carioſam nudavit, terebravit, ambuſſit, mortuum os totum exemit. Maximum vulnus, & os humeri a ſtlopo diffractum, absque gangræna curavit, multa jactura oſſis & carnium reparata. Alium, cui equus tibiam fregerat, cum PAREUS artum vellet amputatum, ſervavit idem. In utroque caſu mera aromatica adhibita.

In *operibus omnibus*, quæ Gallice prodierunt Rouen 1631. fol. B. B. Lion. 1644. fol. 1669. fol. Latine Francf. 1629. fol. RIV. reperio *les loix de chirurgie pour proceder methodiquement à la gueriſon des maladies externes*, iidem quos diximus Canones. Redeunt etiam in editione operum medicorum latina Francfurt 1629. 4. LIND.

*Scholæ medicæ ad candidatorum examen* latine Pariſ. 1622. 1636. 12. LIND. Leid. 1628. 12. ID. & in editione operum Gallica. De abſceſſu meſenterii.

In reliquis libris methodi medendi, quorum ſeptimum ſolum diximus, varia ſunt argumenti chirurgici.

Citatur ejus *cours de la chirurgie* Paris 1595. 12. PORT.

Lego, ſed locum ignoro, noſtrum ſedem cataractæ in lente cryſtallina poſuiſſe, ut glaucoma eſſet major ejusdem opacitas.

CAROLI BATTI *Handtboek der Chirurgyen waarinn veele en ſecrete remedien tegens alle uytwendige Gebrecken verhaalt ſtaan* Amſterdam 1634. 8. Dordrecht 1595. 8. 1662. 8. HEISTER. Primum aphoriſmi HIPPOCRATIS chirurgici. Inde Pentateuchos chirurgicus, ut auctor fere intra medicamenta ſubſiſtat: aliqua propria; melius arſenico abſtineri, minus ſuſpectum eſſe argentum vivum præcipitatum. Chirurgica aliqua, ut tabula ad ſupplendum palatum. Ulcera oris exedentia ut ſanaverit in propriis infantibus, quorum alter decem tamen dentes & maxillæ partem amiſit. Fracturæ. Luxata.

EJ. *ſecret bock van heerlyke Konſten in veelerley Materien* Leeuwaarden 1664. 8.

HIERONYMI KREBS diſp. *de cancro;* præſide GREG. NYMMAN Witteberg 1595. 4. MOELL.

BARTHOLOMÆI HIEROVII *methodus chirurgica docens rationem curandi apoſtemata, vulnera & ulcera* Francfurt 1595. 8. In medicamentis fere laborat.

*Univerſæ medicinæ ſynopſis oculique paſſionum enumeratio* Vicentiæ 1595. fol. *.

JOHANNIS COSTÆI, Prof. Turinenſis & Bononienſis, *de igneis medicinæ præſidiis* L. II. Venet. 1595. 4. *. Placita Græcorum & Arabum bono ordine

 recenſet,

recenſet, de cauſticis & de cauteriis, non abſque propriis adnotationibus. Sinapiſmos, etiam dropaces & veſicatoria tractat. Infinitos morbos his præſidiis tolli. Cauſtico medicamento ut herniæ ſanantur. Palpebrarum craſſitiem melius igne tolli, quam ferro. Hydrocelen Mediolani curari ignita acu trajecto ſcroto & inducto laqueo, & cauterium homines a peſte tutos ſervare. In apoplexia caput uri. Exuſto ſincipite maniam ſuperatam. Amauroſin ſanatam tegula in caput illapſa.

GUILIELMI SEYTON; medicus etiam chirurgus, *de ſanatione chirurgica* Venet. circa 1595. TANNER.

STEPH. BACHER *concluſiones vindiciæ & chirurgicæ de dolore in genere ejuſque cauſis, ſpeciebus, cura* Baſil. 1595. 4. RIV.

GUILLAUME de BAILLOU, magni viri, & JAC. LESCRIVAIN diſſ. *Ergo, qui gibbi ex aſthmate aut tuſſi ante pubertatem fiunt cito moriuntur* Pariſ. 1595.

JOACHIMI TANCKII *de chirurgia* Lipſ. 1695. 4. puto 1595. BOEHMER.

EJ. *Analyſis* I. *membri* libri περι των εν τη κεφαλη τρωματων Lipſ. 1602. 4.]

EJ. *de phlegmone ex ſententia* GALENI Lipſ. 1608. 4. PLATN.

## §. CLXXX. VARII.

GABRIELIS FERRARA, chirurgi Mediolanenſis, *nuova ſelva de chirurgia* Venet. 1596. 8. & vertente UFFENBACHIO *Sylva chirurgica in tres libros diviſa* Francfurt 1629. 8. *. In primo libro obſervationes chirurgicæ traduntur, omnino nonaginta, quarum tamen aliquæ clinici potius ſunt argumenti. Non tamen adnotationes ſunt *caſuum* memorabilium, ſed compendium chirurgiæ. Admiſta ſuperſtitioſa, ut telis evulſis ex furis perire ſaucios, debere ea adeo in vulnere relinqui. Vermem deſcribit valde improbabilem, dentibus in maxilla inferiori binis. In libro II. armamentarium eſt cum inſtrumentorum iconibus. Obliquas habet in trepano laminas. Tertius liber eſt medicamentorum chemica arte paratorum.

REINERI SOLENANDRI, Archiatri Clivienſis, *Conſiliorum medicinalium* L. V. Francfurt 1695. 4. 1609. fol. *. In Italia artem didicerat, & multus fuit in varietate medicamentorum. Inter conſilia pluſcula ſunt chirurgici argumenti; de herniis, calculo, ungue oculi, ganglio. Deinde inter rariores ſectionis V. *obſervationes* eſt de criſtis in vulva exſtirpatis: de aquis hydropicis per ſpontaneum abdominis vulnus erumpentibus: de vermibus per abdominis ulcus prodeuntibus; de calculorum varietate, alia.

JOSTRERII de JOSTRERIIS, Baſſanenſis, *admirationes medicæ ex doctrinæ* GALENI *& aliorum* Venet. 1596. 4. *. De veſicantium uſu promiſcue in morbis omnibus. Intra viginti annos, quibus peregre abfuerat, novum medicandi genus Venetiis invaluiſſe. Veſicas cientia medicamenta male in morbo calido adhiberi,

beri, quæ calefaciant. Temere ſperari cauſam mali in bullas ſeceſſuram. Cucurbitulas minus nocere.

Honore' Lami *abrégé chirurgical.* Lion 1596. 16. Rast.

Jac. Mockius *de cauſis concretionis & diſſolutionis tam interna, quam externa corporis humani* Trib. Briſg. 1596. 8. *. Non incommoda collectio eorum, quæ apud varios ſcriptores de lapideſcentia reperit, ex aquis aliove modo producta. De utero lapideo relatio. Claudii a S. Mauritio de fetu equino lapideo. Frigidiſſimam aquam bibentibus non nocuiſſe. In ſaniſſimis pueris urinam & cruſtam vaſis adponere & ſalem dare. Quæ lapides frangant. Non bene eam vim a lapidibus exſpectat.

Ej. *de lithiaſi ſ. morbo calculoſo* Friburg 1614. 4.

Hippolyti Bosci, Ferrarienſis, *de vulneribus a bellico fulmine illatis* Firenz. 1596. 4. 1603. 4. Ambuſtionem ſtatuit.

Ej. *de læſione motus digitorum & macie brachii ſiniſtri.* Inter conſilia a Josepho Lauterbach edita Francfurt 1605. 4.

In l. *de facultate anatomica* Ferrar. 1600. 4. *. luxatos artus ſuadet ſolis manubus extendere & reſtituere.

J. Wittich *medicamentorum tum ſimplicium tum compoſitorum enarratio &c.* Lipſ. 1596. 8. Prelectiones dicit ſe Patavii 1568. excepiſſe: habet & externa.

Ej. *conſilia obſervationes & epiſtolæ medicæ* Lipſ. 1604. 4. *. Intercedunt chirurgici argumenti varia, ad partum difficilem, calculum, ulcus renum. Oleo momordicæ ſuperatum eſſe matricis ulcus.

Ej. *proceſſus curationes & conſilia* Helidei de Padoanis Lipſ. 1607. 4.

Durantis Sacchii, Fabriani in Anconitanis Phyſici & Chirurgi & *ſubſidium medicinæ, in quo, quantum docta manus præſtet ad immanes morbos evellendos, eluceſcit* Urbin. 1596. 8. *. Quatuor libri huc faciunt: primus de oculorum morbis, alter de veſicæ morbis; tertius de difficilioribus adfectionibus; quartus de tumoribus, ulceribus, fracturis & luxationibus. Inſtrumentum lunatum ad palpebras relaxatas adurendas. Aquam mirabilem triplicem adjuncto pretio & auri & balſami ad oculorum vitia deſcribit. Acus cataractæ deponendæ deſtinata, & ipſa depoſitio: ipſe autem depotuiſſe videtur. Unguis ut tollatur deglubendo penna anſerina, aut crine; linctum etiam laudat. Laudes ferri igniti, in pueris, continuo ut partu ſunt editi, ad cervicem admoti. Ea præſidia multum præſtare eſcharoticis medicamentis. Staphyloma vinculo intercipit, & ſecat. Ex genu abſceſſu calculum excidit. Catheter: veſicam tamen aliquando nihil accipere lotii & hydropem fieri. Caruncula: ad eam candelæ; quibus multas curaverit, quæ præcipitatum mercurium recipiebant; demum cauterium. Calculi ſectio; inciſionem ad ſulcum uſque catheteris novacula ignita molitur: in parvo tamen apparatu igne abſtinet. De narium polypo: eum abſ-

cindeba

cindebat ferramento, radicem exurebat. Fiſtulam lacrumalem igne etiam adgreditur, oculo proprio cochleari defenſo. Labium leporinum: ani fiſtula, quam & ipſam exurit, ſic ligatum prius varicem. Hydrocele: ſetaceum trajicitur per vulnus acu ignita inflictum. Hernia tophacea ſ. ſarcocele. Herniæ etiam umbilicales. Paracenteſis abdominis loco cauterium. Cancer. Reliqua breviſſima.

WILLIAM CLOWES, *A neceſſary book of obſervations for all theſe who ale burnd by the flames of gunpowders* London 1596. 8. GUNZ.

EJ. *rigth fructfull and aproved treatiſe of the ſtruma* London 1602. Ægri a Regina Eliſabetha tactu ſanati hiſtoria.

TOB. BRUKSCHMID *de tumoribus præter naturam* Baſil. 1596. 4. RIV.

BALTHASAR GITLER *de renum vulnere, & qui huic ſuccedit, cruento mictu* Lipſ. 1596. 4.

## §. CLXXXI. CASPAR TAGLIACOTIUS.

Bononienſis, medicus & philoſophus. Ejus ſunt *de curtorum inſitione per chirurgiam* libri II. Venet. 1597. fol. Francfurt 1598. 8. *. Etſi non primus mirificam adminiſtrationem molitus eſt, ſolus tamen eam accuratiſſime & fuſiſſime deſcriptam dedit, quam ex Bojana familia chirurgorum Turpienſium in Calabria didicerat (*a*), quæ eo ſeculo naſos reparabat. Teſtis curationum (*b*) a TAGLIACOTIO perfectarum eſt THOMAS FIENUS (*c*): alius JACOBUS HORSTIUS (*d*): iterum alius M. ANT. ULMUS (*e*), ut tamen JACOBUM ZANARO in oppido *Montechiaro* natum, ejuſdem laudis reddat participem. MERCURIALIS eam artem in Calabria exerceri, & TAGLIACOTIUM duos, qui exercuerunt homines, ſibi indicaſſe. auctor eſt (*f*). Teſtimonium aliud eſt JOHANNIS VIGIER (*g*), aliud M. HOLZAPFEL (*h*), & FORTUNII LICETI (*i*), qui ipſe neque ſemel, viderit TAGLIACOTIUM excoriantem naſi cartilaginem, brachium adaptantem, propaginem ſutura confirmantem. Et legas (*k*) TAGLIACOTIO Bononiæ ſtatuam eſſe dicatam, quæ manu naſum teneat. Fuſe iſta repetii, cum omnino adminiſtrationum hæc longe ſit difficillima & pene incredibilis.

Accurate cauſam noſtro exponit, ut humeri pars prior naſibus admoveantur, & carpus ſincipiti, vola vertici. Ut in humeri cute inciſa deſignetur tradux

(a) CORTES. *miſcell.* dec. III. SBARAGLI *ocul. ment vigil* p. 197. add. de Calabris. FALLOP. *decorat.* p. 19.
(b) RENEAUME *hiſt. de l'acad. des ſciences.*
(c) Op. *chirurg.* L. XII.
(d) *Wunder der Natur* p. 380.
(e) *de utero* p. 174. 175. *Phyſiolog. barb.* p. 233.
(f) *de decorat.* p. 23.
(g) p. 174.
(h) ap. SCHENK diſſ.
(i) de *monſtr.* II. c. 29. p. 108.
(k) apud FIENUM.

dux aliquanto amplior, quam videatur neceſſe. Excidi pene abſque dolore, cute a forcipe compreſſa, ſecundum quam linea ducta ſectio fiat. Si inferius etiam labium ſupplendum eſt, alter tradux inferior de cubito ſumitur. Inde is tradux cutaneus curto naſo excoriato applicandus, adſuendus ad nares; vigeſimo die tradux fere coaleſcit; tum de humero eumdem oportet reſecare, qui frigeat quidem & palleat, fotus tamen refocilletur. Decimo quarto inde die tradux figurandus, & quadrageſimo columna immittenda, atque acu cum labio ſuperiori conſuenda; idem tradux plumbeis tubulis configurandus. Exemplum curationis. Ut dimidiata auris reſtituta fuerit. Inſtrumenta omnia delineata. Incredibile pene eſt, quemquam ob naſum, nunquam genuini ſimilem futurum, tantum toleraſſe ærumnarum, quas noſter quidem ſic ſatis fatetur vitari non poſſe.

Liber primus nihil habet niſi theoriam.

Compendium ſuæ artis dedit in epiſtola ad MERCURIALEM.

## §. CLXXXII. SEVERINUS PINÆUS, ALII.

Ille nomine PINEAU, chirurgus Pariſinus, celebris lithotomus, COLLOTI gener, ſcripſiſſe dicitur libellum, *diſcours touchant l'invention & l'extraction du calcul de la veſſie* Paris 1596. 8.

In libro *de virginitatis & conceptionis notis*, ſ. potius in altero l. una edito *de partu naturali mulierum* Paris 1597, 8. *. coccygem negat quidquam facere ad faciliorem partum, fetum enim, qui eo pertigit, periculum omne ſuperaſſe: ſed os utique ilium a ſacro, & dextrum os pubis a ſiniſtro divelli. Partum difficilem ſe vidiſſe, ab oſſis pubis præter naturam eminente apophyſi natum: De varietate partuum laborioſorum. Cartilaginem oſſibus pubis interpoſitam ante partum molliri. Exemplum luxatorum oſſium pubis & facile mobilium, oſtendente JACOBO D'AMBOISE, medico & chirurgo.

MIGUEL de LARIZA *libro de cirurgia que tratta ſobre las llagas en general (ad* GUIDONEM), con un *trattado proprio en el quel ſe enſenna el modo de curar las carnoſidades que eſtan en la via de la orina* Valent. 1597. 8. N. ANT.

GUILLAUME INNOCENT *le chirurgien methodique contenant pluſieurs enſeignemens neceſſaires aux chirurgiens & profitables aux medecins & pharmaciens, extrait de* GUI de CAULIAC Lion 1597. 12.

PETER LOWE *a diſcourſe of the whole art of chirurgery . . all the preſages of* HIPPOCRATES London 1597. 4. AMES. (lego alias *whole courſe of chirurgerie*) Adduntur a PORTALIO editiones 1612. 4. 1634. 4. a GUNZIO 1614. 4. 1657. 4. additur denique a GUNZIO acceſſiſſe hic chirurgicas formulas.

Hoc anno ISRAELIS SPACHII *Gynæciorum libri* prodierunt, in quibus LUDOVICI MERCATI & M. AKAKIA muliebria acceſſerunt ad Gynæcia BAUHINI Argentor. fol.

DAVID HERLIZ *Unterrichtung von den Schwangern und Kindbetterinnen* Greifſwald 1597. 8. Stettin 1618. 8. PLATN.

Idem fuerit EJ. *Frauenzimmer* Magdeburg 1613. 4. RIV.

J. RICHTER *de nephritide* Baſil. 1597. 4. RIV.

PETRI PALMIER & MARTINI AKAKIA *Ergo a capitis τρώματι oppoſitæ partis convulſio* Paris 1597.

## §. CLXXXIII. THOMAS FIENUS.

Profeſſor Lovanienſis edidit Lovanii 1598. 8. * de cauteriis libros V. recuſos Colon. 1601. 8.

Plenum opus, quo omnia continentur, quæ de hoc remedii genere & ejus adminiſtratione innotuerunt. Multæ cauterii in univerſum laudes & peculiariter *fontanellæ*. De cauterio metallico, ſigillatim, de lino & bombyce &c. de medicamentis veſicas cientibus, de cathæreticis, ſepticis, eſcharoticis. Quæ ſint obſervanda in cauterii uſu: ut vicinæ carnis partes defendantur. Inſtrumenta. Peculiaris & cautior eorum uſus in fiſtula, in carie, ad aperiendos abſceſſus ſetaceum. Ferramentorum, quæ igniuntur varietas & icones. Locus cauterii pro fine vario. Collectanea fere ſunt ex Græcis & Arabibus.

EJUSDEM *de præcipuis artis chirurgicæ controverſiis libri* XII poſthuma opera, H. CONRINGII cura edita Francf. 1649. 4. *. 1669. 4. 8 LIND. London 1733. 4. MEAD. Belgice, *de twelf voornaamſte handgreepen der heelkonſt cum notis* S. BLANCARD Amſterdam 1685. 8. *. Germanice, ut puto, *Wundarzney-Kunſt* Nürnberg 1679. 8. LEHMAN. Tr. I. de trepano: II de cataracta: III de ungue: IV pro laryngotome: V Paracenteſis thoracis, & VI abdominis: VII arteriotome. VIII pro partu Cæſareo: IX de duplici calculi apparatu. X Hernia; tres puncti aurei modi: XI pro amputatione in parte viva: XII pro naſi reparatione TAGLIACOTIANA. Paſſim SCACCHUM exſcripſit.

JACOBI MARCHANT *declamatio in* FRANCISCI ROSSETTI *apologiam de Cæſareo partu* Paris 1598. 8.

*Troſtlicher Unterricht für ſchwangere und gebährende Weiber* Leipzig 1598.

## §. CLXXXIV. VARII.

DIOMEDIS CORNARII *& aliorum excellentiſſimorum virorum annotatæ præmeditationes* 1599. 4. *. Calculi podagrici. Calculi per alvum excreti. Abſurdæ unguentorum vulnerariorum formulæ. Qui a lapſu convaluit amiſſa tamen memoria. Calculus ex femina eductus. Calculorum deceſſus & aliæ varietates.

EJUSD. *hiſtoriæ admirandæ*. Uterque MATTHIÆ CORNACIS fetus, aliquot annis in utero geſtatus. Vulnus ventriculi curatum.

*Aderlaß*

*Aderlaſsbuch vom rechten Gebrauch der Aderlaß und ſchröpfen ſamtlichen bewährten Arzneymitteln* Nürnberg 1599. 8.

Cum RUINI *anatomia del cavallo* Venez. 1589. fol. *, etiam in II volumine prodiit hippiatrice, cujus pars eſt chirurgici argumenti.

In ALDROVANDI *muſæo metallico* aliqui prægrandes calculi recenſentur, tum boum ſuumque calculi.

ANDREÆ de ZAMUDO y ALFARO *ordin para la preſervation de las ſecas y carbunces* Madrit 1599. 8. NANI.

EILHARD LUBINUS *de diviſione continui* Roſtock 1599. 4.

## §. CLXXXV. JUL. CASSERIUS. ALII.

In libro *de vocis & auditus organo* Ferrar. 1600. fol. *. de bronchotome agit; ex variis collecta teſtimonia collegit, denique iconem dat, quæ inſtrumenta & modum exprimit, quo adminiſtretur. Cauterium peculiare invenit.

FRANCISCI MURATORI *apologia adverſus calumniatores therapiæ, quam ipſe in vulnere brachii cujuſdam ſclopeto læſi adhibuit* Bonon. 1600. 4. *. Arteria violata erat: venam non ſecuit, digeſtivo uſus eſt, inde hæmorrhagia, & cum vinculum noſter admoviſſet, alius vero medicus abſtuliſſet, mors ipſa. Nulla preli memoria, nulla arteriæ delegatio &c.

VALERII MAVII *commentarius in* CELSI L. VII. c. 26. *Calculi veſicæ manu demendi rationem tractans* Witteberg 1600. 4. BOEHMER.

BENEDICTI BASELLI S. PEREGRINI de MEDICIS *Apologia, qua pro chirurgiæ dignitate ſtrenue pugnatur libris* III. Bergami 1600. 4.

ANDREÆ LAURENTII *diſcours de la conſervation de la vue* Paris 1600. 8. 1692. 8. *. De cataracta agit, cujus ſedem in utraque oculi camera ponit.

EJ. *de ſtrumis ſanandis, mirabili vi ſolis Galliæ regibus conceſſa* Pariſ. 1609. 8. FALC.

In *anatomes* libro VI. laudat umbilici ad emittendas hydropicorum aquas perforationem.

FRANCISCI RANCHIN *Queſtions ſur toute la chirurgie de* GUI *de* CHAULIAC Paris 1600. 8. GUNZ. Belgice 1662. 4. HEISTER.

EJ. *Queſtions de Chirurgie ſur le reſte des œuvres de* M. G. de CHAULIAC, *ſur les playes, ulceres, fractures, luxations, & ſur l'antidotaire* Paris 1604. 8. RAST. Belgice, *heelkondige geſchillen wegens de worken van* G. de CAULIAC. Amſt. 1662. 4 HEISTER. De vulnerum vi ad inferendam mortem: de vinciendis, non amburendis vaſis: pro naſi reparatione: non claudenda eſſe neque conſuenda vulnera pectoris. In vulneribus curandis multum tribuit purgationi & venæ ſectioni. Ita PORTAL, neque enim vidi.

EJ. *Opuſcula medica* Lion 1627. 4. *. B. B. Ineſt tr. *de morbis ſubitaneis*, in quo multa ſunt chirurgici argumenti, de morſu animalium venenatorum, de combuſtione, gangræna, calculo, prolapſu ani, canis rabidi morſu.

In *gerocomico*, etiam de ſuffuſione, de nephritide agit, de cucurbitulis, de ſcarificatione.

In *morbis puerilibus* de uvulæ vitiis, dentitione.

Ubique intra medicationem ſe continet. Gallice, *les opuſcules* Lion 1640. 8. EISENMANN.

EJ. *tractatus duo poſthumi*, quorum prior eſt de *morbis ante partum*, *in partu & poſt partum* Lion 1645. 8. *. De partu difficili aliqua; de fetus extractione, & pro partu Cæſareo, etiam in viva matre tentando.

*Aderlaßbüchlein*, *vom rechten Gebrauch der Aderläß* 1600. 8. Superſtitioſus ſcriptor ALEXANDER SEIZ. PLATNER annum habet 1601. Idem fuerit libellus p.275.

OWEN GUNTHER *de renum morbis* Helmſtatt 1600. 4.

J. FLACH *de phlegmone* Jen. 1600. HÆNEL.

J. FABRI *Laurea Apollinis Monſpeſſulana* Monſp. 1600. Paracenteſin umbilici in hydrope laudat. Cauterium actuale brachii in paralyſi.

JOH. SCHENK, Profeſſor Friburgi in Briſgoia. EJ. παρατηρησεων, ſ. *obſervationum rararum*, *novarum*, *admirabilium & monſtroſarum volumen. Collegit*, *edidit* J. GEORGIUS filius Francfurt 1600. fol. 1609. fol. 1665. fol. *. Hæc poſtrema editio reliquis melior, poſt Lugdunenſem a C. SPONIO emendatam 1643. fol. a LAURENTIO STRAUSS variis acceſſionibus aucta eſt. Magna pars chirurgici eſt argumenti. Vulnera v. c. capitis & reliquarum corporis humani partium. Collecta ſunt partim ex notis fontibus, libriſque excuſis, partim ex propria adnotatione amicorum, ut in compendio multos memorabiles caſus hic conjunctos reperias. Fungus prædurus & lamellatus poſt calvariæ vulnus ipſi SCHENKIO ſubnatus, denique a ſuperveniente febre delapſus eſt. Os temporis totum exemtum, eventu felici. Ex anonymi Itali communicatione gulæ vulnus curatum. De calculo magna collectio: in ea aliquæ adnotationes ipſius SCHENKII in ſeipſo. Herniæ. Partus difficilis. Partus Cæſareus: copioſi peſſi. Uteri exciſi exempla. Artuum fracturæ aliaque mala. Anevryſma. Vulnera, etiam ſclopetaria. Fracturæ. Morſus animalium venenatorum.

Multa habuit ab amicis, quæ hic debent recenſeri, cum non alibi exſtent.

J. HESS *de calculis*. Putrefacta inteſtina; ulcus umbilici.

Sic *de calculo* J. JAC. WEPFER.

MARTINUS HOLZAPFEL *de naſi* per TAGLIACOTIUM *reparatione*. Calculus membrana obductus.

J. JESSENII

J. JESSENII de JESSEN pulmo vulneratus & abſcedens ſanatus. Uterus exciſus.

JOH. OETHEI Vulnera ventriculi ſanata.

HOLZACH, Inteſtini in hernia ſcrotali gangræna adfecti funeſta curatio.

TOBIAS CNEULIN ſatis frequenter citatur. Partus difficilis ab elapſo brachio.

JACOBI SEIDEL vulnera inteſtinorum ſanata. Os femoris ſponte fractum, artus incurvatus.

ABRAHAM MEGEL vulnera inteſtinorum ſanata.

PETRI QUENZ, Friburgenſis Helveti, oſſa per abſceſſum uteri felici eventu elapſa.

LAURENTII SCHOLZ, qui CRATONEM edidit. Ab hirudinum morſu gangræna. In femina orthoſtadia, uterus & veſica lapidea.

ESAIÆ MEICHSNER patella fracta. Fracta fibula greſſus non impeditus. Sponte delapſa brachia. Uterus exciſus. Vulnus hepatis ſanatum.

PETRI SPEHRER calculus in abſceſſu ſub hypochondrio.

J. FRANCISCI HILDESII (HILDESHEIM) exempla uteri exciſi. Calculus in nuper nato.

CASPARI WOLF phimoſis cum carnea excreſcentia ferro ſublata. Fibræ carneæ muſculorum rectorum ex conatu ruptæ.

J. FUNCK calculus veſicæ collum rupit & ſponte excidit.

OSWALD GABELCHOFER de paracenteſi umbilici.

Sic J. FRIDERICUS TRAFELMAN &

J. POSTHIUS.

ANDREAS PETRUS PERUSINUS de ſcorto, cujus concubitus continuo livorem in pene generabat, celerrime in gangrænam abeuntem.

## §. CLXXXVI. CODICES M. S.

ABRENETEI, Montiſpeſſulani, Profeſſoris tr. de tumoribus, in B. R. Par. n. 7111.

JOSEPHUS FENTON de vulneribus capitis, faciei, pectoris, nervorum, ventris & partium ejus. Ex NICOLAO MASSA. In libris H. SLOANE n. 8935.

GUILIELMI RHEMIGII, Lugdunenſis, codex M. S. Seculi XVI. eſt in B. REG. PAR. n. 7136.

CLAUDII CAROLI, Pariſini, operationes chirurgiæ.

EJ. tractatus de curatione morborum externorum B. R. P. IV. n. 7095.

## §. CLXXXVII. Varii.

Barth. Perdulcis & J. le Fournier *E. diverſa tumorum curatio* Pariſ. 1601.

J. Martin & Romigneus *E. malignis morbis ignis & ferrum* Pariſ. 1601.

Johannis Jessenii a Jessen, Pragenſis, *inſtitutiones chirurgiæ, quibus univerſa manu medendi ratio oſtenditur* Witteberg 1601. 8. *. Germanice, *Anweiſung zur Chirurgie* Nürnberg 1614. 8. *. Jam a J. v. Horne laudatur, quod omiſſa medicamentorum farragine, veram, quæ manu curat, chirurgiam docuerit, Brevis eſt & ſimplex; paſſim tamen propria experimenta citat, ut ſecti in adulto viro carnoſi linguæ vinculi: pueri ano impervio curato, & feminæ, cui vulva clauſa erat: alvi purgatio per unguentum umbilico illitum. Laudat catheteres corneos, qui calefacti molles ſubeant, inde elaterem reſtituant. Non placet, quod tumores cyſticos inter aſſerculos conpreſſos elidere jubeat, & quod per umbilicum prius ligatum tum pertuſum aquas velit exhaurire.

Ej. *relatio hiſtorica de ruſtico Bohemo vitrivorace* Prag 1607. Hamburg 1628. 8. *. cum D. Liddelio. Sanatus æger, cui ſponte ſua natus erat abſceſſus, & culter extractus.

Friderici Bonaventuræ *Quæſt. utrum homo poſſit rabiei affectu interire ex* Ariſtotelis *ſententia* Urbini 1627. 4. Mazzuch. Porro 1601. de partu ſcripſit & aliqua huc facientia admiſcuit.

Joh. Hiltbrand *Unterweiſung für die Hebammen und ſchwangern Frauen* Ingolſtatt 1601. 4. Lehm.

*Hippiatrique, ou traité des cauſes des maladies des chevaux* Par. 1601. 8.

Antonius de Cruz, Luſitanus, *Recapilagao de cirurgia dividida en ſeneo tradados* 1. 2. *apoſthemas* 3. *de feridas* Lisboa 1601. 4. 1605. 4. 1630. 4. 1688. 4. 1711. 4. Cap. de Vila.

J. Zecchii, Bononienſis, *Conſultationes Medicinales, in quibus univerſa praxis medica tractatur* Rom. 1601. 4. Venet. 1617. 4. Francfurt 1650. 8. *. Bene multa chirurgici ſunt argumenti. Inuſtionem capitis laudat quidem, ut tamen in coronali ſutura facile noceat, & duram membranam offendat: ſe enim phrenitidem continuo ſupervenientem vidiſſe. Ad renum calculum, fere medicamenta. Calculoſos levari, ſi cervix veſicæ incidatur, ut lotium per fiſtulam abeat. Luxationem utriuſque femoris a cauſa interna tamen vult extendere & reponere. Calculus ureteri infixus. Hic & alibi multa parum fida medicamenta lithontriptica. Ad morſum viperæ, poſt morbum, ut puto, datum conſilium. In cancro mammæ lignorum decoctum. Tumor aquoſus, cyſticus, ab œdemate diverſus. Conſilium in veſicæ calculo, viam apertam tenere inciſione in cervice facta, & vulnere aperto ſervato. Secundas reſides borace vult expellere.

ELIÆ MOCK λιθοκοπη ιατρικη ſ. *de calculo in homine expoſitio ſingularis* Baſil. 1601. 4. RIV.

J. DICTER *de nephritide* Baſil. 1601. 8.

## §. CLXXXVIII. FORTUNATUS FIDELIS.

EJ. *de relationibus medicorum* Libri IV. Panorm. 1602. 4. 1621. 4. FALC. Venet. 1617. Lipſ. edente PAULO AMMAN 1674. 8. *. Cum antiquiſſimus ſit de medicina forenſi ſcriptor, non ideo debet contemni, qui ſatis minute & copioſe magnum hujus artis ambitum pertractaverit, etiam uberius, quam nuperorum multi. Ad chirurgiam pertinent, quæ habet de cicatricibus: de cauſis, quæ tormentorum veniam exigunt: de vitiis, quæ certorum muſculorum diſſectionem ſequuntur ſigillatim: de variarum partium vulneribus, qua occaſione tendines intra muſculum non difficulter conſervere docet, ſuamque in ægris innumeris experientiam citat, qui ſibi curandi ſint propoſiti. Porro de vulneribus mortem inferentibus: demum de ſubmerſis, & ſtrangulatis, & utriusque violentiæ illatæ ſignis.

MARTINI FABRICII diſp. *de cancro non ulcerato ſ. apoſtemoſo* Baſil. 1602. 4. MOELLER.

CHRIST. SCHOEBEL *de fracturis in genere, & de fracturæ cubiti natura* Baſil. 1602. 8. BOEHM.

SULPITII RIGAULT & A. ROUSSEL *E. renum calculo nephrotomia* Parſ. 1602.

## §. CLXXXIX. BARTH. CABROL. J. B. CODRONCHUS.

BARTHELEMI CABROL, anatomici Monſpelienſis & chirurgi, *Alphabet anatomique, avec pluſieurs obſervations particulieres* Genev. 1602. 4. Latine, etiam Genevæ, etſi nomen urbis non acceſſit, 1604. 4. *. Huc pertinet ob eas, quas anatomicas vocat obſervationes, & quarum pleræque chirurgici ſunt argumenti. Cornu de fronte viri reſecuit, ſanguinem cauterio repreſſit. Ex vulnere inteſtini coli ſtlopetario anus præter naturam natus. Vulnus ſtlopetarium, cerebri particula amiſſa, paralyſis lateris adfecti, quæ omnia mala ſe paſſa ſunt ſuperari. Vulnus profundum hepatis enſe inflictum, ſanatum & cicatrice clauſum, ut in cadavere adparuit. Sanguis effuſus, per inciſum abdomen exhauſtus. Fiſtula a verme inteſtinum perforante nata. Femina, quæ per umbilicum mingebat, ſanata, reſtituto itinere naturali. Umbilicus vinctus & igne tactus; & clauſus, qui præter naturam patebat urachus. Fractura cranii nudata integra dura membrana, amiſſus inde rationis uſus poſt annos reſtitutus. Mirificum vulnus ſtlopetarium, quo per labium ſuperius perforatum bregma ſanatum. Sic ferro reſtituta femina, cui in clauſa vagina ſanguis collectus erat. Paracenteſis umbilici in hydropica felix. Vulnus veſicæ ſanatum. In abſceſſu viri reperti pili, ſed etiam neſcio quæ ſuperſtitioſa. Magnus abſceſſus lumborum feliciter apertus. Vulnus cerebri cum fer-

ramento

ramento impacto ſanatum. Lupia reſecta cum multo cauteriorum uſu. Cancer ferro & igne exſtirpatus, ſed recidivus. Pene abſque artis auxilio ſanatum ingens cranii vulnus. Enormes tumores cyſtici abdominis.

JOH. BAPTISTÆ CODRONCHI *de morbo novo, prolapſu ſcilicet mucronatæ cartilaginis* libellus Bonon. 1603. 4. *. Ventriculum comprimi, vomitum ſubinde cieri, jecur urgeri. Cauſam prolapſus eſſe vel violentiam aliquam, vel humorem craſſum lentumque. Ut reſtituatur compreſſis utrinque coſtis ſpuriis.

EJUSD. *de rabie & hydrophobia* L. II. Francfurt 1610. 8. *. Fere collectitium opus. Aquæ marinæ parum tribuit.

### §. CXC. S. MERCURIUS. ROD. a CASTRO.

Priori verum nomen fuit HIERONYMO.

EJUS ſunt *degli errori populari d'Italia* libri VII. Venet. 1603. 4. RAST. Padova 1645. 4. *. In hoc grandævi ſenis opere, aliqua huc faciunt. Nurſinos duos Venetiis hernias per caſtrationem curaſſe, calculum ſecuiſſe, magno ſuo cum lucro. Medicum Gallum carunculas ſanaſſe. De abuſu & nimio uſu fontanellarum: non recto loco inuri, male gubernari. Ex ejusmodi fonticulo gangræna. Florentiæ omnes ſuos pueros continuo a partu in cervice urunt, ad epilepſiam vitandam. De obſtetricibus.

Deinde *la commare orricoglitrice* Venet. 1604. 4. 1607. 4. Milan. 1618. 8. *. Auctius Venet. 1642. 4. d'ETR. BUR. cum tr. *de coloſtro*; tum Veron. 1652. 4. *. 1662. 4. PLATN. Germanice verſ. a GODOFREDO WELSCH *Kindermutter oder Hebammenbuch* Lipſ. 1652. 4. *. Witteberg 1671. 4.

Auctor ARANTIUM anno 1568. audiverat, a. 1571. in Gallia peregre abfuerat, inde Patavii vixit, tum Peſcariæ & Centum Vallibus. Partus difficiles figuris exprimit: in caput dirigere jubet, etiam quando pes præivit, partumque, in quo pedes præcedunt, habet pro valde difficili, neque utroque pede fetum extrahit, niſi quando omnino non poteſt aliter. Partuum Cæſareorum felicium exempla refert, quem commendat & deſcribit. Feminas poſt eum partum concepiſſe & peperiſſe. Varia alia mala feminarum & puerorum. Verboſus auctor.

Editor WELSCHIUS non inutilia addidit, ruptæ etiam vaginæ exemplum. Conſilium impoſſibile repudiat, quo obſtetrix fetum jubetur in caput dirigere, & pedibus ſuadet extrahi.

RODERICI a CASTRO Luſitani *de univerſa morborum medicina* Hamburg 1603. fol. *. 1628. 4. LIND. 1662. 4. LIND. Pars ſecunda huc ſpectat, quæ practica eſt, & in qua agitur de atretis, de morbis uteri, de partu difficili, de Cæſareo partu, de mammarum malis, & de cancro.

## §. CXCI. Varii.

Petri Parisii, Siculi, *breve diſcorſo ſopra il medicamento divino ed ottimo per guarire ogni ſorta di ferita* Panorm. 1603. 4. Manget. Gallice Paris 1607. 8. *diſcours touchant le medicament du vin & de l'huile pour guerir les bleſſures.* Falc.

Federico Zerenghi *breve compendio di cirurgia* Napoli 1603. 4. d'Etr.

Petit *tr. ſur la forme & façon d'embrayer, & ſur le moyen de le bien accommoder* Paris 1603. 4. P.

Franciscus Sylva & Olivera *diſcorſo de la providencia e curacion de ſecas y carbunclos con contagio* Granada 1603. 8. Cap. de Vila.

*Queſtions propoſées & reponſes ſur la maladie, cauſe, effets & gueriſon de Rage* Sens 1603. d'Etr.

Sebast. Moller *de ſuffuſione* Francf. 1603. 4. Boehm.

Pet. Kirstenius περι λιθιασεων *de renum & veſicæ calculo* Jen. 1603. 4.

## §. CXCII. Varii.

J. Baptistæ Xamarro *Indicacion de la ſangria* Penciæ 1604. 4. niſi potius clinici eſt argumenti.

Emanuel Leitan, Luſitanus, Chirurgiæ Prof. *Practica de barbeiros en 4. tradados* Lisbon. 1604. 4. 1647. 8. 1651. 8. 1693. 8. Conimbriæ 1693. 8. C. d. V.

Franc. Ellain & Simon a Cubes *non ergo omnis cancer curabilis* Paris 1604.

Marc. Wolfhard *de ſcirrho, in ſpecie lienis* Baſil. 1604. 4. Boehm.

Ph. Clauser *Arzneybuch zu allen Gebrechen und Zufällen des Leibes* Baſil. 1600. 8.

Hoc anno publica auctoritate abrogatum eſt fedus inter chirurgos, quo medici ab anatome arcebantur (*a*).

## §. CXCIII. Plazzonus &c.

Francisci Plazzoni, qui operationes chirurgicas Patavii demonſtrabat, *de vulneribus ſclopetorum tractatus* Patav. 1605. 4. Venet. 1618. 4. *. Patav. 1643. 4. 1658. 4. 1669. 4. Lind. In caſtris Venetorum medicinam fecerat, neque tamen ea opportunitate ad eruendum verum uſus eſt. Nam a principio vulnera ſtlopetaria facit venenata, & amburere adſeverat. Inciſionem modicam in mali principio præſcribit, hæmorrhagias ferro candente comprimit, neque eſcharæ



(a) Prevost p. 27.

ræ lapſum metuit. Alexipharmaca propinat, ex hypotheſi. Si ſphacelus urſerit, amputat in limite partis ſanæ & mortuæ.

Apud RHODIUM reperitur in obſ. n. 82. ejus curatio oculi, cujus humor aqueus reſtitutus eſt.

DIONYSIUS DEZA Y. CHACON. Ejus eſt *Practica y theorica de la cirurgia* Pinciæ 1605. fol. CAP. de V. 1609. fol. ANTON.

ANDREÆ CÆSALPINI κατοπτρον ſ. *ſpeculum artis medicæ Hippocraticum* Francfurt 1605. 8. LIND. Venet. 1606. 4. LIND. Tarviſ. 1606. 8. ID. Argentor. 1670. 8. *. De venenis & animalium venenatorum morſibus, de ſtrumis, morbiſque a capite ad calcem; hos inter, de morbis oculorum, faucium, renum, calculo, partu difficili &c. Breve in univerſum compendium, ut in medicamentis fere ſubſiſtat. In muliere vidit, ex pudendo polypum egredi penis ſimilem: & ejusmodi, ſed paucas adnotationes interſpergit.

PETRI FABRI *de gangræna & ſphacelo determinatio* Baſil. 1605. 4. RIV.

JOHANNIS BRABO CHAMISSO, Conimbricenſis Profeſſor, *de medendis corporis malis per manualem operationem* Conimbricæ 1605. 4.

EJ. *de inſtitutionibus chirurgicis; de capitis vulneribus* Conimbricæ 1610. fol. Video nunc eſſe eundem, quem ex LINDENIO corrupto nomine dixi p. 176. quo hæc referre oportet.

ADAM ADAMIUS *de thoracis vulneribus, de immodico menſtrui profluvio* Baſil. 1605. 4.

CHARLES D'ARCUSIA *la fauconnerie* en 4. livres Ed. III. Paris 1605. 8. *. Morbos chirurgicos habet & aliquas mirificas curationes. Naribus obſtructis medetur perforata cute inter oculum & roſtrum, & traducto ſetaceo. Venæ pedum ut bis ligatæ reſecentur. Fracturæ, ad eas ferulæ ex ramis pineis novellis. Pennæ ruptæ ut inſitione reparentur. Unco extractum concrementum ventriculum replens. Emphyſema totius corporis inciſionibus ſublatum. Ventriculum incidit & conſuit.

## §. CXCIV. VARII.

BERNARDINI CAII, *de veſicantium uſu* Venet. 1606. 4. LIND. Contra eorum uſum.

J. VINCENT. GOSIUS *cum tabulis microſcopicis* aliquas *obſervationes* edidit, quas inter eſt de TAGLIACOTIANA reparatione naſi Turin 1606. 4.

ABEL ROSCIUS *de morſu canis rabidi* Baſil. 1606. 8. & in HILDANI operibus, cujus amicitiam meruit, & ad quem ſæpiuſcule de rarioribus caſibus retulit.

PAULI RENEAULME *ex curationibus obſervationes* Pariſ. 1606. 8. *. Aliqua huc ſpectant, ut ſanati aliqui, quos rabidus canis momorderat, innominatis nonnullis arcanis. A vipera ipſe & a cenchride (quid?) inter legendas plantas demorſus facile convaluit, alioſque ſimili in caſu noſter ſervavit, ſcarificatione, baccis

A

Acacalidis &c. Recte vero monet, canes a viperis demorſos non interire, & poſt 24. horas ſymptomata ſponte evaneſcere. Crurum ulcera ſanata medicamentis.

ERN. SONER & ABRAH. BOXBARTER *de ſanguinis detractione per venas* Noriberg 1606. 4. *.

ANDR. EMMENIUS *de renum & veſicæ urinariæ calculo* Lipſ. 1606. 4.

J. FLEISSER *de calculis corporis humani* BASIL. 1606. 4.

J. KEGLER τα χειρεργυμενα περι τραυματων, ſ. *ſumma de capitis vulneribus* Lipſ. 1606. 4.

NIC. TABOT & STEPHANI LAFRONT *Ergo in pube lithotomia* Par. 1606.

## §. CXCV. D. TERILLUS. ALII.

DOMINICI TERILLI Veneti, ſculptoris filii, *de veſicantibus dilucidatio ac aretologia* Venet. 1606. 4. *. Contra B. CAII librum, cujus ſingula argumenta ex ordine proponit & refutat. Neque tamen ad propria provocat experimenta, ſed ad medicos innumeros Venetos & Patavinos, qui veſicatoriis utantur. Veteres etiam phœnigmis uſos eſſe, & veſicas trahentibus medicamentis, quæ inter veſicans CRITONIS.

EJUSD. *de cauſis mortis repentinæ diſtinctiſſima tractatio* Venet. 1615. Aneuryſmatum mentionem facere lego.

JOHANNES BARRIOS *de la verdadera cirurgia y medicina* 1607. fol. CAP. de VILA.

THOMAS CORNACCHINUS in *medicina practica rationali & empirica* Venet. 1607. fol. Patav. 1609. fol. etiam chirurgica tangit.

CLAUDE CHAPUIS, de St. Amour ex Comitatu Burgundiæ, *traité des cancers tant occultes qu'ulceréz* Lion 1607. 12. *. Amicus HILDANI, chirurgus, multum tribuit arſenicali vinculo, quo circumdati tumores abſque malo ſymptomate conſumantur, & quo in exemplo oculum feliciter amputavit. Cancro mammæ ſublimatum mercurium admovet in aqua forti ſolutum, adjecto ſale ammoniaco, quo mala caro conſumatur abſque venenato effectu, quem admotum arſenicum edat. Eſcharam deinde butyro ad lapſum diſponit, & cicatricem unguento calcinato PARACELSI inducit.

DUNCAN LIDDEL *ars medica ſuccincte & perſpicue explicata* Hamburg 1607. 8. 1628. 8. *. Morborum a capite ad calcem cenſus, & inter eos etiam ii, qui manu curantur.

ANDREÆ CHRISTIANI *enchiridion medicum de cognoſcendis & curandis tam internis, quam externis corporis humani morbis* Baſil. 1607. 8.

J. FRIDA *de renum & veſicæ calculo* Helmſtatt 1607. 4.

## §. CXCVI Varii.

J. Georgius Schenk, Johannis fil. dictus a *Grafenberg.* Ej. *Lithogeneſia ſ. de microcoſmi membris petrefactis, & de calculis eidem microcoſmo per varias matrices innatis: acceſſit analogicum argumentum de calculis brutorum corporibus innatis* Francf. 1608. 4. d'Etr. Germanice Francf. 1609. 4.

Petri Matthæi Rossii *conſultationes & obſervationes ſelectæ pro morbis ad ad facultatem chirurgicam & phyſicam ſpectantibus* Francf. 1608. 8. Lind. & cum Petri Bonelli aliorumque *obſervationibus* ib. 1616. 8. *. Libellus datus Florentiæ 1602 & a Victorio filio dedicatus ib. 1607. Obſervationes ſunt tredecim, cum fuſa enarratione. Chirurgiam ipſe exercuit: fracturam gravem complicatam pedis, cum artum vellent detruncare, ipſe ſanavit remotis oſſibus, quæ erant emortua. In gravi fractura femoris, cum os corruptum ſubeſſet, eo extracto ægrum reſtituit, Os fractum, inque duram cerebri membranam depreſſum evulſit, ægrum ſanavit. Graviſſimam cerebri commotionem feliciter diſcuſſit. De capitis vulneribus varia, deque trepano: & in magnis malis felix medicatio. Vulnus ſclopetarium teterrimum dorſi, & fiſtula veſicæ glandiſque ulcus feliciter curatum. Os fractum, adtrita omnia, & ſpacelus brachii a glande plumbea. Conſultationes etiam aliquæ chirurgicæ ſunt, minoris tamen momenti. Expertus vir & fortunatus. In mortua tamen carne artus amputat.

Hippolitus Parma, Vicentinus, qui Patavii utramque medicinam exercuit. Ejus *praxis chirurgica, in qua operationes deſcribuntur* Venet. 1608. 16.

Ej. *introductionis ad chirurgiam* libri II. Patav. 1612. 4. *. Fere in generalibus ſe continet. Primum de chirurgi officio in univerſum; tunc de tumoribus, vulneribus, ulceribus, fracturis & luxationibus, breviter, ut ſumma capita tangat. In altero libro de revulſione, derivatione, claſſibus medicamentorum digeſtrorum, adſtringentium &c., de inſtrumentis, quibus uſus ſit ad eximendum, ad reponendum, ad ſupprimendum hæmorrhagiam. Induratas poſt luxationem partes poſſe emollientibus ſanari. Vulnus ventriculi a Casserio ſanatum. Contra adtrahentium uſum, inde longos fieri morbos, reſolutionem tumoris finem eſſe, quem chirurgus ſibi proponit. Thernales aquas laudat pro epulotico.

Lælii a Fonte, Eugubini, Medici Veneti, *conſultationes medicæ* Venet. 1608. fol. Riv. Francfurt 1609. 8. *. Aliqua, tamen & ipſa potius medica huc retuleris, de lapide veſicæ, renum, ſuffuſione, recti inteſtini ſordido ulcere.

Ejusd. *de veſicantium uſu libellus* in editione Francofurtenſi. Contra ea medicamenta.

J. Rod. Klenck *de nephritide* Baſil. 1608. 4.

Chr. Rumpf *de cancro* Baſil. 1608. 4. Riv.

Nic. Tabernarii *de lapide, calculo, arenulis* Baſil. 1608. 4. Riv.

Paul Hæhl *de gangræna & ſphacelo* Baſil. 1608. 4. Riv.

§. CXCVII.

## §. CXCVII. Theod. Baronius. P. Pigrai.

Theodori Baronii, Cremonenſis, *de operationis meiendi triplici læſione & curatione* libri II, *in quibus morbi omnes renum & veſicæ ex* Galeni *præſertim mente cumulatim traduntur* Ticini 1609. 4. *. Galeno adeo addictus, ut cum eo errare malit, chirurgis infenſus, ut invitiſſimus unquam ad ſecandum calculum conſenſerit, quam curationem nunquam niſi funeſtam viderit. In L. I. de iſchuria agit, eaque occaſione data de calculo. In L. II. de variis veſicæ morbis. Non eſt abſque propriis adnotationibus. Carunculanum curationem ex Petro Gallo chirurgo, ejuſque filio Carolo, repetit: cereis nempe primum erodentibus, dein deſiccantibus utitur. Cantharidum uſum internum periculo carere. Medicamenta, non multum certe promittentia, ad calculum comminuendum laudat, fatetur tamen difficillime diſſolvi, ideoque injectos liquores commendat, per perinæi ulcus impulſos. Ad nephritidem cucurbitulas dorſo admovet. Pedibus fetum optime extrahi. Incontinentiam urinæ partui laborioſo ſæpe vidit ſucceſſiſſe. Numeroſi in utero calculi.

Petri Pigrai, Decani chirurgorum Pariſienſis & chirurgi regii, *chirurgia cum aliis medicinæ partibus juncta* Paris 1609. 8. Gunz.

Ej. *chirurgie miſe en theorie & en pratique* Paris 1610. 8.

Ej. *epitome præceptorum medicinæ chirurgicæ* Paris 1612. 8. *. Gallice *Epitome des præceptes de medecine & de chirurgie* Lion 1628. 8. Rouen 1642. 8. *. 1658. 8. 1649. 8. Heist. Belgice, *Kort begryp van de cure der medicyne en der chirurgie* Amſterdam 1623. 4. Reperio etiam titulum *Genees en heelkonſt* Amſterd. 1662. 4. Heist. Italice, *Chirurgia teorica e pratica* Siena 1683. 8. Osb.

*Epitomen* puto idem eſſe opus cum eo, quod primo loco dixi, quod Henrico IV dedicatur, qui a 1610 vivere deſierat. Liber ipſe minime malus, cauti & prudentis hominis. Nova aliqua habet, ut punctionem inflatorum inteſtinorum. Habet & adnotationes proprias. Vaſa in amputatione difficulter fere & cum plurimo dolore apprehendi, quare præſtare fere cauterio uti. Cancro reſecto ignem admovet. Enormem mammam tactam cauterio ſanguine ſe depleviſſe, ita ſubſediſſe. Punctum aureum nunquam feliciter ceſſiſſe: ab eo convulſiones natas, quas non potuit niſi exſtirpato teſticulo ſedare. Metaſtaſis purulentæ materiæ a genu in humerum. Apechema rejicit, niſi ſutura evanuerit. Fungo cerebri ſpiritus vini convenit. A percuſſione temporis valida maxima ſymptomata, ſopor etiam & hemiplegia: & tamen ſenſim pene ſponte malum ſanatum, præter ſuperſtitem brachii paralyſim. In paronychia ad os uſque incidit. Ancyloſin in Henrico IV ſanavit; erat meliceris. In vivo amputat. Arteriam, ſi poteſt ligat, ſin minus, igne utitur. Polypum tenacula prehendit, embryulco evellit. Ex paracenteſi omni aqua educta, mors ſubita. A cauſtico in hernia mors. Satis recte herniam uri, donec cicatrix dura inteſtinum retentura ſubnaſcatur. Vinculum penis rigidius jubet incidere. Fetum optime pedibus extrahi. Herniam cerebri periculoſe tactam chalcantho, apta deligatione conpreſſit & ſanavit. In mortuis ex

 capitis

capitis læſionibus fere in jecore abſceſſum eſſe. Et ex parvis malis ægrotos perire, & ex maximis convaleſcere, ut in ampliſſima calvariæ fractura cum paralyſi univerſi corporis conjuncta. Gulæ vulnus injecta ſutura ſanatum. Vulnus, quo pulmo & thorax transverberatus, multumque pus exſcreatum, tamen ſanatum: & aliud cum coſtæ fragmentum per aſperam arteriam rejectum fuiſſet; aliud, ubi coſtam diffractam de diaphragmate extraxit. Aliquot graviſſima vulnera pectoris ſanata, etiam cum pus ſubnatum eſſet. Vulnus œſophagi ſanatum, ſed ex tracheæ vulnere fiſtula lente funeſta. Punctionem veſicæ habet.

JOH. HUCHER, Cancellarii Univerſitatis medicæ Monſp. *de ſterilitate utriusque ſexus* Genev. 1609. 8. 1610. 8, Multum ad chirurgiam paſſim hic pertinere, ad partum etiam potiſſimum PORTAL, neque enim vidi.

RODOLPHI GOCLENII, Profeſſoris Marburgenſis, PARACELSISTÆ, *tr. de magnetica curatione vulnerum extra ullum dolorem & remedii applicationem* Marburg 1609. 12. LIND. etiam 1608. 8. Francfurt 1613. 8. *, tum cum *theatro ſympathetico* Norimberg. 1662. 4. *.

EJ. *ſynarthroſis magnetica oppoſita infauſtæ anatomiæ* JOHANNIS ROBERTI Jeſuitæ *pro defenſione tractatus de magnetica vulnerum curatione* Marpurg 1618. 8. & in *theatro ſympathetico* eodem.

EJ. *Nova defenſio magneticæ curationis vulnerum ex ſolidis principiis* Francfurt 1625. 8. 1643. LIND.

Pro ſympathia & antipathia in univerſum, exempla collectitia. Sigilla ſub certis planetis ſculpta ſuam virtutem poſſidere. Taliſmani & ſigilla dæmonum. Uſneæ virtutes. Hæc in primo libello, reliquos non vidi.

J. SIG. RUDELIUS *de carcinomate* Baſil. 1609. 4. RIV.

GEORG SCHOEN *de fonticulis* Baſil. 1609. 4. RIV.

## §. CXCVIII. LOUISE BOURGEOIS.

Dein BOURSIER, obſtetrix regia. EJUS ſunt *obſervations diverſes ſur la ſterilité, perte de fruit, fecondité, accouchemens & maladies des femmes* Paris 1609. 8. 1626. 8. 1642. 8. *.

Germanice Francfurt vel Hanau 1628. 8. B. TIG.

Belgice Delft 1658. 8. HEISTER.

Liber II Paris 1642. 8. *.

Liber III ib. 1644. 8. Sed privilegium eſt anni 1625.

*Les ſecrets de* L. BOURGEOIS ib. 1635. 8. *. 1650. 8. POCH.

*Inſtruction à ma fille* Paris 1642. 8. *.

*Apologie contre le raport des medecins* Paris 1623. 8. Germanice Francfurt 1629. 4.

Ordinem

Ordinem non laudes, neque nimiam, quam arcanis medicamentis tribuit fidem: in encheireſi etiam parcior eſt. Non ideo nihil laudes. Experta enim mulier, neque inficeta, eventus rariores non paucos adnotavit, conſilia dedit minime mala, PAREI uſa lectionibus. Tactu ad explorandam graviditatem utitur, non tamen ſatis curioſe. Conſilium ei tribuit J. ASTRUC, quod ex primis dederit, ut continuo fetus educatur, quando ſanguinis de utero jactura urget. Non rumpendas membranas, ut aquæ emittantur, neque extrahendas ſecundas, niſi periculum adſit. A rudiori deligatione ulcus uteri. A faſciis capita puerorum Pariſiis longiora reddi. Ut brachium retrahat puer, frigida imbuendus. Inter malos ſitus peſſimus eſt in quo umbilicus procedit. A lapſu dilatatum os uteri. Multa de abortu. Herniam uterinam vidit. Calculum de veſica ipſa extraxit, tenacula uſa. Umbilicum nodo conſtrictum vidit. Hæc in primo libro.

In ſecundo obſervationes rariores. Fetum brachium de utero emiſiſſe, retraxiſſe, duobus ab inde demum menſibus partu fuiſſe editum. Ab imperito chirurgo interfecta unco mater. Lithopædium Senonenſe vidit. Mors a *falſo germine* partum impediente. Cæterum fere in medicamentis tota eſt.

Secreta ſunt ad omnis generis morbos, adque alias artes & rem coquinariam.

## §. CXCIX. NICOLAUS HABICOT.

Celebris chirurgus Pariſinus, tonſor, collegio D. COSMI ab a. 1610. vel 1611. (*) aggregatus: anatomica potius ſcripſit, quam chirurgica, inque iis celebrem illam hebdomadem anatomicam. Ad chirurgiam pertinent *problemes medicinaux & chirurgicaux* Pariſ. 1617. 8. *. Diſſertatiunculæ medicis & chirurgis Pariſinis dicatæ. Non debere ſecari, in quibus cathetere calculus non ſit repertus. Caſtrationem neceſſario ad herniarum curationem non requiri. Contra paracenteſin hydropicorum. Carminum nullam eſſe vim medicatricem.

EJUSD. *queſtion chirurgicale, par laquelle il eſt demontré, que le chirurgien doit pratiquer la bronchotomie* Pariſ. 1620. 8. *. Præſide MARESCOTO ſe laryngem inciſiſſe, vulnera aſperæ arteriæ ſanata vidiſſe, ſe ipſum bronchotomen eſſe molitum, ut œſophagum illapſo & hærente auro expediret, id ſe detruſiſſe in ventriculum, exiiſſe decimo poſt die: inciſiſſe etiam eamdem arteriam, cum ſuffocationis periculum a vulnere laryngis immineret.

## §. CC. VARII.

JEAN GIRAULT *quelques traitez des operations de chirurgie* Paris 1610. 4. *. Ad DALECHAMPII chirurgiam Gallicam, ſ. PAULI verſionem, addidit operationes aliquas faciliores & inſtrumenta etiam ſua. Fuſe de ani fiſtula, quam lino ſecat. Ex RICHARDI HUBERT præceptis debere ſpincteri caveri: ut id fiat. Fiſtulæ inſtrumenta; anulo etiam contorquet. De forcipe ad præaltam fiſtulam. Ut in fiſtula lacrumali ignis admoveatur, ferramento in fine latiori. Ad paracenteſin acum

(*) *Second mem. pour les DD. en medecine.*

acum habet a tubulo non liberam. Modus perforandi umbilici ANDREÆ LAURENTII. RIOLANI chirurgi aliud ad ani fiſtulam urendam inſtrumentum. HONORATI BARBIER ſpeculum vaginæ, quo feminam curavit, cui vagina minimo poro patebat.

In CHRISTOPHORI GUARINONII, Veronenſis, archiatri Cæſarei, *conſiliis medicinalibus* Venet. 1610. fol. *. aliqua pertinent ad calculum, cancrum, ulcera, ſuffuſiones: ſed intra medicamenta ſe continet.

TOBIÆ TANDLER *διασκέψεων χειρουργικῶν decas; de uſu hirudinum, ſcarificatione: puerorum & prægnantum phlebotomia, ſalvatellæ inciſione, hyſterocele, hyſterotomia: matricis exſtirpatione: lienis extractione: ſetacei applicatione: cohibenda partis in ſphacelo amputandæ hæmorrhagia* Witteberg 1610. 4. BOEHMER.

MARTIN SCHEFFER *de hydrophobia* Baſil. 1610. 4. RIV.

SEBASTIANI CORTILIO (vel CORTILLO) Ariminenſis, *de chirurgica inſtitutione* L. V. cum J. MARQUART *practica medicinali* Ffurt. 1620. 8. LEHMAN. Eſſe compendium HIERONYMI FABRICII.

*Cirurgia* Venet. 1610. 8. Ita lego in libris J. ANTON. v. der LINDEN.

HENNINGUS ARNISÆUS in *obſervationibus anatomicis* Francfurt 1610. 4. *. inque diſquiſ. *de partus humani legitimis terminis* Francfurt 1611. 12. * habet de partu deque hiſcentibus oſſibus pubis & ilium aliqua.

J. SIGLICIUS *de fracturis oſſium in genere* Lipſ. 1610. 4. BOEHM.

*Relatio chirurgorum, qui vulnera* HENRICI IV. *poſt ejus cædem explorarunt* a. 1610. M. S. Bibl. Reg. n. 7141.

## §. CCI. HENRICUS SMETIUS.

A LEDA, nobilis Aloſtanus, Profeſſor Heidelbergenſis. EJUS ſunt *miſcellaneorum medicorum libri XII.* Francfurt 1611. 8. *. Aliqua huc faciunt, ut in L. IV. de ſolutione continui epiſtola; ſed potiſſimum rariorum morborum Antverpiæ & Heidelbergæ obſervatorum numeroſa exempla. Tumor tunicatus enormis, materie, qualis eſt cerebri, repletus, qui totum abdomen replevit. Mors ex maxima hernia umbilicali in gangrænam abeunte. Anevryſma ſub genu. Sanatus maniacus, qui ſibi teſtes evulſerat, addit noſter venere legitima perinde eſſe defunctum. Mors ex retento lotio, diſtenta veſica & gangræna correpta. Gangræna cruris exſiccati, quod ſponte delapſum eſt. Paralyſis dextri brachii cum capitis pars ſiniſtra percuſſa fuiſſet. Scirrhus maximus meſenterii. Enormis encanthis. Ruſtici per nares videntis hiſtoria pene incredibilis. A vulnere pus in pectus effuſum & putridum, per paracenteſin feliciter eductum. Cæcitas a lente cryſtallina glauca (anno 1578.) Hernia intra uteri cervicem, primum, ni fallor, hujus mali exemplum. Enorme emphyſema ex pectoris vulnere, quod die quinto evanuit. Inciſus, ob calculum, qui nullus erat, homo, funeſto eventu. Vulnerum capitis funeſtorum pluſcula exempla, etiam cum calvaria non eſſet violata.

ſata. Tumores tunicati grandes, alii ferro exſtirpati, alii vinculo conſtricti. Ex lapſu vomitus, innoxii. Inteſtinum tenue a lumbricis perruptum, per ulcus elapſum, fæceſque reddens, repoſitum, lamina argentea compreſſum, ſanatum. Hepatis ulcus ſponte per umbilicum patens; icterus inde & mors. Ab ictu pus ſub dura membrana cerebri, cum calvaria integra effuſum, eventu funeſto, mente nihil paſſa. Pugni ictu vertebra colli tertia & quarta luxata: capitis motus amiſſus & ſuperioris palpebræ. Plura omiſi, in quibus in univerſum doleas, auctorem adeo brevem fuiſſe.

JACQUES FONTAINES *deux paradoxes appartenans à la chirurgie, le 1er contenant la façon de tirer les enfants du ventre de leur mere par la violence extraordinaire. L'autre eſt ſur l'uſage des ventricules du cerveau* Paris 1611. 12. Jubet pedibus fetum extrahere.

GONSALEZ RODRIGUEZ de CABREIRA; Allegutæ in Luſitania nati, *compendio de multos remedios de cirurgia e outras couſas curioſas recopiladas de teſauro de pobres e outros Authores* Lisboa 1611. 8. 1614. 8. 1617. 8. 1635. 8. CAP. de V.

JEAN MARCHANDET, *hiſtoire memorable advenue en Franche-Comté, d'une femme qui a produit un enfant par le nombril aprez avoir porté 25. mois & demi* Lyon 1611. 12.

*De lampade vitæ* Franeker 1611. 4. Curationes ſympatheticæ narrantur, ut morbus per ſanguinem calentem ægri in enſem transferatur.

MICH. DOERING, *de medicina & medicis adverſus iatromaſtiges & pſeudoiatros* L. II. Gieſſ. 1611. 8. De lethalitate vulnerum. Chirurgos debere in medici eſſe poteſtate.

EJUSD. *de herniæ uterinæ atque hanc juſto tempore ſubſequentis partus Cæſarei hiſtoria* Witteberg 1612. 4. conf. p. 262.

JEAN EMANUEL LABADIE *Conſeils de Chirurgie* Toulouſe 1611. 8.

J. JAC. CHIFLET *ſingulares tam ex curationibus, quam ex cadaverum ſectionibus obſervationes* Pariſ. 1611. 8. *. Habet etiam chirurgica aliqua, ad pectoris ob empyema perforationem. Cauteria in prima vertebra & in coronali ſutura.

EJ. ACIA CORNELII CELSI *propriæ ſignificationi reſtituta &* ALPHONSUS NUNNEZ *defenſus* Antverp. 1633. 4. BOEHMER.

HIERONYMI VENEROSII *Conſultatio reſponſoria de urinæ ſtillicidio pruritu & herpete exedente* Venet. 1611. 4. PLATNER.

HERMAN MARBACH *de renum & veſicæ calculo* Marpurg 1611. 4.

CASP. HEINICUS *de calculi in humano corpore præſertim & veſicæ natura & amotione* Baſil. 1611. 4.

DIONYSII GUERIN & NIC. GIRAULD *Non ergo cancri occulti ſanabiles* Paris 1611.

J. de GORIS & GUIL. DUVAL *Ergo carbunculo ſapphirus* Pariſ. 1611. ubi ſeculi videas credulitatem.

J. RUD. SALZMANNUM huc recenſet PORTALIUS & *adnotationem de fractorum oſſium dicta in* Centuria II. HILDANI, aliamque cum HORSTIO editam de ophthalmia difficili ſanata &c. In *obſervationibus anatomicis* Amſterdam 1669. 12. *. exemplum eſt labii leporini ad ſellam equinam uſque diviſi, cujus curatio mortem intulit.

EJ. *ανασκευη οπλιατριας. Quæſtio an unguentum armarium, quod panno ſolum gladiove cruento illitum a concinno applicatu vulneribus ægri ſ. præſentis, ſ. ad multa milliaria abſentis medelam adferat naturaliter* Argent. 1663. 4. RIV.

EJ. *epiſtola ad* HORSTIUM *de femina, cui, cum nequiret parere, ab obſtetrice rupta rudi adtrectatione vagina eſt, ſanata tamen;* hiſtoriola ſuſpecta videtur.

## §. CCII. DANIEL SENNERT.

Profeſſor Wittebergenſis, integrum medicinæ ambitum ſuis operibus comprehendit, aptus ſcriptorum placita in compendium contrahere, neque ſine proprio experimento. Chirurgiam aliquoties tractavit.

*Inſtitutionum medicarum*, quæ a. 1611. 4. ſecundum PORTALIUM, a. 1620. 4. deinde Pariſ. 1631. 4. *. & alias prodierunt, liber V. *chirurgiæ continet compendium*, in quo & antiquorum curationes reperias, & nuperorum, etiam illas obſoletas Græcorum angiologias: denique medicamenta externa.

Inde in magno opere *medicinæ practicæ* Witteberg 1628. 4. & ſeqq. annis & Pariſ. 1632. 4. *. edito primum morbos chirurgicos internis miſtos reperias a capite ad calcem, cum curatione equidem medicamentaria, paſſim etiam conſilia non probes, eorum exemplo quæ dat in partu difficili. In herniam illapſus uterus.

Deinde liber V. totus eſt chirurgicus, de tumoribus, ulceribus, vulneribus, fracturis, luxationibus, oculariis vitiis Paris vel Witteberg a. 1634. 4. *. juſto volumine.

In *paralipomenis* Witteberg 1642. 4. Lyon 1643. 8. *. Aliqua etiam chirurgica ſupplementa continentur ad partes chirurgicas operum.

*Epitome inſtitutionum medicarum* Witteberg 1634. 12. LIND. 1647. 8. LIND. &c.

Diſputationes pluſculæ de *ophthalmia* Witteberg 1608. 4.

*De inflammatione* ib. 1610. 4. RIV.

*De calculo renum & veſicæ* 1611. 4.

*De calculo* 1618.

*De dentium dolore.*

*De gangræna & ſphacelo.*

Locus

Locus de unguento armario redit in *Theatro ſympathetico* Noriberg 1662. 4. *. Aut naturam ea curatione defungi, quæ unguento tribuitur, aut dæmonem.

De *fungis læſarum partium corporis* obſervatio exſtat apud HILDANUM Cent. II.

## §. CCIII. VARII.

ZACHARIÆ a PUTEO *clavis medicinæ rationalis ſpagirica & chirurgica, quæ in tractatu conſultatorio de ſtranguria, pruritu & herpete exedente ſelectiſſima recludit præſidia. Additur Conſultatio reſponſoria* HIERONYMI VENEROSII Venet. 1612. 4. BUR.

VALERII BALDUTII *tumorum omnium præternaturalium curandi methodus* Venet. 1612. 4. MENZ.

FRANCOIS DISSAUDEAU *Commentaire ſur* HIPPOCRATE *des playes de tête* Saumur 1612. 12. RAST. Rouen 1658. 12. HOUSS.

JACQUES DUVAL *des accouchemens* Rouen 1612. 8. RAST.

JUL. CÆSAR CLAUDINUS, Bononienſis. In ejus *ingreſſu ad infirmos* L. II. S. I. *chirurgici* eſt argumenti, ad venæ ſectionem, ſcarificationem, hirudines, materiam chirurgicam. Prodiit Bonon. 1612. 4. *. & alias. In ſectione etiam II. medicamenta vulneraria aliaque chirurgica recenſentur. Nihil valde habet proprii.

AMBROSII RHODII *de ſanguinis miſſione* Baſil. 1612. 4. RIV. duæ diſpp.

EJ. *de recta clyſterum, glandium & vomitoriorum adminiſtratione* Baſil. 1613. 4. RIV. Witteberg 1613. 4.

TOBIÆ COBER *de phlegmone uteri* Baſil. 1612. 4. RIV.

J. HENR. FRÖLICH *de herniis cognoſcendis methodo tum ab antiquis, tum modernis lecta curandis* Baſil. 1612. 4.

## §. CCIV. VARII.

HIERONYMUS GUARGANTUS Concinenſis, medicus Venetus. In ejus *Reſponſis variis ad varias ægritudines* Venet. 1613. 4. *. aliqua huc faciunt de cancro mammæ & ſub auribus, de calculo, de tumore perinæi, quem videtur habere pro cyſtico. In medicamentis fere ſubſiſtit.

JOACHIM OELHAFEN *de partibus abdomine contentis* Gedan 1613. 4. *. Uterus ex hernia gravidæ elapſus, fetus feliciter exciſus.

CHRIST. MEURER *de carbunculo contagioſo* Lipſ. 1613. 4. BOEHMER.

RICH. MARLES & GUIL. de MAILLY *Ergo hydropi ſectio* Pariſ. 1613.

ROBERTUS le SECQ. & CLAUD. GERVAIS *Ergo arthritidi phœnigmi* Paris. 1613.

Etienne Thevet chirurgi, *les erreurs & abus ordinaires commis au fait de la chirurgie* Poitiers 1613. 12. Port.

Ant. Baldesii *quæſt. de gangrænæ & ſphaceli diverſa curatione ex colloquiis & controverſiis a* Juliano Signio *cum pluribus doctoribus; habet collecta & in ordinem conſcripta ejusdem* Juliani *limitationibus & applicationibus, recognita per* J. Castellinum, *in lucem edita*, Florent. 1613. 8. Gunz.

Edidit Johannes Maria Castellinus Romanus Profeſſor, cujus eſt *phylacterium phlebotomiæ & arteriotomiæ* Argentor. 1628. 8. *. Phlebotomiæ aliqua præcepta, & icon venarum ſubcutanearum: icon variarum directionum, quas chirurgus lanceola ſequatur: aliqua ad arteriotomen, etſi non putes eam unquam eſſe molitum. Germanice, *Bericht vom aderlaſſen, überſetzt durch* Laz. von der Heyde Strasburg 1631. Lehman. *Verzeichniß aller Adern; wie ſolche ſollen geſchlagen werden* Nürnberg 1665. 12. Heb.

Joh. Gelli *συζήτησις medica de internis oculi affectibus* Baſil. 1613. 4. Riv.

Petrus Blandinus *de calculo renum* Baſil. 1613. 4. Riv.

## §. CCV. Gregorius Horst.

Torgenſis, Profeſſor Gieſſenſis, inde medicus Ulmanus.

Edidit primum Francof. 1613. 8. novam editionem *hiſtoriarum* Marcelli Donati, recuſam 1664. 8. *, addiditque librum ſeptimum. Ad chirurgiam referas fetus ad inſolitum tempus in utero retentos: tumorem omenti enormem, meſenterii abſceſſum: de ſectione Cæſarea elapſi uteri narrationem.

Ej. *de calculo renum & veſicæ* Gieſſ. 1617. 4.

Deinde in *obſervationum medicinalium ſingularium* libris IV, & *epiſtolarum & conſultationum centuria* Ulm 1625. 4. *. aliqua huc faciunt, ut vulnus cerebri cum paralyſi ejusdem lateris & alterni lateris convulſione: aliqua de calculo, cum exemplo lapilli, qui per ſcrotum exiit: aditus vaginæ poſt vulnus clauſus. Inteſtinum inciſum per latus patens, & artificialis anus. De polypo aliqua.

In *obſervationum medicinalium ſingularium libris quatuor poſterioribus* Ulm 1628. 4. *, quibus acceſſit *epiſtolarum & conſultationum* liber II, iterum aliqua ſunt chirurgica. Calculi varii, interque eos, felici eventu, extractus de veſica calculus octo unciarum. Vulnera cerebri cum integris mentis muniis. Gangræna ſpontanea pedis ſanata. Noxia ſcarificatio inſtrumento venenato facta. Vagina a cornu vaccæ vulnerata, ſanata.

*Complementum ad librum* II. *conſultationum & epiſtolarum* Heilbrunn 1631. 4. *. Cerei adverſus carunculas. Vulnus per orbitam inflictum cuſpide ferrea ad os cuneiforme hærente, tamen curatum; ſic ſagitta Turcica per palatum trajecta. Exomphalos congenitus; atreta, cum ex recto inteſtino in veſicam aditus pateret. Fuſe de calculo. A vulnere, coli inteſtini in pectus migratio.

In

In *centuria problematum medicorum* Ulm 1636. 4. *. agitur de ſetaceo & cauterio in ophthalmia, & ſetaceum præfertur. De ſanguinis columbarum ad oculorum mala utilitate: de ſuffuſione per vomitum curanda. Vulnera thoracis non continuo claudenda. Enormis idem omenti tumor, de quo ad DONATUM. Pro abdominis paracenteſi. De calculi geneſi. De uſtione ſuperſtitioſa demorſorum a cane rabido, quæ fit in templo D. BELLINI. Ictus ſcorpii.

Una prodiit *conſultationum & epiſtolarum* liber III. Lingua, quæ computruerat reſtituta. Periculoſa ſectio ligamenti ſub lingua. Ad HILDANUM exemplum gangrænæ ſpontaneæ. Ad HILDANUM etiam exempla corporum peregrinorum diu abſque dolore toleratorum. Cataractam pene abſque dolore deponi. Aliqua de malis vulnerum curationibus.

EJUSD. *opera omnia cura* GREGORII HORSTII junioris edita Goud 1661. 4. 3. vol. *. In ſecundo tomo obſervationes in ordinem redactæ reperiuntur.

Aliquæ G. HORSTII obſervationes reperiuntur apud HILDANUM de vulnere pectoris & pulmonis, & abuſu turundarum poſt calculi ſectionem.

## §. CCVI. J. B. CORTESIUS.

Profeſſor Meſſanenſis, TAGLIACOTII diſcipulus. EJUS *conſultatio & curatio pro* FERDINANDO MATUTI *ſteatoma exulceratum a dextri femoris interna regione marſupii in modum pendens patienti* Meſſan. 1614.

EJUSD. *miſcellaneorum medicorum decades denæ* Meſſanæ 1625. fol. *. Huc pertinet *decas* III. ſ. fuſus tractatus de curtorum reſtauratione. Hiſtoria reparationis TAGLIACOTIANÆ. Adjecta eſt Turpienſium Medicorum curatio apud BOIANORUM familiam, auctore PETRO BOIANO. TAGLIACOTII conſilia in compendium contracta, cum inſtrumentis totaque ejus auxilii adminiſtratione. PETRI BOIANI jam mortui inſtrumenta ipſe vidit & forcipem quam depingit. Pro ſincipitis aduſtione; non nocere duræ cerebri membranæ.

EJ. *tractatus de vulneribus capitis* Meſſan. 1632. 4. *. Adjecti tractatuli de contuſione calvariæ in pueris & de hydrocephalo. Commentarius eſt in HIPPOCRATEM de vulneribus capitis cum interpretatione latina. Græca vitioſa ſunt. Trepanum paſſim feliciter a TAGLIACOTIO admotum. Trepanum in ſuturis admittit. Inſtrumenta fere ex PAREO. A vulnere digiti minimi ſpaſmus cynicus & mors. Nocere lanea involucra. In pueris ſectione abſtinet.

EJ. *in univerſam chirurgicam inſtitutio, in qua tumorum, vulnerum, fracturarum, luxationum cognitio & curatio habetur* Meſſanæ 1633. 4. *. Etſi paſſim videtur curationibus adfuiſſe, nihil tamen fere utilitatis veræ in hoc ſcripto invenio, in fracturis & luxationibus etiam minus. ULYSSEM Nurſinum hernias ſanaſſe admoto medicamento cauſtico, loco inuſto exciſo; profunda facta cicatrice.

Ejusd. *practicæ medicinæ* P. I. II. III. Meſſan. 1635. fol. Habet etiam morbos externos.

In *antidotario Romano* Meſſan. 1637. fol. *. aliqua huc faciunt, ut ſcorpii deſcriptio.

## §. CCVII. Varii.

Josephus Pandolphinus a M. Martiano tr. *de ventoſitate ſpinæ* Firmi 1614. reviſus cum adnotationibus, noviſque obſervationibus editus a Georgio Abrahamo Merklin Nuremberg 1674. 12. *. Ipſum opus fere in theoria verſatur, ad Arabum ſaporem, cum quibus ſpinam ventoſam a flatu maligno derivat. Adnotationes Merclini non ſunt indoctæ, neque inutiles, neque abſque proprio experimento.

J. Ludovici Bertaldi *externorum medicamentorum apparatus* Taurin 1614. 4. *. Sinapiſmi, cauteria, ruptoria, fontanellæ & dropaces, &c.

Ludovicus Septalius (Settala), Mediolanenſis, in patria protophyſicus, vir illuſtris. Primum *animadverſionum & cautionum medicinalium libros* VII. edidit Mediolani 1614. 8. recuſos Argentorati 1625. 12. Patav. 1628. 8. Dordraci 1650. 8. *. In libro VI. & VII. morbi a capite ad calcem exponuntur, cum nonnullis, etiam chirurgicis monitis. Sic veſicatoria medicamenta in hydropicis fere gangrænam excitare adnotavit. Renum ulceribus lactis uſum obponit. Lithontripticis vix quidquam tribuit, & calculoſis ſuadet, ut integris viribus exciſioni ſe ſubmittant. J. Acorambonum Nurſienſem & J. Antonium filium in ea adminiſtratione feliciſſimos fuiſſe. Exempla, ubi ſenes cultro calculo ſint liberati ſanatique, etſi tabis adeſſent ſymptomata.

Inde *libri duo* acceſſerunt Patav. 1630. 8. & 1652. 8. 1659. 8. hi cum J. Rhodii notulis, recuſi Dordraci 1650. 8. *. Eorum Octavus totus eſt chirurgici argumenti, vulnerumque curationem tradit. Magati conſilia Noſter ſequitur, laudat raram vulnerum deligationem in bellicis noſocomiis experientia propria doctus. Vulnus vix, niſi quarto quintove die vult deoperiri; neque placet ei decuſſata cutis capitis inciſio. Duo exempla ſymptomatum ſero & poſt menſem ſubnatorum, cum pus ſub calvaria eſſet, & per ejus poros erumperet, tandemque enorme fragmentum abſcederet, felici tamen eventu.

Ej. *de morbis ex mucronata cartilagine evenientibus* liber I. Mediolani 1632. 8. Eam cartilaginem extroverſam deſcribit.

In *comm. ad* Aristotelis *problemata* pluſcula huc faciunt. I. Veteres igne uſos, quod lapide infernali deſtituerentur. Ære illita vulnera ſalubriora eſſe. Chirurgica aliqua. S. IX. vibices, cicatrices.

Johan-

JOHANNES VIGIER (non diverſus a J. VIGIRIO LINDENII) medicus Caſtrenſis.

EJUS *tr. des ulceres* Lion 1614. 12. Deinde *tract. abſolutiſſimus de catarrho, rheumatiſmo, vitiis dentium, linguæ, vocis &c.* Genev. 1624. 8. *. Gallice verſ. RIV.

La *grande chirurgie des ulceres & tumeurs* Lion 1656. 8. BOEHMER, ASTR.

*La grande chirurgie des tumeurs* ib. 1657. 8. BOEHM.

Et *troiſieme partie diviſée en trois traités* Lion 1658. 8. BOEHMER.

Ita componuntur *les œuvres chirurgicales* Lion 1658. 8. 3 vol. BOEHMER.

Cujus alius eſſe titulus videtur la grande chirurgie & pratique des tumeurs, ulceres, & de toutes les parties externes &c.

Plura ſcripſit Gallico fere ſermone, quæ collecta & latine verſa filius ejuſdem nominis edidit cum titulo *operum medico chirurgicorum* Prag. 1659. 4. *. Horum librorum duo ſunt argumenti chirurgici. *Chirurgia magna* ſive artis compendium ſ. pentateuchus, medicamentarius magis quam chirurgicus, etſi auctor tamen & ipſe operi manum admovit. Ita in fungis cerebri piam membranam integram eſſe, duram plerumque ruptam adnotavit. In commotione cerebri ſanguinem vidit per nares, os & aures erupiſſe, & ipſam ad arteriarum ſectionem deſcendit. Intumeſcentem adnatam tunicam cum imperitus chirurgus deſtruere vellet, noſter ſcalpellum imprudentis coercuit. Naſum a chirurgo Italo reparatum. (TAGLIACOTIO).

*Theſaurus & armamentarium chirurgicum* totum in medicamentis eſt. In eo medicamenta aliqua reperiuntur nuperorum conſenſu probata, ut unguentum ex Enula.

G. de VOULDY *diſcours des accidens arrivès en l'extraction de deux pierres avec les particularités de l'operation* Paris 1614. 8. D'ESTREES.

NICOLAS FOISSEY *prerogatives de la Chirurgie* Paris 1614. 12. Abſurda defenſio chirurgorum PORT.

*L'epitome des ulceres de* CALVE, traduit *par* GUY S. Pont 1614. Ita OSBORNE.

*Zahnarzneybüchlein gezogen aus* GALENO, AVICENNA, MESVE, CELSO *und andern* Erfurt 1614. 8. HUTH.

SIMONIS PIETRE & N. ROUSSEAU *E. urethræ anguſtiis nocent καθαιρετικα* Paris 1614.

ANDREÆ TENZEL *de calculo renum & veſicæ urinariæ & aliis quibuſdam quæſitis* Baſil. 1614. 4. RIV.

J. VINCENT FINKIUS *de calculo renum & veſicæ* Baſil. 1614. 4.

J. CLEMENTIS KUHN *de calculo* Baſil. 1614. 4.

J. HEMPEL

J. Hempel *de calculo renum & veſicæ* Giess. 1614. 4.

Valentin Hartung *herniæ inteſtinales marium* Lipſ. 1614.

J. Leopold τα χειρουργουμενα περι αρθρων, *ſ. capita generalia de luxationibus oſſium* Lipſ. 1614. Het.

J. Strackii *diſp. de carbone machera & cauterio ignitis & ex igne candentibus* Marpurg 1614. 4. Falc.

## §. CCVIII. Felix Plater.

Illuſtris medicus Baſileenſis, quo docente ea Academia floruit, clinicus, ſed etiam in anatome inque re herbaria minime peregrinus, venerabilis ſenex.

Ejus *obſervationum in hominis adfectibus plerisque* libri III. Baſil. 1614. 8. *. Magna pars huc facit, ut oculorum morbi & naſi fracturæ, gibbi, calculi: fetus in utero retenti; cancri etiam linguæ & oris; ulcera varia etiam faucium, partium genitalium. Ulcera, fiſtulæ, gangrænæ. Vulnera & mutilationes varii generis, tumores varii, herniæ & prolapſus, hæmorrhagiæ. Hæc cum infinita ſint, pauca exempla decerpemus. Cum renum alter calculum includeret, alter in ſaccum converſus erat ſcirrhis plenum, cum uretere inmenſum tumido. Pancreas & meſenterium in enormem ſcirrhum converſa. Primus occultam cancri malignitatem detegere docuit. Omphalocele congenita. Calculi ex veſica ſupra bis mille redditi. Calculi numeroſi in fellea veſicula. Calculus in mamma. Sed totum librum oportet legere.

Porro in *praxi medica* Baſil. 1602. 8. 1608. 8. 3 vol. Riv. 1625. 4. 1656. 4. & 1666. 4. *, quæ eadem eſt editio anno 1736. 4. 3 vol. excuſa, iidem tituli malorum chirurgicorum occurrunt, qui in obſervationibus, adque eos mala chirurgica cum ſua curatione, etiam chirurgica.

Inter *Quæſtiones centum poſthumas*. pauciſſimæ huc faciunt. Laudat in hydropicis paracenteſin.

Matthiæ Untzer, medici Halenſis, diſcipuli Plateri ſed in chimiatrica dogmata propenſioris, *florilegii medico chymici* libri II. Hall. 1614. 4. *. Totum opus eſt de nephritide & calculo. Hujus varietates, cauſa a ſero tartareis particulis pleno. Enormis cenſus medicamentorum. Credulus vir, ut etiam geſtato lapidi nephritico aliquid tribuat.

## §. CCIX. Varii.

Petrus Poterius (de la Poterie) chemiſta. Ejus *inſignes curationes & ſingulares obſervationes centum* prodierunt primum Venetiis 1615. 8. Boehmer; tum 1622. 8. Colon. 1625. 12. * cum centuria II & III. Paſſim etiam chirurgica mala tangit, & nonnunquam medicamenta nominat, alias neutiquam. Curavit ul-

cera

cera antiqua, tumores glanduloſos deglutitionem morantes, ſed etiam ſuffuſiones. In ſcirrhis cauſtico argenteo uſus eſt. Tumorem cancro adfinem, vermibus plenum, cauſticis ſuſtulit.

*Centuria ſecunda* Colon. 1625. 12. * ſimili argumenti ſtrumæ, ſcrofulæ, quarum ulceribus nicotianæ folia admovebat. In articulatione vulneratum digitum ſanavit, balſamum acrem adhibuit. In vulnere faciei ſutura abſtinuit. Cranium tamen carioſum candente ferro exuſſit. Gibbum, & in ſene, purgante medicamento ſuſtulit, & oleo mercurii labii cancrum.

In *Centuri III.* . . . . . . Ophthalmiæ, linguæ cancer, & ulcera. Tumorem durum in vulva ferro aperuit. Adverſus calculum, cum nimia laude, lapidibus cancrorum, ſale vitrioli ſublimato, etiam in renum calculo, lacte denique caprino uſus eſt. Mumia minerali narium ulcus ſanavit. Ad uteri prolapſum medicamenta adſtringentia adhibuit.

Recudi fecit F. HOFMANN Francfurt 1698. 4. * & adnotationes aliquas addidit.

THEODORI COLLADONIS, Biturigis, *adverſaria* ſ. *commentarii medicinales critici, dialectici* &c. Genev. 1615. 8. *. Pauca huc faciunt. Venam in naribus utique poſſe incidi, & in morbis cerebri utiliter ſecari; eſſe etiam ubi ea vena caſu ſecta ad necem uſque ſanguinem profuderit.

JACOBI SCHALLING, Winshemii *diſp. hermetica Galenica de natura oculorum, cenſuræ ordinis Roſatæ crucis oblata.* Germanice *Augentroſt* Erfurt 1615. fol. *. quæ editio Germanica eſt & latina. Abſurdus liber, ut ex ipſo titulo adgnoſcas. Multa habet inaudita, ut hamulos nervi optici. Multa ad magiam refert. Cæterum in medicamentis ſe continet, quorum ubertatem recenſet.

ANTON. FREY *de tuberculis in fiſtula urinaria abſumendis & curandis* Baſil. 1615. 4. RIV.

CLAUDII GERVAIS & MICH. SEGUYN *Ergo ulceri exſiccantia* Pariſ. 1615.

JOACHIM BURSER, celebris botanicus, egit *de phlegmone renum & veſicæ* Baſil. 1615. 4. *.

CLEM. CUNO & J. AGRICOLA *de ophthalmia* 1615. 4. *.

## §. CCX. PETRUS PAAUW.

PETRUS PAAUW, Leidenſis Profeſſor & inciſor, H. FABRICII diſcipulus. Ejus ſunt *primitiæ anatomicæ, ſeu de corporis humani oſſibus* Leid. 1615. 4. *. Intercedunt anatomicæ deſcriptioni adnotationes chirurgicæ: ut de epiphyſios ab oſſe ſeceſſione, a qua cauſa, etiam ſi artus repoſitus fuerit, motus tamen membri perit. Sinuum frontalium vulnera non coaleſcere. Convaluiſſe abſque ſymptomate, cui temporum muſculus laceratus eſſet & os colliſum. Vertebræ univerſæ pene ſpinæ dorſi conferventes. Coccygem in partu retrorſum cedere. Non diſcedere pubis oſſa in partu, niſi violentus ſit.

Ejusd. *ſubcenturiatus anatomicus continens commentaria in* Hipp. *de capitis vulneribus: additæ in aliquot capita* C. Celsi *explicationes* Leid. 1616. 4. *. Procœmium libri Hippocratici ſpurium eſſe. Præter commentarium paraphraſticum adnotationes intercedunt propriæ. Fiſſuram neglectam, cum cutis coaluiſſet, cranium infeciſſe, & duram meningem, ſubitamque longo poſt tempore necem intuliſſe. A levi depreſſione corrupta calvaria & infecta funeſto eventu meninx: De apechemate: a lapſu interna tabula fracta depreſſa, cum externa integra eſſet. Terebra & reliquum inſtrumentum ad fractam calvariam. Periculoſum eſſe rectum in calvam glandis ex ſtlopo emiſſæ ictum, non ita amplam diacopen. Frequentes a faſciis ſtrictioribus neque ſolutis, gangrænæ. Iterum temporum os abſque malo diffractum: & muſculum ſecundum ductum fibrarum abſque metu incidi. A lamina oſſea corrupta & ſeceſſura curatio protrahitur, carneſque malæ notæ ſuccreſcunt.

Quæ ad Celsum, pertinent ad oſſis cariem & calvariæ curationem. Non bonum eſſe Celsi conſilium, os fiſſum non continuo ſcalpendum, & prius emplaſtra tentanda eſſe.

In *obſervationibus anatomicis*, quæ prodierunt Hafniæ 1657. 8. * ſunt aliquæ de calculoſorum diſſectis corporibus; etiam Heurnii, tum de oculi tumore, propullulante ex intervallo cranii & duræ membranæ.

Johannis Robert, Jeſuitæ, *tractatus novi de magnetica vulnerum curatione* R. Goclenii *brevis anatome*Lovan . . . . Treviris 1615. 8. Lind. Noriberg in *theatro ſympathetico* 1662. 4. * Curationes ſympatheticas admittebat, ut dæmonis eſſent opus.

Ej. Goclenius *heautontimorumenos ſive curationis magneticæ & unguenti armarii ruina* Luxemburg 1616. 8. Lind. Nuremberg 1662. 4. in eodem *theatro*. Portalius cum Goclenii ſcriptis numerat.

Ej. *metamorphoſes magneticæ* Calvino Goclenianæ, *ſ. curationis magneticæ & unguenti armarii magica impoſtura clare demonſtrata. Modeſta reſponſio ad* J. B. v. Helmont *contra eumdem* Robertum *pernicioſum diſputatorem* Luxemb. 1618. 8. Riv. 1621. 8. Lind. Colon. 1622. 8.

Ej. Goclenius *Magus ſerio delirans* Duaci 1619. 12.

## §. CCX. Cæsar Magatus.

Scandianenſis, Profeſſor Ferrarienſis, inde Franciſcani ordinis monachus, Medicus ſed in chirurgicis adminiſtrationibus exercitatus, magnum chirurgiæ incrementum addidit in *duobus libris de rara medicatione vulnerum*, qui Venet. 1616. fol. * prodierunt & ſæpe alias ſunt recuſi ib. 1676. fol. Huth. Noriberg 1733. 4. 2 vol. etſi locus non additus eſt *.

Etſi enim ante Cl. virum Felix Wurz & alii de relegandis turundis cogitarunt,

(a) latine nec germanice.

tarunt, deque ſimpliciori medicina, etſi a medicis Romanis ſuam ſimpliciorem medicationem ipſe MAGATUS accepit, etſi frater id conſilium ipſe tribuit APPARITIO Vaſconi, deinde LEMOSIO, totum tamen inventum noſter primus pro dignitate propoſuit, & ejuſmodi fulcivit rationibus, ut peritorum adſenſum mereretur, etſi in viro multa experto potius aliquanto nimis ſit GALENICÆ lectionis. Curioſam vulnerum deterſionem, frequentem vinculorum ſolutionem, merito reprehendit, aerem metuens & deterſionem novorum renaſcentium ſtaminum. Turundas, communi nuperorum cum plauſu, ut inutile & noxium conferventis vulneris impedimentum rejicit. Unionem labiorum, mitem medicationem, clauſum vulnus commendat. Hæc in I libro, qui eſt de vulneribus in univerſum. In L. II. copioſe agit de capitis vulneribus. Brevis accedit appendix de vulneribus ſclopetariis. Præter ſua peculiaria conſilia, plurimas utiles adnotationes & prudentis curationis exempla utique admiſcet. Contuſiones calvariæ vehementer metuit, quæ gangrænas pariant. Rimam non penetrantem totam debere deradi, non ita ſi penetraverit. Moriuntur, quibus ſeptima die os decolor eſt, pueri tamen minus. Ante quartum diem faſciæ non removendæ. Oſſe integro a lapſu delirium, ſenſus amiſſus. Pleraque vulnera ante quartum diem coire. Corpora peregrina non ante ſuppurationem removenda. Oſſa negat interius conſolidari cum callus extus tantum adhæreſcat. Aliqua exempla depreſſi abſque ſymptomate cranii, etiam in adulto. Contuſiones cranii periculi plenæ, ob gangrænas. A concuſſione perinde aphonos concidere, bilem tamen non vomere. Os denudatum eriam abſque exfoliatione ſanari. Serotinæ febres valde funeſtæ. Magna portio cranii fracta vacationem facit trepani. Vulnus maximum peritonæi abſque hernia ſanatum.

Sclopetorum vulnera neque venenata eſſe, neque exurere, omneque malum a contuſione eſſe. Oleum ſuum hyperici cum ophioglоſſo paratum valde laudat.

Deinde, cum SENNERTUS nonnulla objeciſſet, & pro turandis ſtetiſſet, noſter jam induta religioſa vita ſub nomine fratris J. B. MAGATI ſe tuitus eſt, eſſe enim CÆSARIS opus SANCASSANUS teſtis eſt.

Titulus eſt *tractatus, quo rara vulnerum deligatio defenditur contra* SENNERTUM Bononiæ 1637. 4. Deinde cum CÆSARIS opere Venet. 1676. fol. & in Germania 1733. 4. Fratris curandi modum a L. SEPTALIO adoptari, & ab eo feliciter eſſe adhibitum. SENNERTUM MAGATI opus non legiſſe. Ad auctoritatem HIPPOCRATIS, GALENI & AVICENNÆ noſter provocat. Fratrem de vulnere ſimplici agere. Unicum medicamentum ſufficere: diligente illa per ſtilos vulnerum indagatione non eſſe opus. Abſceſſum humeri profundum, qui vulgaribus auxiliis non obtemperaverat, cum raro curaretur, continuo coiviſſe. Vulnus pectoris cum copioſo puris adfluxu ſimpliciori reddita curatione, ſupreſſis injectionibus, omiſſa nimia diligentia ſanatum eſſe. Ægyptium tamen unguentum poſt 24 dies a CÆSARE removeri, quod carnes corrumpat. In HILDANUM, turundarum defenſorem. Exempla, in quibus

bus cum puris copia a turundis continuo creſceret, chirurgus ad raram curationem redeuns feliciter ſanitatem reſtituit.

Quantum SANCASSANUS MAGATO faverit, ut etiam nomen viri ſuo nomini adderet, alias dicemus. In ejus *dilucidationibus*. inque T. I. Rom 1731. fol. * compendium ſenientiæ MAGATI recuſum eſt, ALEXANDRI PISONI opus. In T. II. vita exſtat MAGATI, a PROSPERO MAGATI J. BAPTISTÆ filio ſcripta. Ex ea vita adparet, ſecundum & tertium tomum reſponſionum J. BAPTISTÆ manu ſcriptum ſuperfuiſſe: primam vero partem in linguam vulgarem converſam in T. III. Romæ 1737. SANCASSANUS recudi fecit.

## §. CCXII. VARII.

JULIUS GUASTAVINI, Genuenſis, Profeſſor Piſanus. Ej. *locorum de medicina ſelectorum liber* Lion 1616. 4. *. parce medicinam tangit: aliqua habet de dolore a vulnere, de bronchotome quam commendat, PAULIque de ea locum expendit.

FRANCISCI PECCETTI, Cæleſtini, Cortonenſis, *Chirurgia in quatuor libros digeſta, in quorum* I. *agitur de tumoribus.* II. *de vulneribus.* III. *de ulceribus.* IV. *de fracturis, luxationibus & mittendo ſanguine* Florent. 1616. fol. *. Francfurt 1619. 8. Ticini 1697. fol. HEIST. Collectanea & medicamenta.

FRANCISCI JOEL, Senioris, *operum medicorum* T. I. Hamburg 1616. 4. Roſtock 1630. 4. LIND. inde ſequentes ad ſextum uſque. *. Inter reliquos morbos etiam chirurgicos tangit, & in T. VI. continetur *methodus univerſalis curandi morbos chirurgicos* Roſtock 1630. 4. *. & in operibus omnibus Roſtock 1631. 4. * Amſterdam 1663. 4. Viderat tamen chirurgica, & citat aliquas, quibus adſtiterat, curationes Anno 1567. & ſanguinem in capite effuſum fomentis diſcuſſerat, & a. 1577. cranium terebella ad id opus fabricata curaverat elevari. In medicamentis tamen potiſſimum verſatur. Infuſa vulneraria tuetur, & PARACELSI, qui ea parari ſuaſit, artificium. Nimis timidus, non vult tangi ægros, quibus in oſſe temporum vel in ſutura os fractum eſt.

JOH. HAGIUS *den luſthof der medicynen inhoudende den grond van alle krankheten gebreken, haar oorſaken teekenen ende remedien* Dordrecht 1616. fol. RIV.

ERNESTI HETTENBACH *de tumore ſub lingua, quem ranulam vocant* Witteberg 1616. 4. RIV.

JOSEPH HOCHSCHILT *de calculorum generatione* Baſil. 1616. 4.

VALENTINUS EMERICH *de hernia* Baſil. 1616.

FR. le SAGE & J. MARTIN *E. ſuppuratæ nephritidi cauterium* Paris 1616.

## §. CCXIII. Varii.

Caspar Hofman, Gothanus, Altdorfinus Profeſſor, vir eruditus, magnus veterum & Aristotelis etiam potiſſimum admirator. Cum multa ſcripſerit, chirurgiam tamen parce adtigit. *Libellus de ichoribus, & in quibus illi apparent affectibus* Lipſ. 1617. 8. Leid. 1639. 12. * utcunque huc fecerit, locorum ex veteribus quædam eſt collectio.

De iiſdem ichoribus pathologica aliqua habet in *Variis Lectionibus*, quarum VI libros Lipſ. 1629. 8. * edidit.

In l. III. *Inſtitutionum medicarum* Lugduni 1645. 4. * chirurgicos morbos tractat, ſed fere obiter & breviſſime, paucula etiam eo faciunt in L. V. & VI.

In *apologia pro* Galeno Libro II. Lion 1668. 4. *. parciſſime chirurgica adtigit.

L. III. *de locis adfectis* Noriberg 1624. 12. non vidi.

In l. *de oſſibus* monuit, fractum ſubinde eſſe collum femoris, quando de luxatione cogitatur.

Johannis Varandæi, medicorum Monſpelienſium Decani, *tractatus de adfectibus renum & veſicæ* Hanau 1617. 8. *. Monſpeſſuli 1620. 8.

Ej. *de morbis mulierum* L. III. Hanau 1619. 8. *. Monteſpeſſuli 1620. 8. Gallice vertente I. B. Paris 1666. 8.

Ejusdem *opera omnia* Monteſpeſſuli 1620. 8. *. (*a*). Lion 1658. fol.

Ad partem medicamentariam chirurgiæ potius pertinent.

Christophori Cacheti *apologia dogmatica in hermetici cujusdam anonymi ſcriptum de curatione calculi* Toul. 1617. 8. Bur.

Guil. Loyseau *obſervations medicinales & chirurgicales, avec hiſtoires, noms, pays, ſaiſons & temoignages* Bourdeaux 1617. 12. Bur. Hiſtoria curatæ in Henrico IV. carunculæ.

Ej. *de internorum externorumque ferme omnium morborum curatione libellus cum hiſtoriis noviſſimis, & notiſſimis ejusdem auctoris experimentis* Bergerac 1617. 8. Falconet Burdigalæ 1620. 8.

Camilli Gorii *diſcurſus de fractura brachii, & an in ipſa conveniant ferulæ* Rom 1617. 4. Cinell.

Alfonso Romano Valentinus. Ejus eſt *Recapitacion de toda la theorica y practica de la cirugia* Madrid. 1617. Valent. 1665. Sarogoſſa 1674. Cap. de Vil.

Henrici Petræi *Handbüchlein der Wundarzney* Marburg 1617. 8. & Nurnberg 1625. 8. cum Hildani l. de ſphacelo. Boehm.



(a) Ita titulus fert, ſed verus editionis locus eſt Hanoviæ.

JOHANNIS ASSUERI AMPSING *de calculo* Roſtock 1616. 4. VATER. 1623. ib. HIF.

PAULI PAULI CLEOPHAS *de nephritide* Baſil. 1617. 4. RIV.

WOLFGANG LOSS *de fracturis* Heidelberg 1617. 4.

## §. CCXIV. THESES MONSPELIENSES.

*Quæſtiones medicas* Monſpelienſes anni 1617. 4. recenſuit CL. PORTALIUS, neque licuit hoc indicium negligere, etſi aliorum annorum, per totum ſeculum ſpecimina mihi non præſto ſunt. Primo loco dicemus LAZARUM, RIVERIUM celebrem clinicum, de quo in practicis dicendi erit locus. Quærit an vulnera capitis egeant alexipharmacis & refrigerantibus. An & quomodo trahant cucurbitulæ.

Porro huc pertinet EUSEBE LANGLOIS. *An luxatis & fractis adſtringentia. An veſicæ calculo laborantibus tuto vena ſecatur.* An poteſtas ſanandi ſtrumas regibus Galliæ conceſſa ſit naturalis num divina. An in qualibet cranii fractura adhibenda terebra.

MICHAEL MOREL eod. a. an vulnera pulmonis ex neceſſitate lethalia.

GEORG. SHARPE eod. anno *An detur apechema.* An ſolo contactu, viſu, nudi lintei explicatione, vulnera & morbi infligi & curari poſſint.

ABERNETHE' an vulnera occiſorum præſentibus occiſoribus ſanguinem poſſint fundere naturaliter. An præciſo cerebro neceſſe ſit febrem & vomitum ſupervenire. An epilepſiæ cranii perforatio. An cancri in mamma curatio ſcindentibus, cauſticis, vel rodentibus tentanda.

JAGO DURANE an morſo a cane rabido balneum & aquæ potio. An trepanum & narcotica cephaleæ.

SAILLENS an renum, veſicæ & partium genitalium vulneribus terebinthina. An ulcera rotunda vel ſinuoſa difficiliora.

PERIER an in ſcirrho mollientia potius quam ſuppurantia. An in vertigine arteriotomia.

LAUR. COUAN an in rabie canina cauteria profunda. An in biennali gravidarum geſtatione Cæſarea ſectio. An calore naturali & extraneo ſimul agentibus puris generatio. An in vulneratorum nervorum curatione ſutura.

## §. CCXV. JACOBUS de MARQUE.

Vaſco, chirurgus Pariſinus, vir doctus. EJUS eſt *traité des bandages de chirurgie* Pariſ. 1618. 8. 1631. 8. OSB. 1662. 8. *. Plenum opus & eruditum, quo veterum placita perite retractavit, cum nuperis conjunxit, faſcias ſecundum varios ſuos ſcopos pleniſſime diſtribuit, ne eo quidem fine neglecto, quo ad morandam

randam venenatorum morſuum peſtilentem efficaciam a veteribus adhibitæ fuerunt. Præcepta ergo prudentia dat, optimaque genera faſciarum deſcribit & depingit, ut libri ſimilem octodecim capitum faſciam ad fracturas complicatas, quam merito feneſtratæ præfert. Paſſim etiam caſus chirurgicos & curationes rariores interponit, ut ſuturæ in profundo brachii vulnere utiliter adhibitæ. Auriculæ adnatæ, quam ſcalpello ſeparavit: labiorum, quæ coalita in fetu ferro aperuit, narium, quæ a variolis clauſæ fuerant, quas incidit, & datis in nares tubulis apertas ſervavit; labiorum a variolis, ab igne, pene clauſorum: menti raro exemplo pectori adhærentis.

Nuperos, & inter eos VERDUCIUM in ſuo *maitre en chirurgie*, multa a JACOBO habere PORTALIUS.

EJ. *methodique introduction à la chirurgie* Paris 1652. PORTAL. Paris 1662. 8. *. 1675. 8. Lyon 1687. 12. in generalibus fere verſatur.

## §. CCXVI. VARII.

M. ANTONII TOSSI, a Serra ſ. Quirici, de *anthrace ſ. carbunculo* tr. Venet. 1618. 4. *. Bonæ notæ ſcriptor. Carbunculum malignum a peſtilente carbunculo recte diſtinguit, ſigna dat, quibus a furunculis, periculoſiſſimo errore confundendis, carbunculus ſeparetur, eſchara nempe, abſentia ſuppurationis, ulcere depaſcente. In utroque carbunculo commendat venæ ſectionem, ut ſanguis ad deliquium uſque animæ fluat, etiam hirudines, veſicantia. Ad internos uſus in lenibus ſubſiſtit, etiam in lactis ſero. Carbunculum ſcarificat, hirudines ei admovet, limitem circularem circumſcribit: cataplaſmata conſumentia & ſiccantia imponit, quæ pus non moveant, iisque ferrum candens præfert. Eſcharæ lapſum lilii radice & calidis ſiccantibus adjuvat. Hæc fere in utroque carbunculorum genere.

HENRICO VACA de ALFARO Cordubenſis, *propoſicion chirurgica y cenſura judicioſa en las dos vias curativas de heridas de cabeça commun y particular con una carta della naturaleça del tumor* Sevilla 1618. 4. FALC.

CHRISTOPHORI GRARANO *Phlebotomus tratado de la flebotomia* Sevilla 1618. 8. CAP. de VILA.

HIPPOLYTI Obicii *adverſus veſicantia decem deciſiones ad ſingula capita* BERNARDINI CAII Vicentiæ 1618. 4. LIND.

JEAN BARBIER *les miraculeux effets de la main des Rois de France* Lion 1618. 12. RAST.

JOH. STURM *de renum & veſicæ calculo* Greifswald 1618. 4. RIV.

EJ. *de hernia* ib. 1622. 4.

J. SCHWAB *de horribilium atque horriſonorum* πυροβολω και σφαιροβο-

ϱοβολων *tormentorum bellicorum vulnerum eſſentia & curatione* Baſileæ 1618. 4. Riv.

Christoph. Artemius *de graviſſimo renum affectu, calculo* Baſil. 1618. 4.

Andr. Duchemin & Sim. Letier *E. uſtio arthritidi* Pariſ. 1618.

Claud. Charles & Petri Robynet *E. contumaci bubonocele ἁπλοτομια* Pariſ. 1618.

## §. CCXVII. Matthias Ludwig Glandorp.

Medicus Bremenſis, qui ad Italorum, quos audiverat, exemplum etiam manu medebatur. Exiguos ſcripſit libellos, ſed per experientiam natos. Anno primum 1619. edidit admodum juvenis *ſpeculum chirurgorum.* Vulnera fere ſunt, ſigillatim ſecundum corporis humani partes. Ad patris fere, tum Spigelii etiam & Holzemii experimenta Ita remoto oſſe (evitata ſutura) pus ſub dura membrana effuſum, inciſa eadem emiſit, felici eventu, cerebri parte non modica ablata, etſi convulſiones & alterni lateris paralyſis acceſſerant. A fragmentis cranii in cerebrum demerſis, neque extractis, mors, magno in cerebro abſceſſu nato: cerebri motum chirurgi viderant. Alii caſus funeſti & alterni lateris paralyſis. A Spigelio ſepties repetita terebratione ægrum ſanatum vidit. Pro apechemate. A temporali muſculo lacerato alterius lateris muſculus convulſus. Palpebra ſutura confirmata, ſic auris, & labii, & naſi, idemque naſus conferbuit, cum pene totus detruncatus fuiſſet. Molli fotu diſſipata inflammatio in linguæ vulnere. Læſa tunica cornea oculi convaluit, viſusque reſtitutus eſt; ſic etiam vitreus humor reparatus. Pulmonis vulnus per os egeſto pure ſanatum, alias vero per urinam. Vulnus diaphragmatis ſanatum; tum œſophagi, colique inteſtini, hoc ſutura pellionum adhibita; denique profundum hepatis vulnus curatum. Scrotum poſt gangrænam reſtitutum. Glans plumbea per oppoſitam partem extracta. Extracta oſſis ab ejusmodi glande percuſſi lamina, vulnus ſanatum.

Ejusd. *methodus medendæ paronychiæ: acceſſit decas obſervationum* Brem. 1623. 8. *. Pene nimis eruditus libellus. Secundam paronychiam & graviorem deſcribit, in qua perioſteum inflammatum eſt, & os carie corruptum, tendineſque adfecti. Inciſione malum denudat, oſſi alumen uſtum admovet. Hoc malum lotricibus frequenter accidere. Subjecti decem graviores caſus. Inciſo digito malum feliciter ſuperatum. Graviſſima ſymptomata, & tendo corruptus extractus.

Ejusd. *de polypo narium tractatus* Brem. 1628. 4. *. Nimis iterum eruditus. Ligat & excidit. Curationum aliqua exempla. Ligat unco perforato. Originem mali modo in oſſe naſi reperit, modo in ethmoideo.

Ejusd. *gazophylacium polypluſium fonticulorum & ſetaceorum* Brem. 1633. 4. *.

4. *. Noſtro ſeculo hæc pleraque negliguntur. Ampla eſt collectio, cum inſtrumentorum iconibus.

*Opera omnia* collecta prodierunt Londini 1729. 4. *. cum brevi auctoris vita.

## §. CCXVIII. Melchior Sebiz.

Profeſſor Argentoratenſis longævus, laborioſus & in legendis libris diligens, non perinde in adnotandis ipſius naturæ variis eventis. Potiſſimum diſputationes ſcripſit, ſed eas numeroſas. *De venæ ſectione* 29. diſputationes edidit, annis 1619. & 1620. 4. etiam cum inſtrumento.

De *arteriotomia* ib. 1620. 4.

*Problemata medica de venæ ſectione* 1620. 4.

*Problemata phlebotomica ex* Galeni libro *de curandi ratione per ſanguinis miſſionem depromta* 1631. 4.

Edidit porro de *vulneribus* octo diſſertationes his cum titulis:

*Prodromus examinis vulnerum ſingularum corporis humani partium, quatenus vel lethalia ſunt & incurabilia, vel ratione eventus ſalutaria & ſanabilia* Argentor. 1632. 4. *.

*Prodromi pars* II. *affectus, qui vulneribus ſuperveniunt, & cauſas eorum exponens* 1633. 4. *.

P. III. *problemata quædam decidens* 1633. 4. *.

*Examen vulnerum partium ſimilarium* 1635. 4. *.

*Examen vulnerum partium diſſimilarium* P. I. ib. 1636. 4. continens eventus vulnerum capitis.

P. II. *eventus vulnerum colli & thoracis* 1637. 4. *.

P. III. *eventus vulnerum abdominis* 1637. 8. *.

P. IV. *eventus vulnerum artuum ſuperiorum & inferiorum, cum appendicula de eorum excrementitio humore Gliedwaſſer dicto* 1637. 4. *.

Collectaneæ omnes.

Ejusd. diſp. *de ulceribus* Argent. 1647. 4. *. Ulcus inguinis recrudeſcens.

Ej. *de calculo renum* 1647. 4. Heist.

Ej. *de urinæ ſuppreſſione* Argentor. 1651. 4. *. ſi huc facit.

Ej. *de ſtranguria* Argent. 1657. 4.

Ej. *de ophthalmia* 1662. 4.

## §. CCXIX. Varii.

Guilielmi Laurembergii, medici Hafnienſis, *epiſtolica diſſertatio curationem calculi veſicæ continens* Leid. 1619. 8. Witteberg 12. *. Ipſe cum calculum pateretur, integre ait ſe ſanatum fuiſſe pulvere, cui nihil Tu tribuas, niſi ab aſellis aliquid ſperaveris. Ulcus ſuperfuit, neque videtur vere ſanatus fuiſſe.

In adjecta epiſtola Petrus Lauremberg Guilielmi f. chirurgiæ laudes recenſet.

Stephanus Manialdus, Chirurgus Burdigalenſis, edidit Pariſiis 1619. 8. Hippocratis Coi *chirurgiam, nempe libellos de medico, de vulneribus, de hæmorrhoidibus, de fiſtulis & de capitis vulneribus*, Græce & latine, adnotationibus ſæpe criticis auctos, in quibus veterum lectionem confirmat aut emendat, ſatis ſæpe audacter. De ipſa adminiſtratione judicium ſuum interponit, & Hippocraticas fere encheireſes Pauli & Celsi artificiis præfert. Intercedunt etiam aliquæ curationum hiſtoriæ. Qui a calce equi proſtratus ſenſus amiſerat, ſponte convaluit &c.

Cum Hildano prodiit Amandi Polani *quæſtio num chirurgo liceat ſalva conſcientia fetum enecare ut matrem ſervet* Oppenheim 1619. 4.

Eusebius Schenkius *de calculo* Jen. 1619. 4. Riv.

Mich. Drouyn & Joh. de Bourges *Ergo anthrace peſtifero phlebotomia.*

## §. CCXX. Varii.

Angeli Politii *apologia de anevryſmate prætenſo* pro Marchione de Jeraci Princip. Caſtraboni Panorm. 1620. 4. Manget.

Dominici Galvani, medici Eſtenſis, *delle fontanelle* L. II. *l'uno partenente alla teoria, l'altro alla practica* Padova 1620. 4. *. Hieronymi Fabricii diſcipulus, primo libro fontes illos ab uſu cauterii manantes ad omnia mala laudat. Sed & veſicatoriorum utilitatem prædicat, quæ cum cucurbitulis unicum in mali generis variolarum epidemia Veneta præſidium fuerint. In practico libro cauterii admovendi modum docet, ignem enim lanceolæ præfert & corrodenti medicamento; etſi etiam iſtorum auxiliorum adminiſtrationem docet. In capite adulti hominis ignem adplicat ad os uſque, qua ſede ſutura ſagittalis & coronalis ſe decuſſant, & quem metitur, extremo digiti medii fine a naſo eo protenſo. Porro de cauterio occipiti & brachio femorique in chordarum interſtitio crurique demum adplicando. Hederæ globum jubet inmittere; emplaſtrum ceruſſatum imponere. De cervicis ſetaceo, quod forcipe perforata per cutem trajicit. Uſtio inter primam & ſecundam vertebram in pueris modo natis.

Thomæ Benham *officina chirurgi, vel antidotarium chirurgicum in ordinem redactum ab* Edwardo Porton: lego circa a. 1620. prodiiſſe.

Ej. *chirurgians cloſet furnished with remediis* London 1630. 4. Heister. Forte idem libellus.

*A ſecret medicine for the ſtone in the Kidney to ſtop a lack* &c. ſcript. circa a. 1620. Codd. M. S. *Aſhmole* n. 7699.

Cum annum ignorem, hic interim recenſeo Marin Hamel, chirurgi in Liſieux, *traité de la morſure du chien enragé, qui enſeigne les cauſes ſignes & prognoſtics du mal de la rage avec la maniere de s'en preſerver* Liſieux 8. Bur. d'Etr.

Raymundi Minderer *gemeine Handſtücklein zur Kriegsarzney gehörig mit wohl gegründeten experimenten geziert* Augſpurg 1620. 8. 1627. 8.

Hermanni Corbei *oratio de vulneribus lethalibus & ſanabilibus* Francfurt 1620. 8. Marburg 1620. 8.

Ej. *Gynæcium* l. II. *de cognoſcendis & curandis mulierum morbis. De vulneribus* Francf. 1620. 8.

David Planis Campy *de la phlebotomie* Pariſ. 1620. 12. Rast.

Ej. *la petite chirurgie chymique medicinale* Paris 1621. 8.

Ej. *traité des playes faites par les mouſquetades* Paris 1623. 8. Aſtrologiæ deditus & alchemiæ.

Franc. Quiqueboeuf & Nic. Regnier *E. articulorum vulnera lethalia* Pariſ. 1620.

Dav. Stegmann *de difficultate partus* Baſil. 1602. 4. Riv. in dec. V. Genath.

Dan. Pelicanus *de fonticulis* Baſil. 1620. 4. Riv. in dec. V. Genathi.

Sigismund Rudelius *de carcinomate* Baſil. 1620. 4. in decade III. Genathi.

Stephan. Schefferus *de calculo* ib. 1602. 4. in decade IV. Genathi.

Valentin Emmerich *de hernia* ib. 1620. 4. & in dec. IV. Genathi.

## §. CCXXI. J. B. v. Helmont.

J. Baptista v. Helmont *de magnetica vulnerum curatione* Pariſ. 1621. 8. & in *theatro ſympathetico* Nuremberg 1662. 4. *. inque operibus Amſterdam 1652. 4. *. & *propoſitiones deſumtæ ex* Helmontii *curatione magnetica vulnerum* Colon. 1624. 8. Bodl. In litem ſe immiſcuit, quam diximus, Goclenium inter & Robertum fuiſſe agitatam. Non laudat illum, qui bonam cauſam male egerit. Contra Robertum defendit, experimenta magneticarum curationum non eſſe a Dæmonio. Unguentum autem potiſſimum armarium tuetur, quod ex adipe humano, mumia, ſanguine, uſnea componebatur. Teſtimonia citat curationum magneticarum, aliqua valde paradoxa, ut etiam Tagliacotianam

artem ridiculo, quem adjicit, eventu deformet, delapſum nempe fuiſſe inſititium naſum, cum bajulus obiiſſet, de cujus nate fabrefactus fuiſſet. Artes dari putat, quæ corpus reddant invulnerabile. De ſtola S. HUBERTI, cujus flocculus in cutem frontis inſitus rabiem curet.

EJUSD. *opuſcula medica inaudita* Colon. 1644. 8. Inter ea eſt L. *de lithiaſi*, qui etiam inter *opera omnia* redit. Difficilis intellectu liber, eo ſcopo ſcriptus, ut contra ſcholas oſtendat, calculum non naſci ex muco per calorem compacto. Dari principium lapideſcentiæ, quod vocat *duelech*; ab eo mediis in aquis calculum compingi, unico temporis inſtante. Obſcure porro putes calculi generationem explicari, ut eodem modo generetur, quo offa HELMONTIANA, urinoſo ſpiritu cum vinoſo compacto, quorum uterque in lotio eſt. Eſſe in lotio eſſentialia ad *duelech* initia, quæ non ſemper matureſcant: ſolvi duelech a ludo, lapide teſſeræ ſimili, trito, calcinato, non igne, ſed addito ſale circulato, inque ſalem converſo, inque oleum quaſi fluente. Sed etiam urina tauri nondum nati & hirci ſanatos eſſe calculoſos. Cancri lapilli ut naſcantur & conſumantur. Dauci in cereviſia vis ſalutaris, & ſucci betulæ.

In tr. *de ſympatheticis mediis* etiam aliqua de vulnerum curatione, quæ fit per ſympathiam.

In l. *de idea demente* hydrophoborum per demerſionem curationem narrat.

In alio libello auctor *cauteria* refutat.

## §. CCXXII. P. ZACCHIAS &c.

PAULUS, Protomedicus Pontificius, cepit Rom. a. 1621. 4. edere *Quæſtiones medico legales*, ſubinde auctas novis libris, ut denique ſeptem, ſint libri, & novem Amſterdam 1649. 1650. fol. Deinde Lion 1661. fol. 3. vol. 1726. fol. Francfurt 1666, iterumque Francof. 1688. fol. auctius prodiit opus. In hac editione novem illi libri duo volumina efficiunt. In eorum librorum ſecundo aliqua huc faciunt de fulmine tactis, deque demorſis a rabido cane, ſed obiter omnino & abſque exemplis. In L. III. pauca huc revoces de eunuchis & ſpadonibus. In L. VI. aliqua de tormentis, de obſtetricum & chirurgorum erroribus. Chirurgos ſatis arctis circumſcribit legibus, ut abſque medico parum omnino ipſis detur moliri. Potiſſimum tamen libri V. titulus ſecundus huc pertinet, quo agitur de vulnerum ad necem inferendam potentia. Hic ut expendat eam potentiam, noſter multa collegit de eventibus aut felicibus aut funeſtis. Aliquot ſupervixiſſe diebus, quibus multis acubus cor confixum eſſet. Fuſe autem & caute expendit, quibus ſignis vulnus neceſſario lethale ab ut plurimum lethali, hoc ab eo diſcernatur, quod caſu aliquo mortem infert. De cruentatione etiam cadaveris ad occiſoris præſentiam, cui eo tempore fides adhibebatur. Vulnera partium ſingularum corporis. De demerſis, de ſuſpenſis, an vivis ea violentia illata ſit, an cadaveribus. De mutilatione varia & de caſtratione. Hoc opus ſolet fere pro claſſico ſcripto haberi.

JOHANNIS COLLE, Bellunenſis, Archiatri Urbinenſis, *Elucidarium anatomico chirurgicum a Græcis, Arabibus & Latinis ſelectum* Venet. 1621. fol. * & in *Elucidario chirurgico commentaria ad libri Quarti fen* IV. AVIC. ib. 1620. fol. *. Chirurgiæ compendium collectaneum.

EJ. *Coſmetor Mediceus triplex, in quo Exercitatio totius artis medicæ & conſultationes medicinales* Venet. 1621. fol. * Quomodo veſicatoria agant. De variis lapidibus, quos vocant bezoar, de hominibus fulmine percuſſis, in aquam conjectis. Vulnus labii; de cucurbitulis; ſtrumis, ſcrophulis. Quem felis momorderat, is rabidus interiit, cum tamen vulnus exuſtum fuiſſet. Gangræna ſpontanea funeſta. Multa a puncto venæ loco nervo infortunia. A ſpuma ſuffocati.

EPIPHANII FERDINANDI, medici Meſſapienſis ex Salentinis, *Centum hiſtoriæ, ſ. obſervationes & caſus medici* Venet. 1621. fol. *. Pluſculi caſus chirurgici intercedunt. Mater & fetus perierunt, cum manus præiviſſet, & repoſita fuiſſet, partuſque naturalis ſucceſſiſſet. Tumor cyſticus, in quo oſſea natura, apertus, deſtructus. Vulnus cum hæmorrhagia ab uſu turundæ renovata, lethale. Mors ex tuberculis circa œſophagum. Tarantulæ morſus muſica curatus, omnino ut vulgo ſolet narrari. Subluxatio & gibbus ſponte natus. Anthrax in manu natus funeſtus. Mors ſeptima die ab urina retenta poſt ſeroſum vomitum.

MICH. CAZENBERGER *de renum & veſicæ calculis* Lipſ. 1621. 4.

WOLFGANG SCHALLER *de nephritide* Witteberg 1621. 4. RIV.

JAC. FRISIUS *de nephritide* Baſil. 1621. 4. RIV.

LUDOVIC. ROBILLART & THOM. GAMARE *E. vertigini arteriotomia* Paris 1621.

ROB. le SECQ & FR. du FRANÇOIS *E. empyicorum latus ſiniſtrum urere vel ſecare ſecurius quam dextrum* Paris 1621.

## §. CCXXIII. VARII.

HENRICI ab HEERS, medici Leodienſis, *obſervationes medicæ oppido raræ in Spa & Leodii animadverſæ* Leodii 1622. 8. Lego etiam 1614. 8. apud LINDEN, ſed id fieri non poteſt, cum morbi recenſeantur a 1622 curati. Porro Leid. 1685. 12. * & alias. Omnino legi merentur, quæ noſter in ægris vidit. Vulnus ventriculi non cruentum quidem ſed tamen funeſtum. Vulnus cordis baſi conoque a glande plumbea trajecti, ſeptima die funeſtum. Glans penis inciſa, impactus calculus feliciter exciſus. Thoracem inter 5 & 6, non inter 4 & 5 coſtam debere perforari, ne diaphragma lædatur. Sanatus, qui ab ictu ſclopeti ſanguinem ſurſum egerebat & deorſum. Aquei humoris & partis vitrei jactura reparata, amiſſus tamen viſus. Atreta, aperta ſub glande urethra. Solamen calculoſi ab aperto in ſcroto ulcere. Ab ictu, nulla parte læſa, mors, a ſanguine ſub calvaria effuſo, Uteri carcinomata. Herniotomus filo ferreo ileum inteſtinum comprehendit funeſto eventu: alius inteſtinum pro omento reſecuit. (Memini me

me ſcalpello chirurgi hominem eripuiſſe, qui hoc ipſo momento temporis elapſum inteſtinum pro ſacco erat inciſurus). Variæ fraudes circulatorum.

J. HORNUNG, medici, *chirurgiſcher Bericht von Brandſchäden* Nurnberg 1622. 8.

EJUSD. *ciſta medica, ſ. epiſtolæ clariſſimorum Germaniæ medicorum familiares* Noriberg 1625. 4. *. Potiſſimum etiam ANDREÆ LIBAVII. De duobus morbis fuſe agit, calculo & cancro; deque eorum remediis; ipſe chemicus, etſi PARACELSO infenſus. D. ANTONII FUCHS circa a. 1577 probata, & a PENOTO repetita medicamenta ad cancrum, pro quibus etiam teſtimonia adferuntur. Ex arſenico, fuligine metallico & radice ſerpentariæ componebantur. Calculi maximi ex equi inteſtino. Aneuryſmatis ſpurii hiſtoria, in quo nihil maſculi tentatum eſt. Arteriotome funeſta, ex qua repetitæ hæmorrhagiæ.

PIERRE HEURTAULT, chirurgi Cadomenſis, *traité de la phlebotomie* Caen. 1622. 8. *. De revulſione, derivatioue, effectu ſalubri venæſectionis vario. Loci varii, ubi vena inciditur. Menſura emiſſi ſanguinis. Ipſa adminiſtratio. De arteriotome. Pleraque ex veteribus.

C. MESTRAL *diſcours des ecrouelles, où il eſt très doctement traité du moyen de les diſcerner d'avec les autres maladies, qui viennent au col* Lyon 1622. 8. BUR.

CHRISTOPH. NEANDRI λιθολογια *medica*, και λιθιασεως θεραπεια Argent. 1622. 4. RIV.

HUBERT ARNOLD RIETMAKERS *tractatus de nephritico dolore, in quo eſſentia differentia, cauſa, ſigna, curatio calculi & arenularum explanantur* Lovan 1622. 4. BUR. 1638. 4. *. Nullius momenti.

PETRI MARIÆ CASTILLONÆI *admiranda naturalia ad renum calculos curandos* Mediolan. 1622. 8. BUR.

BARTHOLOMÆI ACCURSII tr. *conſultationum medicinalium* Rom. 1622. 4.

ANDREAS SINGER *medicus niſi chirurgicus ſemiplenus vel nihil eſt* Magdeburg 1622. 4. *.

ARNAULD GILLES *la fleur des remedes contre le mal des dents* Paris 1622. 8.

BALTHASAR SIMON de ογκολογια γενικωτατη. In dec. VI diſp. GENATHI Baſil. 1622. 4. LIND.

JACOBI COUSINOT & J. de CLEDAT *Ergo uti ſuppurato reni, ita calculoſo ferrum* Paris 1622. & 1754.

RICH. MARCE'S & PR. PIJART *E. epilepſiæ pyrotica* Paris 1622.

## §. CCXXIV. VARII.

JACOBUS CARANTA, Cuneas. Ejus *decadum medico phyſicarum Libri II. de morſu canis rabidi* Savigliani 1623. 4. *. Exemplum morbi tertio a morſu menſe incipientis, cum aquæ metu & furore. qui in mortem abiit. Alia exempla, funeſta omnia

omnia. Remedia fere abſona. Exempla hydrophobiæ, quæ abſque canis culpa ſupervenit. Hydrophobiam a morſu ſupervenire, etſi cutis non fuerit lacerata. Virus eſſe in ſaliva. Ignem jubet admoveri, deinde veratrum.

Francisci Guilielmi Cosmak, Ulyſſiponenſis, *relacio chirurgica de hum cao grave que ſuccedio mortificarſe hum braço e cortarce com bon ſucceſſo* Lisbon 1623. 4. Cap. de Vil.

J. Poppii *von der Waſſerſucht Steinkrankheiten wie dieſelben zu erkennen und zu curiren ſeyen* Lipſ. 1623. 8. Gunz.

Stephani Calandri *breviſſima chirurgicæ facultatis compendiaria: quæ neceſſaria in arte chirurgica, cum artificioſa medicamentorum compoſitione ad ejus uſum pertinentium* Saviglian. 1623. 12. Lind. In medicamentis multum eſſe.

Jacques Bury *le propagatif de l'homme, & ſecours des femmes en travail d'enfant* Paris 1623. 8. cum figg. Bur. Non laudat Portal.

Philib. Guibert & Fr. Mallet *E. rabiei mare* Pariſ. 1623.

J. Maillard *de quæſtione utrum in angina tentanda ſit laryngotomia* Baſil. 1623. 4. Riv.

## §. CCXXV. Varii.

Francisci Colutii *de querelis nephriticis ex renum & veſicæ calculo tractatus quadripartitus* Rom. 1624. 4. Bur.

Caspar Bartholinus, Thomæ Pater, Caspari Avus, Profeſſor medicinæ, inde theologiæ, Hafnienſis, H. Fabricii & Casserii diſcipulus, non quidem chirurgus, ſcripſit *de cauteriis, præſertim poteſtate agentibus, ſ. ruptoriis, Patavii olim prælectum, nunc auctum & locupletatum l.* Hafniæ 1624. 4. *.

Cauteria contra Fabium Pacium & Hieronymum Mercurialem defendit, brevis tamen in ea parte opuſculi, fuſior in tractatu de cauſticis medicamentis, quorum innumerabiles formulas proponit, lapides potiſſimum infernales omnis generis: putat dari, qui abſque omni dolore opere ſuo defungantur. De fonticulis, locis ad ea aptis, & periendi modo.

Martini Pansæ *conſilium phlebotomicum, oder Aderlaßbüchlein, nebſt fünfzig Fragen vom Blut und Blut-laſſen* Leipzig 1624. 8.

Ej. *conſilium antinephriticum, d. i. ein heilſamer Rathſchlag vom Lendenſtein* Leipz. 1624. 8. Gunz.

Philippi Hoechstetter, medici Auguſtani, *rararum obſervationum medicinalium decades tres* Aug. Vindel. 1624. 8. Pars ſecunda ſ. dec. IV, V & VI. ib. 1627. 8. Omnes ſex decades (Fr. & Lipſ.) 1674. 8. *. edente nepote auctoris J. Philippo, auctæ aliis quatuor decadibus ineditis avi Philippi. Hiſtoriæ ſunt medicæ cum ſcholiis, in quibus collecti habentur caſus ſimiles, deque

deque iis caſibus aliorum ſententiæ. Ad rem præſentem faciunt: Exemplum ſectionis Cæſareæ, mortuo fetu feliciter perfectæ. Umbilicus ſanguinem plorans: idem in aſcite apertus. Gangræna digitorum pedis ex frigore: alia exempla gangrænæ in febre maligna, in fractura aliisque cauſis. Calculi ex ſene magni multique exciſi. Steatomata meſenterii: mentum enormiter tuberoſum: ſagittæ cuſpis, qui triginta annis in orbita hæſerat, per palatum egeſtus. A peſte neque fonticulos, neque antiqua ulcera præſervaſſe. Periculoſa hæmorrhagia ex dente evulſo. Ex capite percuſſo icterus. A capitis contuſione ſurditas & mutitas congenita ſanata. Tumor ſublingualis. Inteſtinum ab imperito herniotomo inciſum patulum manſit. A vulnere neglecto cerebri corruptio. In veſica calculus octodecim drachmarum pondere, rene ſano. Calculi recentes graviores ſunt, ſicci minus. Calculi veſicæ rene ſano.

HIER. GOULU & JAC. ADAM *E. in thoracis quam in abdominis hydrope paracenteſis tutior* Pariſ. 1624.

FRIDERICI van der MYE *de arthritide & calculo* Haag 1624. 4. *. Medicamentorum calculum conterentium farrago. Exempla calculorum ſponte elapſorum. Funeſtum exemplum morbi acuti cum calculorum deceſſione, abortu, lethargo. De formatione lapilli.

## §. CCXXVI. J. RUDOLPHUS CAMERARIUS.

Tubingenſis familiæ per ſeculum medicorum feracis auctor, non quidem chirurgus, utilis vero collector. EJUS *ſylloge memorabilium medicinæ & mirabilium naturæ arcanorum* Centuriæ IV. Argentorati 1624. 12. *. *Sylloges centuriæ* XIII. XIV. XV. XVI. Argentorati 1652. 12. Centuria XX. Tubing. 1683. 8. *. Non ubique fida ſunt, quæ collegit, ut in tarantulæ fabula, bufonis vi ſanguinem reprimente, aſelli in frangendo calculo, oculis cancrorum ad morbum cognominem &c. Digitus totus reſectus, tamen adglutinatus. Alias putes rationem ſubeſſe aliquam, ut in emplaſtri magnetici vi ad herniam. De frenulo linguæ ejuſque ſectione. De venæſectione aliqua. Renaſcens linguæ pars amputata; ſic, quæ per putredinem corrupta fuerat. De uſnea, ſed omitto, quæ numeroſa collegit.

J. CAROLI ROSENBERGII *roſa nobilis jatrica* Argentor. 1624. 12. *. De emplaſtro glutinatorio, de linguæ frenulo, quo inciſo nonnulli loquelam recuperaverunt.

J. HAGEDORN *de procidentia uteri* Baſil. 1624. 4.

## §. CCXXVII. VARII.

JOSEPHUS de AROMATARIIS Ej. eſt *diſputatio de rabie contagioſa* Venet. 1625. 4. Francfurt 1626. 4. *. Non malus certe libellus. Cur alii morbum vetuſtum fecerint, novum alii. Poſſe aquæ metum a morſu & a rabie abeſſe. Dari eum

metum

metum in hominibus a nullo animali violatis, aut a cane non rabido, Anginæ ſpeciem eſſe; aquam metui, quod cum ſummo incommodo deglutiatur. Ab homine non rabido demorſus tamen aquam metuit & periit. Fabuloſos in urina catellos deridet. Hellebori uſum laudat & cauterium.

J. DONATI *Bericht wie man diejenigen bey welchen die böſe peſtilenziſchen Drüſen, Bubones, Apoſtemata und Carbunckel vermerket werden mit äüſſerlichen Arzneyen verſehen und curiren ſolle* Neiſs 1625. 4.

ALPHONSI GOMEZ de la PARRA & AREVALO *Polyanthea medicis ſpecioſa chirurgis mirifica* &c. Madrit 1625. 4.

REN. CHARTIER & ANTON SUART *E. fiſtularum & hæmorrhoidum exſtirpandarum chirurgia κατα ποδα cæteris præſtantior* Pariſ. 1625.

GEORG ARBAULT & FRANC. FOUQUE *E. caſtratio elephantiaſin ſolvit* Paris 1625.

J. RUPERT SULZBERGER *de fontanellis* Lipſ. 1625. 4. MENZ.

EJ. *de calculo renum & veſicæ* Lipſ. 1626. 4. HEFT.

PETRI HEIG *de calculo renum* Altdorf 1625. 4. *.

## §. CCXXVIII. SANCTORIUS SANCTORIUS.

Juſtinopolitanus ex Illyrico, Profeſſor Patavinus, inde medicus Venetus, vir ingenioſus, ob accuratiorem menſuram perſpirationis cutaneæ celebrior, paſſim tamen chirurgiam adtigit, ut etiam aliqua eo pertinentia invenerit. Ejus *commentarii ad primum fen primi libri Canonis* AVICENNÆ paſſim huc faciunt. Venetiis 1626. fol. *. editi. Catheterem delineat trifidum: per eum in grandiorem calculum ſpecillum ſagittatum inmittit, eo ut putat, calculum dividit, ut fragmenta inter ſpecilli crura cadant, & poſſint extrahi, (ſpeculationem puto meram). Coriaceum lectulum huc referas, in quo quaſi in utre, balnei uſu æger fruatur. Tubulum, per quem acus trajicitur invenit, qua umbilicum compungit, in vulnere nunc facto acum extrahit, tubulum relinquit, quale nunc dicitur *trocart.* Metrenchyta pro injicienda thermali aqua. Ex utero aquam etiam extrahit inſtrumenti ope, quod ad ſpeculi modum os uteri dilatat, & aquam educit. Per veſicam ad fiſtulam aptatam lotium ano proprio inſtrumento immingit, ut fœces educat. Ad irrigandam partem dolentem per exiguos poros aquam calentem in eam exprimit. Frigida in veſicam recepta aliquoties contigit dolorem ſupprimi: imbrem etiam olei per minuta foramina in partes ægras ſinit illabi.

Apud MALVICINUM reperias, SANCTORIUM aſperam arteriam inter tertium & quartum anulum perforaſſe, eodem inſtrumento, quo ſub umbilico hydropicorum aquas educit, & ſine dolore. Tubulum in vulnere per triduum reliquit, ut ſuffocationis periculum auferret, tunc removit.

De calculi ſectione & ad eadem idonea forcipe.

Ej. *commentarii in I. ſectionem aphoriſmorum* HIPPOCRATIS Venet. 1629. 4. *. Pauca huc faciunt, ut de ulcerum curatione, a qua ſiccantium uſum removet.

Una prodiit l. *de remediorum inventione.* Cauteria pro Italorum more ſincipiti admota non probat. De fiſtulis ani & veſicæ aliqua. Fiſtula ani extus clauſa, cum intus non ſanata eſſet, funeſto eventu irrupit in veſicæ cervicem. Inciſionem abſceſſus circa urethram damnat, quæ ſponte ſaneſcere poſſit. Linamenta nimia rejicit.

In ejus *methodo vitandorum errorum* Genevæ 1631. 4. *. de ulceribus variorum viſcerum, etiam veſicæ agit. Calculum non naſci a renum calore. Contra ſiccantium nimium in ulceribus uſum. Contra dura emplaſtra in maturandis abſceſſibus.

In *commentario ad artem parvam* GALENI Venet. 1630. 4. *. aliqua ſunt chirurgica; de vulneribus nervi & tendinis; de ulceribus. Collum veſicæ, quod carnoſum non ſit, non debere incidi. Agyrtam expulſo in calculoſis muco omnia feciſſe deteriora. Renalem calculum non poſſe medicamentis frangi. Abſceſſum hepatis per anatomen detexit, quem inviſo ægro noſter juſſerat incidere.

ADRIANI SPIGELII celebris anatomici, manu ſua medicinam etiam facientis, placita & adminiſtrationes paſſim videas citari. De calculo ejus epiſtola exſtat apud J. v. BEVERWYCK l. de calculo renum & veſicæ Leid. 1638. 8.

VICARY *Surgery* London 1626. 8. OSB.

PETRI FABRI *chirurgia ſpagyrica* Toloſ. 1626. 8. Argent. 1632. 8.

CASPARI WINK S. I. notæ unguenti magnetici, & actiones ejus adverſus GOCLENIUM Dilling. 1626. 8.

J. BAPTISTÆ SORI *conſigli ed aviſi di chirurgia, col modo di far giudicii ne' mali con taſſa del honorario loro, delle fontanelle, ed aphoriſmi toccanti alla chirurgia.* Milano 1626. 8. 1628. 8. MANGET.

ALPHONSI MANNOZ, regii barbitonſoris, *inſtrucion de barberos y flebotomiſtas* Madrit 1628. 8. CAP. de VIL.

QUIRINI le VIGNERON & JAC. THEVART *Non E. ſclopetorum vulnera venenata* Pariſ. 1626.

JOH. RIOLAN & JAC. CORNUTY *Non ergo neceſſaria vulneribus* μοτωσις Pariſ. 1626.

CASPAV ASELLIUS circa hæc tempora obiit. Ejus obſervationes chirurgicæ cum l. de urinis exſtant M. S. MAZUCHELLI.

§. CCXXIX.

## §. CCXXIX. J. Antoine Lambert.

Chirurgien de Marſeille. Mihi coram ſunt duo diſtinctiſſima opera. *Commentaires ſur la carie & corruption des os* Marſeille 1656. 8. *. 1627. 4. Rast. Magna pars operis ex veteribus compilata: multa tamen, ut a practico viro exſpectes, propria ſunt, curationes potiſſimum mire felices. Puella, cui caries perampla tempora & frontem depaſcebat, facillime ſolo ſpiritu vini ſanata, quo malum fovebatur. Juveni ictu lapidis fracta calvaria, ruptis meningibus, fungis pullulantibus ſubinde reſectis, etiam ab ebrio ægroto evulſis, ut pus ad corpus calloſum deſcenderet, æger tamen ſanatus. Auricula reſecta ſuturis reconciliata. Magna ſquama de ſuperiori maxilla dejecta & reparata, ſic in oſſe temporum. Inferior maxilla in condylo fracta, oſſiculis per meatum auditorium decedentibus, eventu felici. Ab ictu ulcus pectoris ſanioſum, coſtæ pars amiſſa, cum diſſolutus ſanguis per os rediret, nullo oſſe abſcedente, æger ſanatus. Ita utriuſque tibiæ caries, de qua magnum oſſis fragmentum deceſſerat. Ita caries tarſi & metatarſi idoneis medicamentis injectis compreſſa, tamen ut oſſicula aliqua amitterentur.

Ejusd. *les commentaires & œuvres chirurgiques; troiſieme edition augmentée* Marſeille 1677. 4. *. Vaſtum opus, ad veterum morem ſcriptum, plurima tamen habet eventa auctori propria, & ſuas curationes. Aſperis utebatur medicamentis & paſſim ſublimato mercurio, cujus tamen malignos effectus non diſſimulavit. I. *des ulceres malins.* Aerem Maſſilienſem ab immunditie vitiari. Poſt capitis dolores, ſanguis in diploen effuſus, glandula pituitaria nucis mole, ſabulo plena. Sinus ſanioſi ſponte in tibia nati, ſublimato mercurio conſumti. Cum cancri mammæ pars exciſa fuiſſet, malum funeſtum repullulavit. In dolente mamma ſinus ſanioſus injecta aqua phagedænica conſumtus. Armamentarium medicamentorum externorum & vulnerariorum. Ulcus ſinuoſum ſummi brachii ad articulationem ſcapulæ penetrans, adque mediam claviculam, ſuperatum conjunctis ferro ſinubus, injecto mercurio ſublimato, ſic vulnus pectoris. Oeſophagus vulneratus ſutura contorta conjunctus, ſanatus: redit hic L. *de carie.*

II. De *fiſtulis.* Ex tumore capitis duo ex ordine cornua pullularunt. Fiſtula femoris inciſo oſtio, injecto diſſoluto ſublimato mercurio, ſanata, mota ſaliva. Fiſtula ſub ala aperta, partim filo ſubinde adſtricta, partim ferro ſanata. Vulnus hypogaſtrii; ex uſu turundæ multus ſanguis, felici eventu. Fiſtula omentique ulcus ex vulnere, quo ſuperſtite malum ſanatum. A pleuritide empyema turunda linea inmiſſa ſanatum. Fiſtulam ſummi femoris incidit, ſyringotomo muſculos glutæos diviſit, in fundum aquam phagedænicam impulit, optato effectu. In vulnere manus, arteria digitali læſa, ſenſus & motus amiſſus rediit. Ulcus metatarſi reſecto callo facile ſanatum.

III. De fiſtulis peculiariter. Fiſtulas lucrumales calloſas dilatat, deinde totas aperit, cauſtico ſanat. Fiſtulæ urethræ ſublatæ, callo ſublimato argento vivo deſtructo. Abſceſſus natium gangrænæ metus cogit continuo aperire.

In ſuppurationibus profundis ubique phagedænicam aquam injiciebat, turundis utebatur, etſi caſus adgnoſcit, ubi præſtat abſtinuiſſe. Fiſtula gingivæ ſetaceo trajecto ſanata. Fiſtularum ani exempla varia, eas fere ſcalpello incidebat, filo etiam diſſecabat, carnes fungoſas ſublimato mercurio delebat. Inteſtinum ipſum audacter injecta aqua phagedænica ſiccavit. Hernia. Tres quartæ omenti partes abſque malo eventu reſectæ. Hydrocele ſubita. De inciſa vulva in gravida femina enormis aquæ vis. Exempla ſanguinis de hydrocele abunde effuſi. Exempla oſſium pubis in prægnante muliere diſcedentium.

IV. De *abſceſſibus* ad GUIDONEM. Angina funeſta, cum in corde ulcuſculum eſſet. Hydatides ex alæ abſceſſu. Abſceſſus ad inteſtinum patens inciſus, mercurio ſublimato adhibito ſanatus. Fiſtula, ut putat, renis aperta, turunda cannulata immiſſa, malum ſanatum. Hepatis abſceſſus ſe incidere & ſanare. Exemplum miræ convulſionis digitorum, ut bini binique in contraria flecterentur, cauſa eſſet in abſceſſu circa maxillam inferiorem. A tarantula ictus, prope oculum, relapſa eſchara ſanatus. Vulnus pectoris, injectionibus ſublimati diſſoluti alvus mota, exfoliato pulmone tamen ſanatum. Multa omiſi.

## §. CCXXX. VARII.

*Enchiridion practicum medico chirurgicum, ſ. de internorum & externorum morborum curatione, breves ſed accurati tractatus duo* Genev. 1627. 8. 1659. 8. 1688. 8. an GOURMELEN.

Huc poſſis referre AUGERII CLUTII *Calsvee, ſ. lapidis nephritici natura proprietates & operationes* Roſtoch 1627. 12. vertente GUILIELMO LAUREMBERG filio.

Huc referas FABRUM *Lynceum*, cujus obſervationes cum F. HERNANDEZ prodierunt. Inter eas eſt inuſtio hominis hydrophobi.

## §. CCXXXI. VARII.

DAVID HALEZ *curatio gravidarum, puerperarum & infantum* Stettin 1628. 8.

PETRUS LOPEZ de LEON *practica y theorica de los apoſtemas en general y particular, queſtiones y practicas de chirurgia heridas llagas y otras coſas nuevas y particulares* P. I. ſimulque *ſeconda parte del agregado de la cirugia theorica y practica* Sevilla 1628. fol. CAP. de V.

ANTONII PONTII de SANTACRUZ, Archiatri, *de impedimentis magnorum auxiliorum* Barcinone 1628. 8. * Paſſim chirurgica tangit, quærit num in hydrophobia alvus ducenda, aut in thoracis vulnere viarumve urinariarum.

FRANÇOIS BAUHIN *queſtions françaiſes ſur toute la chirurgie de* GUI de CAULIAC Rouen 1628. 8.

SIMON BAZIN & PETR. QUENAULT E. *ex carie pudendi calloſa cicatrix ſyphilidis ſignum certiſſimum* Paris 1628.

LUDOVICI

LUDOVICI PANTHIONI *de uſu turundarum* Baſil. 1628. 4. *.

ALBERT. FRIDERICI KNOPII *de vulneribus* diſp. Baſil. 1628. 4. *.

## §. CCXXXII. TIBERIUS MALFI.

Ex *Monteſarchio*, celebris chirurgus. Ej. *nuova pratica della decoratoria manuale e della ſagnia, l'una a barbieri e l'altra a Chirurgici neceſſaria* Napoli 1629. 4. max. *. Germanice, *Anleitung zur Barbier-und Wundarzneykunſt* Nurnberg 1676. 8. M. AUR. SEVERINO notus homo. L. I. eſt de arte & dignitate barbitonſorum cum celebriorum iconibus. L. II. De venæ ſectione. Venarum, quæ ſecari ſolent nomina, & de arteriis aliqua: inſtrumenta varia, nonnulla ridicula. Venam obſcuram tepida fotam conſpicuam reddit. Caſus varii infelices, venæ lingualis, cujus hæmorrhagia in perſona illuſtri non potuit compeſci. Arteria periculoſe percuſſa in alia: demum ex imperita inciſione eryſipelas. L. III. de hirudinibus, cucurbitulis, ſcarifatione, cauteriis, veſicatoriis. Pulchræ icones. De vulnere venæ recto, transverſo, obliquo. Loca, ubi cauteria admoventur. Citat nonnullos de venæſectione ſcriptores, quorum nullum reperio uſquam veſtigium, ut JUBILII MAURI *compendio della ſagnia*, LEONARDO TUFARELLO *della ſagnia*.

BERNARDI SUEVI *de inſpectione vulnerum lethalium & ſanabilium præcipuarum partium corporis humani* Marpurg 1629. 8. * Germanice *chirurgiſcher Wundenbericht* Hamburg 1644. 12. vertente BERNHARDO LANGWEDEL. MOELLER. Vulnera ſatis plene percurrit, ex ordine, ut ne bicipitis quidem brachii muſculi vulnus prætermittat. Ad ſingula vulnera miſta fere veterum judicia adjicit, cum eorum rationibus, & ſubjungit ex recentioribus, PLATERO, BAUHINO, SEBIZIO, feliciora exempla ſanatorum vulnerum ventriculi, veſicæ, aliorum viſcerum, a levibus vulneribus mortes. Modeſtus, parum in definiendo conſtans.

JEAN BONNART, tonſoris & chirurgi Pariſini *la ſemaine des medicamens obſervée és chefs d'œuvres des maitres barbiers Chirurgiens de Paris* 1629. 8. *. Materia medica, potiſſimum chirurgica; ſimplicia aliqua, etiam compoſita. In angina peſſima ſalus ab inciſa vena jugulari.

EJUSD. *methode pour bien ſaigner, utile à tous chirurgiens en quelle partie, de quelle veine.. les accidents qui arrivent pour être mal faite* Paris 1628. 8. B. GMEL.

JOHANNIS GUTIEREZ de GODOY, profeſſoris Granatenſis PHILIPPI IV archiatri, *Quæſtio medica non vulgaris an poſſibilis ſit in rabientium urinis canes parvos generari* Giennii 1629. 4. CAP. de VIL.

ALF. a CARANZA *de partu naturali & legitimo &c.* Lion 1629. 4. Vide B. Anat. p. 367.

GEBHART GERTNER *de tumoribus præter naturam* Altdorf 1629. 4. MERZ.

## §. CCXXXIII. Z. Lusitanus.

Zacutus Lusitanus, Judæus, clinicus. Ejus *de medicorum principum hiſtoria* L. I. Amſterdam 1629. 8. reliqui ex ordine; a. 1642, conjunctim recuſi Lion 1649. fol. * 1657. fol. Lind. Celebris clinicus morbos hic a capite ad calcem deſcribit, hiſtoriis ex variis veteribus auctoribus ſumtis, in quas commentatur. Intercedunt adeo & auxilia chirurgica & morbi; ophthalmia, aurium mala, dentium dolor, ſtrumæ faucium, veſicæ morbi. De pure, de abſceſſibus aperiendis, de aquæ timore. Addit etiam ſuas proprias obſervationes. Hirudo in nares ſubrepens effectu funeſto. Cauſtico epilepſia ſuppreſſa, quod pollici admovit. Ulcera faciei curata cauterio, cui plurimum tribuit. Hirudinibus admotis curatus linguæ tumor. Angina cucurbitula ſcarifata. Umbilico a natura rupto ſublatus hydrops. Cauteriis plurimum utebatur, ad lethargum, parotides, epilepſiam &c. Duobus fonticulis ſiccatus hydrops. Abſceſſus & fiſtula a pleuritide ſanata: ad ſtrumas laudat unguentum de bryonia. Cancer mollientibus tentatus eroſis involucris, ut cor nudum adpareret, denique funeſtus. Empyema ſenſim feliciter evacuatum. Hæc in libris ſex prioribus. Reliqui quinque prioris editionis libri in Lugdunenſi operum omnium collectione unum præfixum habent titulum. *Praxeos hiſtoriarum quinque* libri ſunt, in quibus breves morbi in genere, non caſus alicujus, hiſtoriæ reperiuntur, tum medicamenta. Hic etiam morbi chirurgici inter reliquos redeunt. Subjicit autem cuique morbo aliquam a ſe ipſo adnotatam curationem aut medicamentum, ſolet enim nimium iis fidere.

Ej. *Praxis medica admiranda caſuum & curationum nobiliorum ab auctore peractarum* eſt recenſio. Uterus prolapſus reſectus vita ſuperſtite.

## §. CCXXXIV. Varii.

Hugues Babynet medici D. Aurelianenſis, *la maniere de guerir les deſcentes de boyau, ſans tailler ni faire inciſion* la Haye 1630. 12.*. Experimentum ſe feciſſe in numeroſis variarum gentium ægrotis. Emplaſtrum laudat ex pice alba cum terebinthina & rubro ſantalo compoſitum: id mire extollit in ſiniſtri lateris herniis: in dextro vinculis utitur & bracherio. Deinde probat ſuccos adſtringentes tormentillæ, ſymphyti, &c.

Jaques Germain *quinteſſence de la chirurgie* Lion 1630. 12. Medicinam paſſim exercuiſſe lego.

Jac. Rolandi de Bellebat *Agloſſoſtomo lalographia* Saumur 1630. & latine in E. N. C. Dec. I. ann. IV. app. Reparata lingua, quam variolæ conſumſerant, ut ægra loqui potuerit.

J. Stephani Strobelberger tr. *de dentium podagra ſ. de odontagra, in quo dentium ſine & cum ferro artificioſe extrahendorum varii modi theorice & practice proponuntur. Cum appendice collectaneorum dolori & extractioni dentium ab auctoribus dicatorum* Lipſ. 1630. 8.

Seba-

Sebaſtian Greiffems *bewährte Wundarzney aus P.* Theophraſti *Schriften nunmehr kurz zuſammen gezogen durch* Johann Mekker Schleuſingen 1630. 8. Idem vertit Fabricii Hildani opera chirurgica.

Daniel Colberg *de nephritide ſ. renum calculo* Altdorf 1630. 4. *.

Tobias Mai & Christian Hinricking *de calculo renum & veſicæ* Witteberg 1630. 4. *.

Joh. Georg Pelshofer *de Paracelſiſtarum unguento armario* Witteb. 1630. 4. & in *Theatro ſympathetico* Noriberg 1662. 4. *. Contra id unguentum.

## §. CCXXXV. Varii.

Malachiæ Geiger, medici Bavari, *kelegraphia, ſ. deſcriptio herniarum, cum earum curationibus tam medicis quam chirurgicis* Monachii 1631. 8. *. Germanice *ausführlicher Bericht von den Brüchen* Stutgard 1661. 12. Ulm 1696. 12. Heist. De ipſa chirurgica curatione pauca, quam molitur per punctum aureum, & cauſtica medicamenta, eo ævo uſitatiſſima. Subligacula varia.

Antonii Viana medici & chirurgi, *Eſpejo de chirurgia. Primera parte, tres Exercitt. de theorica y practica que tratan de los tiempos del apoſtema ſanguineo* Lisbon 1631. 4. Cap. de Vil.

S. l'Olivier, chirurgi, *traité des maladies des reins & de la veſſie, contenant la cure & la preſervation de la pierre & gravelle* Rouen. 1631. 8. Bur.

Roberti Foster *hoplochriſma ſpongus or a ſponge to wipe away the weapon ſalve* London 1631. 4. Bodl. Diſcurſus de unguento armario.

Contra eum libellum prodiit Roberti Fludd *reſponſum ad Hoplochriſma ſpongum* M. Fosteri *ab ipſo ad unguenti armarii validitatem deludens ordinatum] he ſpongiæ* M. Fosteri *expreſſæ*, Goudæ 1638. Trew.

Helkiah Crooke *an explanation of the faſhion and uſe of three and fifty inſtruments of chirurgery* London 1631. fol. Bodl. Eſſe ex Pareo.

Philib. Guibert & P. le Conte *E. calcis & capitis divortio mochlica* Pariſ. 1631.

Car. Dupre' & Claud. Germain *Ergo hydrophobi medicandi* Pariſ. 1631.

Jean Pietre & Franc. Blondel *Non ergo conveniunt nephritidi diuretica* Pariſ. 1631.

Nic. Matthieu & Petr. Yves *E. purulento reni uſtio* Pariſ. 1631.

## §. CCXXXVI. M. Aurelius Severinus.

His temporibus chirurgia maſcula in univerſa Europa, ſed potiſſimum in Italia, languebat. Paſſim loca citavimus medicorum conquerentium, ad ſerias

&

& difficiles adminiſtrationes vix chirurgum reperiri cui fidas, aut qui eas ſuſcipiat. Unicus a. 1627. Romæ, tanta in urbe, chirurgus fuit, qui faceret obſtetriciam (*a*). Neminem anevryſmati manum admovere auſum J. B. SYLVATICUS in proprio de eo malo libro. Calculi ſectionem Nurſinis relinqui V. BARONIUS (*b*) & alii querebantur. Cum Gallus chirurgus (du TAU) tendines conſueret, res pro incantamento habita eſt (*c*).

Verum ſub ipſa hæc tempora exſtitit medicus *Thurius*, *Tharſenſis*, *Crathigena* (*d*), qui Neapoli medicinam utramque faciebat, idem inciſor, vir animoſus & ardens, qui ferrum & ignem ex antiqua Græcia in patriam reduxit. Ejus primum opus eſt *de recondita abſceſſuum natura* l. VII. Neapoli 1632. 4. B. Gott. & octo libri, (adjecto illo, quem dicemus, de peſtilenti puerorum angina) Francfurt 1643. 4. *, curante LUDOVICO de HOERNIKH, quæ maculoſa eſt editio, ſed integris capitibus aucta. Recuſa eſt Patav. 1651. 4. Francfurt 1688. 4, quam editionem MERKLINUS laudat, Leidæ 1724. 4. & 1729. 4, ut reperio. Dictio, cujus *diſſuetudinem* editor laudat, equidem neſcio quid ampullati habet & contortuplicati, ſed id vitium in *arte muta* non valde moreris. Sufficit virum plurima expertum magnam copiam utilium adnotationum in hoc ſuum opus effudiſſe. Liber I. potius ad praxin medicam ſpectat, & exitum abſceſſus: de parotidibus tamen, etiam malignis agit. Liber II. eſt de abſceſſibus per congeſtionem natis. Abſceſſus continuo aperiendos, immaturos, & cauterio. Ferra ignita ad inciſiones habet. Liber III. magis proprie chirurgici eſt argumenti: titulum ei fecit auctor de abſceſſibus anomalis: tumores primo cyſtici, quorum reſectorum aliquot hic exempla recenſet, etiam qui enormi mole fuerunt, etiam ſub jugulo, periculoſo loco. Ejusmodi tumores noſter exſtirpat & exurit. Recte unicum in manus uſu hic præſidium ſuum ponebat. Sequuntur in L. IV. noviſſime obſervati abſceſſus. FLAMINIUM CRASSUM celebrem Turpienſem curtorum inſtauratorem citat. Sequuntur tumores, quos vocat progermineos, carneos &c.; inter eos manus plena tuberibus ex ſpina ventoſa natis, cum NICOLAI LARCHEI, chirurgi Romani, in eumdem ſenſum hiſtoria. Porro caput mirificis & grandibus tumoribus undique exuberans. Penis in maximum muco carneum tumorem degenerans. Strumæ variæ. Anevryſmata funeſto eventu rupta; aliud in femore ferro & igne demum expugnatum: aliud in brachio incredibili mole. Inde hydrocephali. Laryngotomiam noſter exercuit. Homo ſuffocatus a renitente tuberculo ex palato pronato. Herniæ, inter eas vaſtiſſima hernia umbilicalis. Inter abſceſſus anomalos caro dura, ſciſſilis, ex patella orta: cujus longa fuit curatio. Steatomata mira reſecta. Abſceſſus lapideo concremento farti. Atheromata paſſim viſa interna. Anevryſma cœliacæ arteriæ, quo loco nolles polypum in corde legere, ita arte correctum, ut pro ſerpente potuerit

(a) FABER ad HERNANDEZ plant. Mexican. p. 267.
(b) De *tripl. oper. maj.*
(c) Phil. Tranſ. n. 265.
(d) A CRATHONE.

potuerit haberi. Ex cauſa interna gibbi, etiam luxatio femoris. Gibbus plerumque retrorſum, rariſſime antrorſum fit. In L. V *ſ. abſceſſib. noviſſ.* Ab abſceſſu oſſa carioſa fiunt, ipſa ligamenta rumpuntur. Exoſtoſes pueriles innoxiæ. Venereas oportet deradi. Atheromatis cyſtidem non poſſe integram ſemper eximi, tunc debere reliquias deleri. Magna ſarcomata de pudendo muliebri. Strumam utique propriam habere membranam. Venas varicoſas acu conpungit, & varicoſas adnatæ tunicæ venas conpungi jubet. Hæmorrhoides narium ſanabiles. Bronchocele, quam dicit, mihi videtur anevryſma fuiſſe. Hinc integer de pædarthrocace liber, ſ. de ſpina ventoſa, cujus ſedem & ſcaturiginem recte in ipſo ponit oſſe, etſi non valde neceſſario ſuum morbum ab ea ventoſitate diſtinguit, ſoloſque ad pueros reſtringit. Spina ventoſa ſecundum SEVERINUM fere ſternum, humeri, ſcapulæ, brachii articulos invadit; abſceſſus ex articulatione naſcitur. Os noſter detegit, radit, ſi profundius malum fuerit, crebris foraminibus terebrat. Pingue quod adfuerit exurit. Vidit igne curantem SEVERINUM BARTHOLINUS. Atheromata nodoſa, ſpecies ſpinæ ventoſæ. Liber VI. de gibbis minus plene, varis & valgis. L. VII. & VIII. magis ad medicinam faciunt, quorum iſte eſt de pædanchone, ſeu angina gangrænoſa faucium, cujus in practicis mentio fiet, & quem cum *therapeute Neapolitano* Neapoli 1653. 8. commentario ſuo THOMAS BARTHOLINUS auxit. Pauca cæterum decerpſimus ex multis.

Pernionibus ſæpe gravia mala ſupervenire & os corrumpi LARCHEUS ad SEVERINUM. Tumores duri, glomerati, pullulantes, faciem occupantes eventu funeſto.

*De efficaci medicina libri* III, *qua Herculea quaſi manu armata cuncta mala proteruntur* Francfurt 1646. fol. 1671. fol. *. Gallice *la medecine efficace &c.* Genev. 1668. 4. & ſeorſim & in BONNETI collectione. De timida & frigida nuperorum chirurgia conqueritur, quæ in unguentis & emplaſtris ſe contineat. Inde contemporaneos ad virilem chirurgiam revocat. De arteriotome: eam ipſe exercuit. Maniam eo præſidio ſuſtulit, epilepſiam mitigavit, ut majora fierent intervalla. Numeroſus venarum catalogus, quas paſſim nuperis neglectas noſter incidit. Inde de ſcarificatione, etiam in tonſillis, frigidis malis, & vetuſtis. Paracenteſis oculi. Punctio polypi. Ad herniam teſſella eburnea BENEDICTI. Hydrocelen præputii frequentibus vulneribus incidit. Sectiones raræ, etiam veſicæ inflammatæ: paracenteſis abdominis, quam & ipſe adminiſtravit. De pectore aperiendo, ut per declivia materia retenta defluat. Ad laryngotomen moliendam exhortatio, & exemplum vulneris aſperæ arteriæ ſanati. Ex NICOLO FABRICIUM ſua ad polypum narium inſtrumenta habere. Aliæ inciſiones innumeræ. In oſſibus exciſiones. Terebra ad morbos varios ſanandos, calvariæ admota. Oſſa corrupta eximenda. In carie graviſſima nihil igne tutius. In univerſum vero tenendum eſt, multas maſculas adminiſtrationes noſtrum commendare, quas ipſe non ſit molitus. Immenſas inde laudes dat cauteriorum, etiam ad corrigendum & adtrahendum. Modi & inſtrumenta varia ad ignis uſum. Morbi, in quibus igne poſſis mederi. Balnea, vapores varii generis, cucurbitulæ, ſetacea.

In cancro labii inferioris cum oſſis carie aliisque cancris feliciter igne eſt uſus. In ulcere femoris igne admoto curatus FABIUS COLUMNA. Caries oſſis ſquamoſi temporum igne curata. Parotidibus malignis cucurbitulam adfigit, tunc cauterium. Polypos exciſos urit. Cum paſſim multi ex tonſillarum tumore perirent, SEVERINUS igne uſus eſt, per argutum ferrum adplicato. In herniis feliciter uſtione ſe uſum. Hydrocelen ſcalpello candente perforat, ſetaceum trajicit: eſt ubi tribus locis ferro lunato ſcrotum aduſſit, ut conſtringeretur. Sarcocelen vidit, teſte albo concremento obducto: eam excidit & exemit, eoque modo teſtaceum ſcroti tuber ſuperavit. Diuturnum ani prolapſum ſanavit igne admoto. Sed fere ad omnes morbos cauteria valere putat. Scirrhos oris ambuſtis unice curari. Id præſidium adhibet, cum nemo eo uti noſſet, ad tuſſim, aſthma, linguæ tumorem, reſolutionem palpebræ. Contuſa igne in ſuppurationem verti. Pyramide etiam goſſypina incenſa in nephritide utebatur, HORNIO teſte. Nihil uſtione præſtantius ad bubones venereos peſſimos.

Vel ideo legas, quod omnia hic conjuncta repetantur, quæ unquam de ignis in morbis externis vel internis uſu dicta ſint, & ſua experimenta interponat.

In amputatione cutem omnino ſurſum retrahendam, deinde, ne hæmorrhagia fiat, conſuendam. Arteriam ab ictu ſclopi ſero vocatus incidit, ligavit, feliciter. Fiſtula palati ſanata trajecta acu argentea muliebri. Fiſtula thoracis exciſa, coſta carioſa ſanata, & aliæ fiſtulæ.

Scarificatione ſanabat ulcera dyſepulota, tonſillas tumidas. Scarificationem in pueris venæſectioni præfert. Fonticulorum verum locum inter bicipitem & deltoidem ſe primum reſtituiſſe. Exemplum in occipite.

Fracturam patellæ male ſanatam aperuit, oſſe detecto, felici eventu.

Varia loca pro ſetaceis, etiam in jugulo, & in ala, pro anevryſmate, in inguine, brachio.

Caruncularum varia genera exſtirpata.

EJ. *trimembris chirurgia, in qua diætetico chirurgica, pharmaco chirurgica & chimico chirurgica tradita eſt* Francfurt 1653. 4. *. Leid. 1725. 4. *. Medicamenta tam ſimplicia quam compoſita, vel aliorum vel ipſius inventoris SEVERINI, & alimenta tradit, ad uſus chirurgicos ſelecta. Multa paſſim teſtimonia curationum propriarum. Veſicatoriis & ſinapiſmis, ut facile ſperes, valde indulget.

EJ. *therapeutes Neapolitanus* Neapoli 1653. 8. *. Vix huc pertinet; agit tamen in curativa epitome de partus difficultate; calculo & ulceribus, renum & veſicæ, ſuffuſione &c. ſed breviſſimis. In medicamentis fere eſt.

EJ. *ſeilo phlebotome caſtigata, ſ. de venæ ſalvatellæ uſu & abuſu cenſura.* Hanau

Hanau 1654. 4. *. Francfurt 1668. 4. *. Potius anatomici & clinici eſt argumenti.

Ej. *vipera pythia* Patav. 1651. 4. *. de morſu viperæ, de inſtrumenti lædentis fabrica, de curatione.

Ej. *Antiperipatias de reſpiratione piſcium diatriba* Neapoli 1659. fol. *. Ob libellum de radio (ſ. aculeo) turturis marini.

Ej. *ſynopſeos chirurgiæ libri* VI. Amſterdam 1664. 12. *. Fraus bibliopolæ: meri ſunt morborum tituli, neque labor eſt SEVERINI.

In *Ep.* 68. *Cent.* I. BARTHOLINI quærit de via, qua ſanguis, etiam alii humores, ex pectore in os regurgitant.

## §. CCXXXVII. VARII.

J. PHARAMOND RHUMEL *Kriegsarzney &c.* Nurnberg 1632. 16. BB. Formulæ pro militibus, quibus & chirurgica medicamenta, & proprie clinica continentur. Multa ſuperſtitioſa. Opuſculum hominis de PARACELSI ſecta.

Ej. *opuſcula chymico magico medica de curatione herniarum* Ulm 1653. 12.

VOPISCI FORTUNATI PLEMPII *ophthalmographia, ſ. tr. de oculi fabrica, uſu, &c.* Amſterd. 1632. 4. * .... Lovan 1648. fol. 1659 fol. *. Morbos etiam oculorum habet, eorumque curationem, ſed vix quidquam proprii.

In l. *van de ſpieren* contra lacerationem freni linguæ dicit, & periculo plenam eſſe, & abſque neceſſitate.

ANTON. VARUS *de nephritide* Jen. 1632. 4. RIV.

## §. CCXXXVIII. VARII.

NICOLAI FONTANI (FONTEYN) medici & inciſoris Amſtelodamenſis, *tractatus de extractione fetus mortui per uncum* Amſterdam 1633. 12. cum aphoriſmis HIPPOCRATIS.

EJUS *obſervationum rariorum analecta* Amſterdam 1641. 4. * Pars non exigua huc facit, qui caſus memorabiles ſint chirurgici argumenti. Ita de laryngotomia, quam ſocio ZAEVIO felici eventu molitus eſt. Exemta cerebri particula vulnus feliciter ſanatum. Uterus prolapſus, & ſphacelo corruptus, exciſus, felici eventu. Hydrocele educta aqua ſanata; ſic ſarcocele exciſa & varicocele. Alia.

Ej. *reſponſionum & curationum medicinalium* l. I. Amſterdam 1639. 12. * Epiſtolæ varii argumenti. De ſcirrho in lacuna palati circa uvulam ſuborto, funeſto eventu. In homine a ſtrumis in collo ſubortis ſtrangulato, ſimiles repertæ in toto paſſim abdomine & circa pulmones ſtrumæ. Calculi terebinthinæ uſu ejecti. De carie genu fœtidiſſimus flatus erupit,

In *epitome* VESALII ad HORSTII cogitationem de calculo per injectos liquores diſſolvendo, reſpondet, nimis acria requiri, quæ calculos ſolvant, neque ea a veſica tolerari.

Apud SENGUERDUM in oſteologia narratur, exemplum evidentiſſimæ calamitatis calvæque & in loco vulneris fractæ & in oppoſito.

FRANCISCI FIGUEREO, medici Hiſpalenſis, libellus, *Aciam de qua* CELSUS *loquitur filum ſemper, & acum nunquam ſignificare, infibulationem & ſuturam utraque ex acia molli non nimis torta ſed molli filo non nimis torto ſericeo lineo, vel ex alia materie molli, non autem æreo, ferreo, argenteo, aureo, ſecundum ejuſdem* CELSI *mentem ſemper fieri debere* Hiſpali 1633. 4. CAP. de VILA. CHIFLETUS & NUNNEZ filum faciunt metallicum.

DUPONT *remede contre le mal des dents* 1633. 8. Dentem naturalem evulſum & ex templo repoſitum comprehendere PORTAL.

J. ZEIDLER *de carbunculo* Lipſiæ 1633. 4.

## §. CCXXXIX. JOSEPH COVILLARD.

Chirurgi in Montelimar *le chirurgien operateur, ou traité methodique des principales operations de chirurgie* Lion 1640. 8. *, quæ ſecunda eſt editio, cum prima ſit anni 1633, etſi nunc teſtem, quem proferam, non habeo. Compendium eſt, in quo vix quidquam eſt proprii. Vidit tamen circulatorem cauſtico medicamento eſcharam inuſſiſſe, ſeparaſſe ab hernia vaſa ſpermatica, reliquum filo leviter ligaſſe, feliciter.

Majoris momenti ſunt ejus *obſervations chirurgiques pleines de remarques curieuſes* Lion 1639. 8. *. Calculum ex ulceroſa veſica excidit, ægrum ſervavit, quem alii contenderant carunculis laborare, non calculo. Calculum alium ex cyſtide non abſque difficultate excidit, alios membrana obductos & inmobiles. Calculus unciarum ſex cum ſemiſſe, quem rupit, ut eximeret. Calculus mollis, quem excidit. Alius plumbea glande fetus. Alium excidit contuſo (*mouché*) inter forcipis brachia tumore ſcirrhoſo. Puer bimulus magnó apparatu ſectus, cum parvus non reſponderet. Calculus eductus, qui intra propriam cyſtidem latuerat. Cereo ſe omnes carunculas ad ſuppurationem cogere. Herniarum inciſiones variæ, etiam cum gangræna. Qui per ſcrotum fæces reddebat, cum inteſtinum in volvulo ruptum eſſet. A cauterio in vertice admoto cranii caries. Vulnera ſclopetaria gravia, inter ea glans in orbita latens, illæſo oculo, & oculus conſervatus, quem ſtlopi ictus de orbita ſeparaverat. Vulnus ignivomi tubi thoracem perterebrans. Paracenteſis in ſuppurato. Vulnus fiſtuloſum ventriculi ex ſtlopeti ictu. Vulnus in lumbis, a quo crura ſtupida, tamen reconciliatum: non ſatis tamen cauſas tantæ felicitatis aperit, modumque, quo mortis minas ſuperaverit.

## §. CCXL. Varii.

Johannis Agricolæ *Inſtitutiones chirurgiæ* Francfurt 1634. 12. *oder neue Feldſchererkunſt* Francfurt 1634. 12. 1638. 12. Heister. Lipſ. 1659. 12. Boehmer. Dresden 1606. 12. Heister. Francf. 1742. 8.

Ej. *Chirurgia parva, oder Wundarzney* Nürnberg 1643. 8. *. 1646. 8. Non minimum compendium hominis alchemiſtæ, pene totum in formulis & remediis; habet etiam unguentum armarium & ſuperſtitioſam curationem *Sodæ*. Neque trepani uſum admittit, neque glandem plumbeam vult excidi.

J. Tilemann *rariorum medicinalium affectuum l. de affectu complicato, ab ictero maxime diuturno accretione inteſtinorum & decidentia oſſis xiphoidis* Noriberg 1634. 4. *.

Ej. *De natura & curatione doloris nephritici* Marburg 1644. 4. *.

Antonii Perez, chirurgi Luſitani, *ſuma y examen de cirurgia* Valent. 1634. 8. Cap. de Vil.

Joh. Gallego della Serna, Malacenſis, archiater, in operibus *phyſico medico ethicis* agit etiam de modo pariendi, de obſtetricum officio, de calculi curatione &c. Lion 1634. fol. Bruxell. 1640. 4.

J. Pietre & Leo le Tourneur *Ergo qui e trucidati vulnere antea ſicco manat ſanguis, prodeunte etiam ſicario ſola effluit putredine* Pariſ. 1634.

Hoc anno facultas Pariſina primum Profeſſorem Chirurgiæ conſtituit.

## §. CCXLI. Varii.

Georgii Lothi *kurze Relation von einem abgeſchluckten und ausgezogenen Meſſer* Danzig 1635. 4. Martin.

Rotger Hemsing, Medicus R. Poloniæ, *etlicher ungeräumten Dinge ſo in* G. Lothi *Meſſertractat geſtanden verbeſſerte relation von dem* 19. May 1635. *verſchluckten, und den* 9. Julii *zu Königsberg herausgeſchnittenen Meſſer* Elbing. 1635. 4. *. Figura devorati non exigui cultri, quem Daniel Schwabe lithotomus felici eventu excidit, ventriculo acu trajecto, elevato, forfice aperto. Magnetem tuſum neque poros retinere, neque vim ſalutarem.

Alexander Read's *chirurgical lectures on tumors and ulcers* London 1635. 4.

Ej. *Phyſical works:* continentur in ea collectione, *chir. lectures on tumors and ulcers; a treatiſe of the firſt parts of ſurgery, and* alii. ib. 1650. 4. 2. vol. Bodl. 1659. 4. Boehm.

Ej. *Surgery* London 1635, fol.

Ej. *Chirurgical lectures on woundes* Lond. 1638. 4. Bodl.

Ej. *Chirurgicorum errores* Leidæ 1687. 8. Heist.

David Laigneau, *de la ſaignée* Paris 1635. 8. Rast.

J. Freytag *obſervationum medico chirurgicarum ad methodum chymicam inſtitutarum vol. I.* Quedlinburg 1635. 4.

Fabian Violet, medici, *la parfaite & entiere connoiſſance de toutes les parties du corps humain cauſées par obſtruction* Paris 1635. 8. Si huc facit.

Nicolas Pietre *Ergo ad extrahendum calculum incidenda ad pubem veſica* Pariſ. 1635. 4. recuſa a Douglassio in *lithotomia* ſua 1723. 4.

## §. CCXLII. Guilielmus Ballonius.

Le Baillou, medicus Pariſinus, innutritus lectione veterum & potiſſimum Hippocratis, qui præterea & ingenio valuit & judicio. In ejus viri *conſiliis*, a Jacobo Thevart editis, paucula, & quaſi obiter huc faciunt. In libro I. Pariſ. 1635. 4. *. vulnus punctorium capitis recenſetur, in quo non ſine refragante parte medentium terebra adhibita, cum nudata dura membrana ſaliret, compertum eſt, nullam in calvaria diploen fuiſſe. In calculo renum hic & alibi farrago medicamentorum recenſetur. Ulcus, ut autumat Auctor, ab elapſa in inguen apophyſi verniculari natum.

L. II. 1636. 4. *. Vulnus in manu reciſis tendinibus decimo die per convulſiones lethale. Cum vulnus pectoris peſſimo conſilio chirurgorum clauſum fuiſſet, a ſanguine in cavum pectus effuſo mors ſupervenit non exſpectata. Alia.

L. III. Pariſ. 1649. 4. *. Extenuatio cruris a vulnere globi miſſilis, ex æneo, ut puto, tormento expulſi; catapultam noſter latine vocat. Reliqua pluſcula fere medicamentaria.

Ej. *Paradigmata, ſ. morborum rariorum hiſtoriæ propriæ & aliorum.* Iterum mors ex ſanguine poſt vulnus in pectus effuſo, cum exterior aditus clauſus fuiſſet. Duo exempla, in quorum altero colon inteſtinum, in altero ventriculus in thoracis cavum penetravit. Anevryſma arteriæ magnæ, qua in iliaca vaſa diſcedit. Lien putridus ſanguinem funeſto eventu effudit. Hernioſo, cum bubo venereus inciſus & cicatrix ſubnata eſſet, is caſus fuit pro remedio. Inteſtinum craſſo annulo conſtrictum, qui progreſſum fæcum expediret. Lapis inteſtinalis. A pilo evulſo cancer. Humor aqueus oculi reparatus. Pus fætidum in veſica abſque ulcere. Scirrhus calculum æmulans. Ab ictu ligamenta uteri rupta, improbabile malum. Frigida pituita ſigna imitata calculi. Perforata canula educta pituita. Ex vulnere tibiæ impotentia.

In libro *de convulſionibus* Paris 1640. *. multa ſunt argumenti chirurgici. Metaſtaſis purulenta a gena in genu. Vulnus orbitæ funeſtum, indeque paralyſis artuum lateris alterni. Quærit, cur in vulneribus cerebri adeo frequens ſit abſceſſus hepatis.

In l. *de mulierum & virginum morbis* Paris 1643. *. vix quidquam huc facit, præter caput de uteri prolapſu.

Inter *opuſcula medica* Paris 1643. 4. *. eſt libellus de calculo, totus theoreticus; tunc de dolore dentium & nervorum.

## §. CCXLIII. VARII.

DANIEL BECKHER, Profeſſoris Regiomontini, *de cultrivoro Pruſſiaco obſervatio & curatio ſingularis, de ea depoſitionum variis rariorum obſervationum hiſtoriis refertarum illuſtrata* Regiomonti 1636. 4. BOEHMER. Leid. 1638. 8. BUR. 1670. 8. *. Germanice Regiomont. 1643. 4. *. Eadem hiſtoria, de qua LOTHUS & HEMSINGIUS egerunt, ſed addidit noſter parallela exempla gravium vulnerum ventriculi aliarumque partium corporis, quæ felicem ſortita ſunt eventum, inter ea ulceris fiſtuloſi ventriculi ſanati. Superſtitioſus in tuſo magnete putat vim eſſe, quæ ferrum extrahat, & jaſpidem hæmorrhagiam comprimere.

Inter *quæſtiones* XV. agitur de turundarum in gravibus vulneribus uſu. Quotidianam deligationem contra MAGATUM defendit, magicas hiſtoriolas adfert.

Editio Germanica plenior eſt, cum priores decem tantum hiſtorias contineant.

EJUSD. *de unguento armario* l. in *theatro ſympathetico* Nurnberg 1662. 4. *. Pro hujus unguenti vi ſympathetica, quæ ſit ab uſnea.

FRANCISCI THEVENIN, chirurgi Pariſini, incerta ſunt tempora. Dudum a morte prodierunt *œuvres, contenant un traité des tumeurs & un dictionaire des mots Grecs ſervant à la medicine* Paris 1658. 4. 1669. 4. *. Edidit GUILIELMUS PARTHON chirurgus ocularius. Collectanea ex veteribus; ex iisdem ſumtæ adminiſtrationes, etiam eæ, quas dudum negligimus, ut nimiæ mammæ virilis abſectio. Nihil video addidiſſe ſectioni calculi. Partum Cæſareum commendat. Ignis uſum in deſuetudinem abiiſſe. Ut vinculum ad arteriam ligandam adhibeatur. In nimis debilibus urethra inciſa calculum rumpit, & vulnus apertum tenet.

In l. *des tumeurs* aliqua laudes. Apparatum minorem carpit.

G. VAUSSARD *l'operateur des pauvres* 1636. PORTAL.

FRANCISCI SANCHEZ, Profeſſoris Toloſani, *opera medica* Toloſæ 1636. 4.* Huc referas librum de venenatis; de phlebotomia.

VALERII MARTINI *opuſcula de veſicantibus, ſinapiſmis, cucurbitulis, ligaturis, dolorificis frictionibus* Venet. 1636. 4. LIND.

GABRIEL BERTRAND Chirurgi Pariſini *Queſtion chirurgicale tirée des ſentimens* d'HIPPOCRATE, *ſavoir, ſi dans la curation des fractures on doit aprez les trois bandes apliquer pluſtot les compreſſes longitudinales pour refermer, que les transverſales pour remplir les inegalités du membre rompu* Paris 1636. 12. BUR.

EJ.

Ej. les *verités anatomiques & chirurgiques* Paris 1639. 12. Pus reſorberi de pectore per venam ſine pari, venire in vaſa renalia inque urinam.

J. Michaeis P. Lipſ. chemicus. Ejus diſp. huc facit *de gangræna & ſphacelo* Lipſ. 1636. 4.

Ej. *opera medico chirurgica* prodierunt Nurnberg 1655. 4. 1688. 4. Riv.

Melchior Polis *de venæ ſalvatellæ ſectione* Francf. Viadr. 1636. 4. Boehmer.

J. Placcii *diſp. de tartaro renum* Roſtoch 1636. 4. *.

Petri Yvelin & Cl. Guerin *Non ergo nephriticis a calculo lithontriptica.* Paris 1636.

Zachar. Brendel *de venæ ſectione* Jen. 1636. 4. Riv.

## §. CCXLIV. Varii.

Theophili Raynaud S. J. *de ortu infantum contra naturam per ſectionem Cæſaream tractatus* Lion 1637. 8. Bur.

Joh. Maclæus *de calculo renum* Argentor. 1637. 4. *.

Henrici Fausti *de calculo renum* Marpurg 1637. 4. *.

J. Gerlach *de calculo renum* Altdorf 1637. 4.

Bartholom. Schobinger λιθολογια medica Baſil. 1637. 4. *.

J. Chartier & Florimundi Langlois *E. ſimpliciter fractorum & luxatorum oſſium curatio ſola ſyntheſis* Paris 1637.

## §. CCVLV. Johannes van Bevervyk.

Illuſtris medicus & conſul Dordracenus, Sanctorii & ſcholæ Italicæ diſcipulus, vir literatus, qui multis cum eruditis viris literarum commercia aluit.

Ej. *l. idea medicinæ veterum* Leid. 1637. 8. *. Compendium eſt ſatis nitidum, eorum quæ de medicina veteres protulerunt: inter ea, dum de morbis a capite ad calcem agit, etiam de chirurgicis morbis, de calculo, partu difficili, hernia &c.

Inde litem aluit cum Salmasio de arenulis, quæ de veſica prodeunt, quas calculum portendere Salmasius defenderat, negabat Beverwikius: tota tamen lis potius auctoritatibus veterum locisque Hippocraticis agitabatur, quam rerum ipſarum eventis. Casauboni veſica in cellulas producta: ei proſtata urethram compreſſerat.

Primum de ea re ſcripſit Johannes, *de calculo renum & veſicæ eum epiſtolis & conſultationibus magnorum virorum* Leid. 1638. 12. Heist. Cumque repoſuiſſet *de calculo* librum Salmasius, quem dicemus, ſecundo ſcripſit noſter, *Exercitatio-*

*Exercitationem in* HIPPOCRATIS *aphoriſmum de calculo* Leid. 1641. 12. *. Priorem libellum latine non vidi, ſed Belgice prodiit J. v. BEVERWYK's *Steinſtuck* Dordrecht 1649. 12. *. non inutile opuſculum. Calculi totam hiſtoriam habet, generationem, ſymptomata, curationem. Contra ſcholas, non gigni ex muco conpacto, etſi HARVEIUS exemplum narrat virginis, cujus in veſica mucum in pilas vidit indureſcere. Pleroſque lapides in renibus gigni, ex arena craſſa, quæ ſit pro nucleo. Colore renalem calculum a veſicali non diſtingui. Replere pelvim & figuram ejus ramorum exprimere. Poſſe fieri, ut lapillus neque digito detegatur, neque cathetere. Varii calculi veſicæ caſus. Arenulas neque calculum indicare, ſed neque frequenter cum eo malo conjungi. Mors per lethargum ex lotii itinere ſuppreſſo, & in alio exemplo iſchuria calculoſa medicamentis ſuperata. De lithontripticis hiſtoriolæ. BENEDICTI SYLVATICI ep. de homine, cui & in veſica calculus a morte eſt repertus, & in rene, cum tamen nullum a neutro calculo ſymptoma unquam paſſus eſſet. CLAUDII SALMASII pluſculæ epiſtolæ. GUIDO PATINUS exemplum renis gangrænoſi recenſet. GERARDUS ACASSIUS a calculi malis ſæpe nullum ſignum ſe offerre. LUDOVICUS NONNIUS, EWALDUS SCHREVELIUS Leidenſis Profeſſor, NICOLAUS TULPIUS exempla calculorum renalium iſchuria excitata lethalium. GUILIELMUS HARVEI, JACOBUS BACK, VOPISCUS F. PLEMPIUS, F. MARINUS MERSENNUS, LAZARUS MEYSSONIER, CORNELIUS v. SOMMEREN, cujus epiſtola melioris eſt notæ. Inciſiones aliquas cadaverum recenſet, & calculi reni accurate inpacti exemplum. Adjecta eſt duplex hiſtoria veſicæ duplicis CASAUBONI, quarum altera eſt RAPHAELIS THORII. Hæ epiſtolæ redeunt Belgice in ſecunda parte ſui *ſteenſtuk*.

Non poteſt ſeparari CLAUDII SALMASII, celebris literatoris, *interpretatio* HIPPOCRATICI *aphoriſmi* 79. *ſectionis IV. de calculo. Acceſſerunt Epiſtolæ duæ* J. BEVEROVICII, quibus *reſpondetur* Leid. 1640. 8. * Ex Arabibus & Græcis erudite vincit, utique arenulas indicia eſſe præſentis calculi, quæ cum lotio prodeunt, eamque eſſe HIPPOCRATIS ſententiam. Renalis calculi, qui abſque dolore diu geſtatus fuerit, exemplum.

EJ. BEVERVICII *epiſtolicæ quæſtiones cum doctorum reſponſis* Roterdam 1644. 8. LIND. Aliqua huc faciunt; SALMASII de ramice epiſtola, qui omnino hernia ſit. LUDOVICI de NASSAU formula vulnerum pulvere ſympathetico curandorum. Calculi plurimi ex virgine ejecti, ren dexter putridus, plenus calculis, &c.

EJ. *Derde deel des ſchats der ongezondheit of heelkonſt* Dordrecht 1651. 8. Amſterdam 1672. 4. en *vervolg derſelfe* ib. BOEHMER. Germanice Francfurt 1672. 8. 1674. fol. *. lego & 1671. 8. 1672. 8. Magna pars chirurgici eſt argumenti. Ipſe tamen paſſim ad ſuas curationes provocat, etſi fere intra rem medicamentariam ſe continet. Enormis a nævo tumor reſectus. Epulis cancroſa feliciter amputata. Mors per paracenteſin dilata.

In parte II. practica morbi etiam chirurgici aliqui intercedunt.

Apud BARTHOLINUM Cent. I. ep. 93. a levi vulnere convulſio lateris oppoſiti.

§. CCXLVI. VARII.

PETRI NUNNEZ, Complutenſis, *libro del parto humano, en el qual ſe contiene remedios muy utiles y novales para el parto deficultuoſo de las muyeres, y las enfermidades de los ninnos* Saragoſſa 1638. 8. CAP. de VIL.

LUD. van HOERNIGK *Politia medica Beſchreibung deſſen was Medici und Wundärzte, Barbier, Feldſcherer, Oculiſten, Bruch und Steinſchneider zu thun und wie ſie in acht zu nehmen* Francf. 1638. 4.

JEAN GERMAIN *de la chirurgie* Paris 1638. RAST.

PAULI MARQUART SLEGEL *de calculo renum & veſicæ* Jen. 1638. 4. *.

EJ. *De chirurgia apud Germanos minus exercita* Jena 1639. 4. *.

EJ. *De hydrophobia ſ. rabie contagioſa* Jen. 1640. 4. MOELLER.

EJ. *De hæmorrhagia in genere* Jen. 1640. 4. HEFT.

EJUS *De ſaluberrimo venarum in corpore humano ſecandarum delectu.* Jena 1641. 4. *.

CAR. BOUVART & AKAKIA *an ſolo medico digna chirurgia* Pariſ. 1638. HEFT.

JAC. FABRICIUS *de calculo renum* Roſtoch. 1638. 4.

§. CCXLVII. JOHANNES RHODIUS.

Literator Danus, ſed qui literarum amore percitus fere Patavii vixit. EJ. *de Acia diſſertatio ad* Cornelii CELSI *mentem, qua ſimul univerſa fibulæ ratio explicatur*, prodiit primo Patavii 1639. 4. deinde a TH. BARTHOLINO ex ipſis auctoris autographis auctior & emendatior Hafniæ 1672. 4. *. denique cum titulo *Antiquitates Philoſophicæ medicæ & chirurgicæ a* CORN. CELSO & RHODIO *erutæ* Lundini in Scania 1691. 4. HEISTER, quam editionem non ad manus habeo. Res ipſa tenuis eſt: de acia quæritur, cujus breviſſimam mentionem CELSUS facit. RHODII ſententia eſt, aciam filum eſſe tortum, fibulam autem ſuturam, qualis vulgo filo fit, ſed repetitam, quam Galli vocant *entrecoupée*. Aciam non eſſe hami genus, quod veteres chirurgi in vulnere reliquerint, cujus auxilii nimia foret crudelitas. Hæc ut perſuadeat, pro ſua, quæ in eo plurima fuit, eruditione, omnes chirurgorum paulo celebriorum opiniones congerit. GUIDONEM metallicorum hamorum auctorem eſſe, quem refutat, qui perinde ut CHIFLETUS, aciam metallicum quid eſſe docuerit.

Vitam

Vitam Celsi diximus, quæ in l. *de acia* prodiit, tum de Celsi, quam noſter moliebatur, editione.

In Rhodii *obſervationum medicinalium centuriis* III. Patavii 1657. 8. *. & Francfurt 1676. 8. *. excuſis morborum a capite ad calcem recenſio continetur; de vulneribus etiam & tumoribus aliqua. Vulnus per orbitam lethale. Plazzonum oſtendiſſe, corneam inter & uveam tunicam lamellam quaſi corneam, veram cataractam. Eumdem puerum curaſſe, cui per corneæ tunicæ vulnus aqueus humor effluxiſſet: eum feliciter eſſe reſtitutum. Aldrighettum cucurbitula oculo admota oculum prolapſum reſtituiſſe, quam curationem in Turcia didiciſſet. Veslingium arterias ſecundum aures diſſectas feliciter reſtituiſſe. Cuſpis ſtyli ferrei capiti impacta per dentis alveolum exiit. Steatoma colli cancroſum funeſtam ſanguinis jacturam fecit. (Quæ dum lego memini patriciæ matronæ, cui ulcus glandulæ parotidis arteriam carotidem exederat, ut ipſe cominus vidi). Thorax a ſiniſtris ad dextra transverberatus, nihil inde mali natum. Plazzoni ægro in vulnere thoracis ſanguinem per urinam deceſſiſſe. Mortes a deglutitione, ſublata per carunculam ſubnatam, per ſcirrhum, per gulam ita arctatam, ut ne in cadavere quidem aquam transmitteret. Lapides inteſtinales, abdominales, & fellei. Ab herniotomo inciſum inteſtinum tenue per inguen porro patuit, J. Prævotio teſte, fæceſque reddidit. Paulum Servitam (Fra Paolo) anulum ferreum excogitaſſe, qui hæmorrhoides prolapſas & repoſitas retineret, ne iternm elaberentur. Petrus de Marchettis aquas hydropicas feliciter emiſit, tribus ab umbilico digitis, lævam verſus. Mors ex malleolis inciſis, ex quibus tantum aquæ fluxit, ut vires ſubito exhaurirentur. Alias tamen ex abdomine uno impetu emiſſæ abſque malo aquæ. Ad renum calculos, nephritidem, veſicæ lapides. Hydrocele curata, igne ad radicem proceſſus ſpermatici admoto. A. Spigelius in tumore cyſtico ceræ quid ſimile & inflammabile vidit. Os coccygis a partu luxatum idem reſtituit. A veſicatorio in febre maligna gangræna. Aliquot exempla a viperis & a ſcorpio demorſorum, nullo funeſto eventu. Os humeri a pertranſeunte neque tangente pila grandiori fractum. Pleræque adnotationes perbreves ſunt.

Ad Septalium *analecta & notæ* Patav. conf. p. 294.

## §. CCXLVIII. Varii.

Woodal *the chirurgians mate or military and domeſtic ſurgeron* Lond. 1639. fol. Laudat Macbride. Clyſterem invenit, per quem in anum fumus tabaci adigitur.

Erich Mohyi, Eburonis, *pulvis ſympatheticus, quo vulnera ſanantur abſque medicamenti adplicatione* 1639. Ita Helmontius. Recuſus eſt cum utroque *theatro ſympathetico* Noriberg 1662. 4. * & 1666. 12. Brevis libellus. Veram curationem ab eo pulvere ſperari; neque ſuperſtitionem in ejus uſu eſſe.

JAC. MANTEL. & CL. PERRAULT *Ergo diuturno capitis artuumve tumori ab obſtructione cauteria* Paria 1639.

*Tractatum* . . . FRAGOSO SECUNDO Panormi 1639. fol. * cum primi FRAGOSI opere edidit chirurgus CASSALE. Ad contuſa non requiri medicamenta ſiccantia. Male negari contrafiſſuram. Ligato & abſecto digito, quem vipera percuſſerat, ſanatus ruſticus. Male pleraque inſtrumenta proſcribi. Hiſpali vulnera capitis fere funeſta eſſe. In Tr. II. vulnera lethalia abſolute, per ſe, & per accidens. De fulguratis, ſubmerſis, ſtrangulatis. In Tr. III. Aphoriſmi HIPPOCRATIS chirurgici cum brevi expoſitione.

SIMON PAULI Profeſſor Hafnienſis. EJ. *diſſ. de dolore dentium* HAFN. 1639. 4. PLATN.

EJ. *de periculoſiſſimo difficillimo anatomico & chirurgico caſu* Francf. 1660. 8. idem ut puto, qui prodiit ad finem παρεκβασεως *de cauſa febrium malignarum*; *vulnus nempe grave abdominis diaphragmatis & ventriculi, ſolutum abſceſſu in femore ſubnato & aperto.* Acceſſit Reſponſoria RIOLANI. Magna ſymptomata ex vulnere acu per jocum inflicto. A levi contuſione funeſta gangræna, quam epiphyſis humeri paſſa erat, fruſtra facta amputatione.

EJ. *de medicorum, pharmacopæorum & chirurgorum officiis* Hafn. 1665. 4. & cum quadripartito botanico Argentor. 1667. 4. 1708. 4.

EJ. *anatomiſches mediciniſches Bedenken über ein königliches Reitpferd* Hafn. 1672. 4. 1674. 4. Calculus in equi inteſtino funeſtus. De tetano & ſpaſmo equis ex amputatione ſupervenientibus. De nimiæ ligaturæ noxis.

In *quadripartito botanico*, vulneris veſicæ ſanati hiſtoriam habet.

FRANC. KIST *de exculceratione renum* Lipſ. 1689. 4.

## §. CCXLIX. VARII.

In THOMÆ REINESII *variarum Lectionum* L. III. prioribus Altenburg 1640. 4. * doctiſſimo opere, paſſim aliqua chirurgica tanguntur, quæ potiſſimum ad vocum obſcuriorum ſenſum percipiendum ſpectant. Scrotum gangrænoſum ſanavit. Hydrophobia a morſu canis rabidi ſero erumpens.

EJ. *ſchola J. C. medica* Lipſ. 1649. 8. eſt novus titulus fraude typographi præmiſſus FORTUNATO FIDELIS operi.

PETRI TERRER MORENO *flor de anatomia, dislocationes y fracturas del cuerpo humano* Madrit 1640. 8. N. ANT.

*Handboek der chirurgie door* GYSBERT COETS Arnhem. 1640. 8. ANTONII la CMALMETTE opus Belgice verſum.

THEODORI MAYERNE TURQUET opera non longius removeo. In ejus *praxi*, multis a morte viri annis London 1690. Aug. Vind. 1692. 8. * edita, cum morbi omnes a capite ad calcem recenſeantur, etiam intercedunt chirurgici argumenti aliqua

aliqua. Eſt in viro aliquid empirici, ſed de meliori tamen nota. Qui calculum ſugendo de veſica eduxerit. In ſcrophulis vulnuſculo inflicto, inſerto grano mercurii ſublimari, felix curatio: cataracta ſponte depoſita. Humor aqueus turbidus emiſſus, ſanus & limpidus reparatus. Alia minus probes. De partu difficili nihil habet valde utile.

In Ej. l. *de nephritide* Genev. 1674. 12. * de perinæi abſceſſu ingenti cum gangræna cerato ſanata. Fiſtula ani curata. Iſchuria a calculoſis renibus. Ad caruncuIas emplaſtrum de ran. cum merc. in cereos fictum.

MICHAEL RAPHAEL SMUTZ *methodus curandi calculum* 1640. 12.

DAVID HEIMBURGER *de calculo* Regiom. 1640. 4.

BALTH. WIDMACHER *de inflammatione* Jen. 1640. 4.

HEINRICH BOETZO *de cancro, morbo illo fœdo & curatu difficili* Lipſ. 1640. 4. MENZ.

JAC. COUSINOT & PETR. BOURDELOT, *Non ergo calculus in rene aut veſica aliquo liquore ſolvi poteſt* Paris 1640.

PETR. YON & TUSS. FONTAINE *Non ergo Arabica uſtio Iſchiatidi conveniens* Paris 1640.

CLAUD. GERMAIN & QUINT. THEVENIN *E. in fracturis capitis quavis anni tempeſtate intra tertium diem oſſi admovenda terebra* Paris 1640.

*Medicaments for the ſtone. M. ſ.* ASHMOLEANA n. 7608. Codex ſcriptus circa a. 1640.

## §. CCL. NICOLAUS TULPIUS.

Medicus, vir illuſtris, quartum urbis Amſtelodamenſis conſul, qui medendis dum ægris adfuit, magnam variorum caſuum ubertatem collegit. Epiſtolam ad BEVEROWYKIUM diximus. Succeſſerunt *Obſervationum medicarum* libri III. Amſterdam 1641. 8. *. 1652. 8. quatuor in libros diviſæ, tum Amſterdam 1672. 8. * Leid. 1739. 8. *, cui editioni vita auctoris acceſſit, cæterum enim poſteriores editt. nihilo pleniores ſunt. Belgice Amſterdam 1650. 8. Magna pars chirurgici eſt argumenti, graveſque caſus continet, & inſignes curationes. Defracta a lapſu calva in cerebrum impreſſa, hujus non modica pars exemta: reſolutio funeſta lateris alterni. Calvaria extus integra intus repetito fiſſa, funeſto eventu, etſi trepanum admotum fuerat. His ſanguis erat in imum caput effuſus, ſervati alii, in quibus terebrato cranio educi potuit. Ab autocheire diſſecta aſpera, ſutura adhibita rupta, ſubventum glutinante ſutura felici eventu. Glomeratus polypus narium. A tumore cum carie oculus de capite expulſus. Vulnus tunicæ corneæ ſanatum, reparatus cum aqueo humore viſus. Prolapſus palati farti ſanatus inciſione. A tumore inter gulam & œſophagum ſubnato ſuppreſſum cibi iter. In erudito viro cephalæa inciſa arteria temporum ſuperata. In furioſo vulnus aſperæ arteriæ ſanatum. Tuberculum cancroſum mammæ feliciter exciſum. Jubet in ſuppuratis inferiorem

partem thoracis perforare. In pectore pus naturæ ductu per umbilicum effluxit. In vulnere pectoris abſorbta turunda & per os rejecta. Emortui & extra pectus efſuſi pulmonis tres unciæ reſectæ, eventu felici. Ab ictu baculi nulla parte extus læſa, lien diſſiliit. Infauſto eventu perforati ventres hydropici, etiam ſubitæ mortes. Calculorum exempla; ureter ab lapillo obturatus. Membranæ veſicæ calculoſa natura obductæ pars egeſta. Ulcus veſicæ terebinthina potiſſimum ſanatum. Veſica a calculo & ulcere inde nato conſumta, ut lotium in abdomen elaberetur. Calculi veſicæ adnati: in cyſtide veſicæ latentes, enormes lapides a feminis redditi. Calculi de urethra ſuctione expediti. Turunda in veſicam demiſſa, calculoſa natura obducta. Fæcibus per os rejectis, tamen repoſita hernia. Hernia gangrænoſa, inteſtinum abdomini adhæſit, vita per ſex annos ſuperſtite. Igne admoto ſolutus dolor iſchiadicus. Paralyſis & mors a vulnere medullæ ſpinalis, Spina dorſi bifida, & alias funeſtus ea ſede hydrops. Magni fungi de utero exciſi. Gangræna ſenilis ex acuta febre ſubnata. Gangrænæ varia exempla; a febre ſubita. Pes ſponte delapſus. Gangræna in homine fatuo ubicunque decumberet. Palati vitia graviſſima ſunt; caries oleo mercurii deſtructa, neque tamen os regeneratum, ut argentea lamina ſupplere neceſſe fuerit. Cancer immanis femoris 17 annis ſolo plumbo ſuſtentatus.

Hæc in prima editione. In reliquarum libro IV; Cancer mammæ famulam infecit. Os humeri minutatim quaſi a cancro interno fractum. Memoria ab ictu in occiput deleta. Anevryſma ex vulnuſculo in arteria manus plumbi preſſione ſanatum. Caput in ſiniſtrum latus obſtipum, inciſo muſculo reſtitutum. Ægrotus ſibi ipſi cultro vulgari enormem calculum excidit. Teſtis inflammatus exciſus. Calculi quaſi diffracti ſponte egeſti. Cancer, & urinæ ex veſica in rectum inteſtinum tranſitus. Machinula ad comprimendum vulnus paracenteſeos, lamina lignea perforata tubulum in abdomine fulciens. A vinculo caput in latus detractum, eo vinculo reſecto reſtitutum.

## §. CCLI. Varii.

Facondini Angelini *methodus pro venæſectione eligenda* Patav. 1641. 4.

Petrus Gassendus in *vita* Peiresci Paris 1641. 4. & alias edita, etiam de chirurgicis aliqua habet, ut de pruno, quæ radices in corpus paſtoris egit, quam hiſtoriolam nolles pro vera narrari. Peiresci, calculoſi, inciſum cadaver deſcribitur. In urethra calloſa caruncula erat, unde ſtranguria.

In *ſyntagmatis philoſophici* Gassendi parte, quæ pertinet ad ſenſus, novam de cataracta opinionem a celeberrimo, ut ſcribit, chirurgo Pariſino propoſitam adoptat. Sedem nempe in lente cryſtallina habere, neque ea lente educta viſum perire. Putant eſſe a chirurgo Lasnier.

Athanasius Kircher S. J. Ejus *magnes, ſ. de arte magnetica opus tripartitum* Rom. 1641. Colon. 1643. 4.* In L. III. agit de magnete in medicina.

Hic

Hic caput eſt de hoplochriſmate, in *Theatro ſympathetico* recuſum, ubi pro diaboli opere habet: interponit hiſtoriam utriuſque cultrivori. Tunc de medicamentis epiſpaſticis, deque tarantula, hic fuſe de omnibus cantilenis.

In Ej. *Regno naturæ magnetico*, *ſ. de triplici naturæ magnete* Rom 1662. 4. B. B. Amſterdam 1667, 12. *. prædicantur laudes lapidis ſerpentis adverſus morſum periculoſiſſimi animalis, tum ad venenum ſcorpii, aliorumque animalium venenatorum. Contra has jactationes REDI experimenta facta ſunt.

DIDACUS PEREZ BUSTOS PHILIPPI IV. phlebotomus, *tratado breve de flebotomia* Madrit 1641. 8. 1647. 8. C. de V.

## §. CCLII. VARII.

PETRI SERVII *de unguento armario*, *ſive de naturæ artiſque miraculis* Rom 1643. 8. *. apud alios lego 1642. Germanice 1672. 8. Liber plenus fabulis, variiſque miraculis, quæ magno numero congerit, ut fabuloſo unguento fidem faciat.

GUERNER ROLFINK, Jenenſis Profeſſor, vir laborioſus, ex ſchola Italica etiam chirurgiæ amorem retulit, quam, & potiſſimum etiam obſtetriciam, ipſe exercuit. Tres molas inſtrumentis ferreis extraxit (*a*). Veram naturam cataractæ adgnovit (*b*). Herniam incarceratam manu ſua curavit (*c*). Armamentarium chirurgicum inſtructiſſimum poſſidebat, felix omnino in chirurgicis adminiſtrationibus & peritus. Ejus numeroſæ ſunt diſputationes chirurgicæ.

*De ichore ulcerum ſeroſo* Jen. 1642. 4. *.

*De renum & veſicæ calculo* Jen. 1644. 4. *.

*De vulneribus* Jen. 1653. 4. *.

EJ. & CAUCKES in diſſ. *de variolis* 1658, hirudinem irrepſiſſe per nares & hæmorrhagiam feciſſe, cum ad fauces perveniſſet.

*De genuina calculorum in humano corpore, præcipue renibus & veſica generatione, ſignis & remediis* Jen. 1663. 4. *.

*De cataracta* Jen. 1664. 4.

*De enterocele* Jen. 1664. 4. *. De caſtratione.

*De partu difficili* Jen. 1664. 4. MENZ.

*De lapide bezoar* Jen. 1665. 4. *.

*De partu difficili* Jen. 1666. 4. *.

*De ſcrophulis & ſtrumis* Jen. 1667. 4. *. Spongias habet.

De

(a) MOEBIUS de mola uteri.
(b) A D. CARRE' habuiſſe, GENDRON *maladies des yeux* II.
(c) *Diſſ. anat.* p. 182.

*De curatione hydropis, potiſſimum de paracenteſi* Jen. 1668. 4. HEFT.

*De odontalgia, ſ. dolore dentium* Jen. 1669. 4.

*Chirurgia*, quam perfectam teſte G. C. SCHELHAMMERO reliquit (*d*), nunquam prodiit.

In *Anatomicis diſſ.* aliqua huc faciunt. Frequentem eſſe ſpinam ventoſam (fere ex SEVERINO): ſalivatione ſe uti, ſæpeque hunc morbum ſanaſſe. Ancyloſin vertebrarum vidit. Partum Cæſareum molitus eſt, eventu minus felici. Temporalis muſculus abſque noxa inciſus. Anevryſma pro abſceſſu apertum eventu funeſto. Habet iterum ſedem cataractæ in lente cryſtallina.

A. de CORBYE *les fleurs de Chirurgie* Toulouze 1642. 8. Paris 1660. 8. HEIST. Collectitium opus eſſe PORTAL.

SAMUELIS CHABIBI ſ. *Dilecti* Luſitanici *ocyrrhoe ſ. de venæ ſectione tractatus* Venet. 1642. 4.

JACOBI BONTII, qui Bataviæ Javanæ medicinam fecit, *de medicina Indorum* libri IV. Leid. 1642. 12. LIND. Paris 1646. 4. & cum G. PISONE, Amſterdam 1658. fol. *. In libro III, de medendi methodo, in empyemate ſuadet cauterio potentiali pectus aperire, ut pus emittatur: exemplum etiam felicis curationis addidit. Morbus Amboinenſis, in quo paſſim tophi & ulcera efflorescunt; idem, ut videtur, cum morbo, qui *Taws* inſularum Antillarum. A magna colliſione totum os, quod ſutura lamdoidea circumſcribitur, exemtum fuiſſe felici eventu. Sutura a chirurgo pro fiſſura habita, quem errorem BONTIUS detexit. De calculo humano; lamellatum eſſe perinde ut Bezoar, vireſque medicas exerere ſimiles.

STEPHAN SCULTETUS *de fractura cranii* Leid. 1642. 4. *.

## §. CCLIII. VARII.

L. C. D. G. *traité de la guériſon des écrouelles par l'attouchement des ſeptenaires* Aix 1643. 8. d'ETR.

J. HENRICI MEIBOM, HIPPOCRATIS *jusjurandum* ſ. ὅρκος *commentario illuſtratum* Leid. 1643. 4. *. De originibus chirurgiæ divinis & humanis; quod iidem olim medici fuerint, qui chirurgi; quod medicis inſtrumentorum tota ſupellectilis tribuatur; etiam medicos ſua manu curaſſe. De calculorum varietate. Cur HIPPOCRATES noluerit medicum calculoſos curare. Ob rei difficultatem. Duas virgunculas atretas ſanavit inciſione.

HERMANNI van der HEYDE, medici, *diſcours & avis ſur les flux de ventre douloureux* Gand. 1643. 4. *. Aquæ frigidæ laudes. Frigida pedes congelatos conſer-

(d) Ad CONRING *introduct.* p. 404.
(e) SCHELHAMMER ibid.

conſervat. Tendines & ligamenta non ſentire. Calculi arenoſi verum remedium aquæ Spadanæ.

Ej. *Synopſis diſcurſuum* M. H. v. der HEYDE Gallice editorum Gandavi 1649. 8. * Idem *phyſical diſcourſe of the wonderfull virtues of cold water* Lond. 1720. 8. Italice *dell' incredibile virtu dell' acqua fredda ſi data per bocca come applicata dal fuori &c. alle ferite*, cura SANCASSANI recuſ. Vulnera recentia frigido fomento & inmerſione ſanat, ita ſuppurationem averti turpemque cicatricem. Exempla addit, etiam cum nervi læſi eſſent.

## §. CCLIV. THOMAS BARTHOLINUS.

BARTHOLINUS vir literatus, polymathes, celebris ſuo ævo inciſor, nullam non artis partem adtigit, Italicæ ſcholæ diſcipulus. EJUS eſt *anatomica anevryſmatis diſſecti hiſtoria* Panormi 1644. 8. * & Lipſ. 1707. 8. * cum HORNIANORUM operum editione, quam J. WILHELMUS PAULI curavit. Hiſtoria anevryſmatis ex improvida venæ inciſione nati; perampli, cui ſuborta gangræna, brachium amputatum, inciſum: ſanguis grumoſus inter muſculos effuſus, arteria ipſa tota rupta.

*De latere* CHRISTI *aperto* Leid. 1646. 4. Lipſ. 1685. 8. BOEHM.

*Ad pædanchonen* SEVERINI *commentatio* potius ad praxin ſpectat, quæ prodiit Neapoli 1653. 8. *. Vulnus & abſceſſus cerebri die 40. funeſtus, cum æger ſe ſalvum putaret.

*De ſecundinarum retentione* Hafniæ 1657. 4.

In *hiſtoriis anatomicis* multa huc faciunt. In Centuria I. & II, quæ prodierunt Hafniæ 1654. 8. * Mors ex hernia incarcerata, nullo vero auxilio tentato. Ex inguine puellæ longus, fere cylindricus, tumor. Coſtæ inferiores luxatæ, ſponte in ſuum locum repoſitæ. Tumor gelatina plenus, maximus, qui veſicæ adſidebat. Hydrops ſpinalis funeſto eventu ligatus & exciſus. Pus late per capitis ſuperficiem effuſum, inciſione facta emiſſum. Calculorum varietates, etiam arenoſus ſudor. Oſſiculum extremum digiti eductum. Fungi cerebri per gangrænam funeſti. Cancri mammæ fungus amputatus celerrime reparatus. In empyemate pus per anum deceſſit, malo eventu. Pes gangrænoſus ſponte ſeparatus, hic bono eventu. Inſignes calculi a feminis egeſti. Inteſtina ſub cutem umbilici effuſa, vita diu protracta. Ranula inciſa, emiſſo quaſi albumine curata. A tumore uteri partus impeditus. In bubulo muſculo glutæo tumor cyſticus durus, plenus pilis. Fungus ex tendine pedis enatus, tamen a SEVERINO ſuperatus. Inſtrumentum ad uvulam decurtandam a ruſtico Norwegico excogitatum, minime abſurdum, nuperorum pharyngotomo ſimile. Luxatæ a cauſa interna coſtæ.

Centuria III. IV. Hafniæ 1657. 8. *. Vulnus ſclopetarium occipitis poſt minacia ſymptomata ſanatum. Hernia umbilicalis, in qua rupto peritonæo, inteſtina nuda effuſa. Gangræna penis hactenus conpreſſa, ut æger ſervatus fuerit.

Calculoſorum diſſectiones. Nattas dentibus conpreſſas flacceſcere & diſperire. Ab acu in gula defixa mors. Tumor brachii maximus, ex metaſtaſi febrili natus. Prodigioſus in ſummo collo fungus emollitus, apertus, cathæreticis ſublatus. Ulcus in dorſi ſpina cum carie, tamen ſanatum. Pars corii capillati capitis evulſa & reparata. Fractura complicata tibiæ & fibulæ, proxime pedis articulum, feliciter demum terminata. A fractura cruris, tibia quidem valente callo coaluit, fibula neutiquam. Prolapſus uteri, in veſica ulcus, felici tamen eventu. Calculus per ſcroti abſceſſum prodiit. Cum calculus tangi non poſſet, repertum eſt eum cum veſica in ſcrotum demerſum eſſe. Membrana tympani caſu rupta, inde gravis auditus. Anevryſmata: ex eo gibbus. Prope ſternum anevryſma, ſub noctem incrementa capiens. Mors ex anevryſmate pectoris rupto. Ex lapſu coſta fracta & luxata, bono eventu. Gladioli particula in cerebro diu geſtata. Hirudo in alvum irreptans, extus circumlito ſanguine evocata. Mortes ex digitorum vulneribus. Ex rupto umbilico ſanguis, funeſto eventu. Callus oblique partem oſſis inferiorem cum ſuperiori conjunxit. Amputatum eſt.

*Centuria* V. & VI. Hafniæ 1661. 8. *. Ictum lapide caput, convulſio in latere alterno. Ex urethra rupta magnus calculus. Cum ab ictu nulla extus culpa conſpiceretur, fiſſura, fractura, ſanguis ſub calvariam effuſus, mors. Emphyſema ex vulnere prope claviculam inflicto, tum ex frontis vulnuſculo, cum gangræna. Mors ex tonſillarum ulcere. Excutia ad ventriculum repurgandum. Cineres fraxini pro cauterio. De ſecundarum extractione diſſertatio. Vulva clauſa inciſa, & alias ſponte aperta. Manus oſſibus, muſculis, vaſis, diſſectis, ut ſola cute hæreret, tamen reconciliata. Vulnus aſperæ arteriæ facile ſanatum. In ulcere ſub maxilla lapillus. Pulmonis vulnus ſanatum. Mamma cancroſa feliciter exciſa. Cerebri, ut putat, abſceſſus per nares & oculos purgatus, (ſedes autem in naribus fuerat.) Glans plumbea demum ex faucibus exciſa. Scapula a forti nixu divulſa. Oſſa in femina mollia. Ventriculus, duodenum, omentum in thoracem migraverunt. Pro clyſtere tabacario injiciendo fiſtula. Scrotum per gangrænam amiſſum, reſtitutum. Thorax enſe transverberatus, ſanatus, illæſis pulmonibus. Emphyſema ex pulmonis vulnere. Ferramentum diu in diaphragmate latuit.

In libello de *pulmonibus* ſuadet, in paracenteſi digitis cultrum ſequi, ne in pectus aër irruat.

In *Ciſta medica Hafnienſi* Hafn. 1662. 8. * pauca huc faciunt. Statuta collegii chirurgici Hafnienſis. Relationes aliquæ forenſes, ut de ictubus a femina gravida acceptis, quibus ea mulier infortunium ſuum tribuebat, cauſamque decedentium de utero oſſium fetus. Alius chirurgus ob injuſtitiam accuſatus.

In *Epiſtolis medicinalibus* a doctis vel ad doctos ſcriptis, pluſcula, in tanta rerum varietate chirurgici ſunt argumenti. Centuria I. & II. prodierunt Hafniæ 1663. 8. *. Ipſe BARTHOLINUS jam anno 1644, & prius, calculum ſenſit ſe habere, & ab aqua corticum fabarum levamen ſe putarat percepiſſe. De aqua ex latere

tere CHRISTI fluente cum HIERONYMO BARDI diſputavit. Bronchotomen diſſuadet, in univerſum timidior. Contra RENATUS MOREAU eam adminiſtrationem in docta epiſtola tuetur. HENRICUS REGIUS & BARTHOLINUS de gibbo nobilis puellæ, quem ille ſua cura levari ait. MICHAEL LYSERUS de cœcitate ex vulnere labii, & alterius lateris paralyſi. J. FRIDERICUS TREUBLER de felici empyematis ſectione.

*Centuria* III & IV jam ſeneſcente adque quietem ſe recipiente BARTHOLINO prodierunt Hafniæ 1667. 8. *. De pene incredibilis fere magnitudinis; de maxima hernia, in quam omnia fere inteſtina deſcenderent. PETRUS SCHUMACHER, inde comes a GREIFFENFELD, de excutia ventriculi. Maximus de dorſo tumor. GEORGIUS SEGER de calculo plumbeo globulo circumnato, & de calculo ex urethra exciſo. Hydrops medullæ ſpinalis. J. MICHAEL FEHR de anevryſmate a venæ ſectione ſuborta curato. In anevryſmate rupta arteria cruralis. J. HEUNII ſuſpecta calculorum in lotio ſubnaſcentium hiſtoriola. Multa etiam PAULI BARBETTE de calculo, quem quidam RAOUX dicebatur eduxiſſe, & quem fraude ſuppoſitum eſſe probabile redditur. Aliæ de ſectione calculi in perinæo relationes, & de ea quæ fit parvo apparatu. GUIDO PATINUS Pariſiis ad ſiniſtra perinæi ob calculum eximendum incidi. Mors ex calculo in uretere hærente, nulla in veſicam deſcendente urina; æger periit die 13. De prolapſu mucronatæ cartilaginis ſibi viſo.

EJ. *de inſolitis partus humani viis* Hafn. 1664. 8. *. Opuſculum natum eſt ex peculiari morbo feminæ Zeelandicæ, cui poſt annos octodecim fetus retentus de abſceſſu hypochondrii exiit. Multos ſimiles eventus noſter collegit, de partu per ilia, per aurem, & ſi diis placet, per os. Ad obſtetriciæ artis hiſtoriam artemque ipſam varia. De præſidiis partus difficilis. Feminam ſe Pariſiis vidiſſe, ter partum Cæſareum expertam.

EJ. *de medicina Danorum domeſtica* Hafn. 1666. 8. *. Paſſim etiam adtingit chirurgica. S. OLAUM anno 1023 primum ſtrumas tactu ſanaſſe. Terebrationem cranii in Dania vix bene evenire. Varia de ferri candentis abſque noxa tangendi artificiis. Succum ſempervivi, etiam oleum calens malos effectus ignis compeſcere. Hic jam reperias coemtionem variolarum, quæ primus eſt quaſi inoculationis gradus.

*De oculorum ſuffuſione* epiſtola Hafn. 1664.

EJ. *de ſecundinarum extractione* Hafn. 1657. 4. BOEHMER.

*De morborum transplantatione.*

EJUSD. *de unguento armario* Noriberg 1662. 4. * Hiſtoriæ collectæ curationum ſympatheticarum.

In l. *de morbis biblicis* agit de iis, qui ſibi præputium reducunt, de morſibus ſerpentum aliiſque chirurgicis: de luxatione femoris JACOBI Francf. 1662. 8. *.

*Epiſtola de chirurgia infuſoria*, *in* J. DAN. MAJORIS opuſculo Francf. 1662. 12.

In *Act. Acd. N. Cur.* T. I. de oſſibus emollitis obſ. 37.

Ann. II. obſ. 161. Arteria crurali læſa mors die demum decimo quarto.

Obſ. 2. aquæ marinæ cum abſinthio coctæ laudes adverſus gangrænam.

In *Actis Hafnienſibus*, quæ ipſe edidit, multa huc faciunt. In vol. 1. Obſ. 4. exemplum arteriæ temporalis ob oculi ſævum dolorem inciſæ, felici ſucceſſu.

Obſ. 6 polypus naſi funeſto ſucceſſu reſectus.

Obſ. 8. Ej. & Pauli Moth funeſta paracenteſis abdominis, cum aqua ſubito omnis emitteretur.

Obſ. 27 Cancer mammæ feliciter exciſus; &

Obſ. 31 tuberculum labii;

Obſ. 28 & ſarcocele, tumor dextri teſticuli.

Obſ. 29 cataractæ depoſitio.

Obſ. 48 ex alapa mors.

Obſ. 132 & 133 De oculis reſtituendis Burrhi experimenta & promiſſa. In animale, cui omnes humores eruti, oculus quidem repletus, neque tamen in homine reſtituti. Ipſius Bartholini tentamina ad reſtituendam lentem cryſtallinam incerta.

Obſ. 139 vitio datur obſtetrici, quod fetum per pedes extrahere tentaverit.

Vol. II. obſ. 11. ex codice Adami Luchtenii hiſtoria lapſus graviſſimi & curationis Regis Christiani IV.

Obſ. 21. Mors ex vulnere cordis, per ſomnum & abſque ſenſu.

Obſ. 23. Obſtetricum examen.

Obſ. 40 adnotationes aliquæ chirurgicæ.

Vol. III. obſ. 1. Tibiæ os ſponte elapſum & per callum reſtitutum.

Vol. IV. obſ. 32. Vulnus ſclopetarium per gangrænam lethale.

Obſ. 39 raphani in terendo calculo vis.

Obſ. 83 calculus ingens de muliere elapſus.

Vol. V. obſ. 3 de moxa & cauteriis, cum icone.

Obſ. 19 hypopyon.

Obſ. 20 Quæſtio num a ſpiritu vini rectificato gangræna nata ſit. Credas nuperis experimentis Monroi.

Obſ. 8 Abſumta ab abſceſſu pars tibiæ, muſculi in glanduloſam naturam verſi.

## §. CCLV. Johannes v. Horne.

Ex Italica ſchola, Profeſſor Leidenſis, vir ad officium ſuum totis viribus innixus, ſed immatura morte abreptus.

Ej.

Ej. *epiſtola de anevryſmate* prodiit Panormi 1644. 8. * & Lipſ. 1707. 8. *. cum BARTHOLINIANO libello. Retulit de arteriæ tibialis anevryſmate, cujus ſanguis in muſculi ſpeciem concreverat, ipſa arteria mire dilatata & rupta.

Ej. *μικροτεχνη*, *hoc eſt methodica ad chirurgiam introductio* Leid. 1663. 12. * 1668. 12. * 1675. 12. HEIST. Lipſ. 1675. 12. & cum plurimis notis J. WILHELMI PAULI 1707. 8. * Anglice Lond. 1730. 12. Germanice *kleine Kunſt &c.* Halberſtadt 1679. 8. 1685. 12. vertente J. C. B. LEHMAN. Belgice Amſterdam 1684. 8. HEISTER. Breve, neque certe inconcinnum artis chirurgicæ compendium, cui ſub finem bibliothecam adjecit cum judiciis. De uſtione, quæ fit conis inflammatis, quam apud SEVERINUM vidit. Mireris rudem illam artuum detruncationem, quæ fit cultro plumbo onerato in alterum cultrum delapſo. A paracenteſi pectoris ſibi metuit, non hic male, quod pulmo pleuram vix deſerat. Per mammam amputandam duas acus trajicit. Acum cum cannula pro abdomine perforando habet. Exemplum ſpinæ ventoſæ; calcis os tumidiſſimum erat, poroſum, poris cartilaginea natura repletis: amputationem ab hoc malo requiri. Steatomata cum cute exſtirpanda, etiam cum muſculis, ſi dura fuerint: aperta facile recidivas facere. Vulgarem eſſe, neque metuendam cancri mammarum amputationem. Siphone utebatur loco cucurbitulæ. Dentes tres quatuorve internos polypariæ forcipi addidit. Infantem imperforato ano per chirurgum curavit.

LEONARDI BOTALLI *opera* edidit notaſque adjecit Leid. 1660. 8. *.

Ej. *de ægilope* diſp. Leid. 1659. 4. *.

J. N. THOMASIUS *de calculo renum & veſicæ* Lipſ. 1643. HAEN.

CHRISTIAN LANG *de abortu* Lipſ. 1644. 4.

Ej. *de calculo humano* ib, 1650. 4.

Ej. *de calculi humani generatione* ib. 1653. 4.

Ej. *de ambuſtionibus* 1658. 4.

Ej. *de cancro in genere* ib. 1661. 4.

Ej. *miſcellanea curioſa* a. 1656. 4. 1669. 4.

HONORE' LAMI, Medici, *Abregé chirurgical tiré des meilleurs auteurs, corrigè par* G. SAUVAGEON Paris 1644. Fere ex GALENO.

## §. CCLVI. VARII.

JOHANNES PETRUS LOTICHIUS, Medicus & Poeta. Ejus *conſiliorum & obſervationum medicarum* libri VI. Ulm 1644. 4. 1685. 4. * prodierunt. Ad morbos a capite ad calcem pertinent, potiſſimum tamen ſextus liber huc facit, etſi in univerſum non poteſt diſſimulari, LOTICHIUM fere in medicamentis ſubſtitiſſe, etiam ubi locus erat fortiori medicationi. Diuturnus & vaſtiſſimus capitis tumor tandem ſuperatus. A ſcrophulis ſuffocatio & mors. Sic a vaſtiſſima hernia umbilicali cum inteſtini gangræna conjuncta. Sarcocele neſcio quo medicamento ſa-

 nata

nata. Steatoma in regione lienis protuberans funeſtum. Summa concuſſio cerebri, cum fractura brachii, tamen ſanata. A cranio perforato mors, cum nihil tentaretur ad emittendum tabum. Vulnus ſclopetarium per malam infixum, glande ad principium medullæ ſpinalis hærente nec educta. Vulnus per nares & veſicæ collum, curatum. Omitto oculorum, aliaque capitis, pectoris & abdominis mala.

GODOFREDUS MOEBIUS, Profeſſor Jenenſis. EJ. ſunt aliquæ diſputationes, ut de *cancro* Jen. 1644. 4. MENZ.

EJ. *de ulceribus* Jen. 1645. 4. BOEHMER.

EJ. *de ſpina ventoſa* Jen. 1658. 4. *.

EJ. *odontologia, ſ. de dentium ſtatu naturali atque præternaturali* Jen. 1661. 4. * Contra præmaturam evulſionem.

J. THEODORUS SCHENK pariter Profeſſor Jenenſis. Ejus diſp. *de vulneribus* Jen. 1644. 4. BOEHMER.

EJ. *de luxatione oſſium in genere* Jen. 1653.

EJ. *de fiſtularum vera natura & recta curatione* Jen. 1656. 4. *.

EJ. *de fonticulis* Jen. 1657. 4. BOEHM.

EJ. *de gangræna & ſphacelo* Jen. 1657. 4.

EJ. *de tartaro microcoſmico ſecundum principia Hippocratica, Galenica, Paracelſica atque Helmontiana conſiderato* Jen. 1658. 4. RIV.

EJ. *de fractura oſſis tibiæ cum vulnere* Jen. 1659. 4.

EJ. *illuſtrium problematum circa venæſectionem occurrentium Decades* Jen. 1667. 4. RIV.

EJ. *de ophthalmia* Jen. 1667. 4. HUN.

EJ. *de cura vexatorum* Jen. 1670. HEFT.

EJ. *de vulneribus* Jen. 1670.

In *Exercitationibus anatomicis* pauca huc faciunt. Gangrænam uteri vidit poſt vehementem dolorem ventriſque tumorem. Maximum atheroma bilibre ex digito natum. Magnus calculus a femina egeſtus. Calculi veſicam perforarunt, ut per inguen exirent.

JOSEPH SCHMIDT *Examen phlebotomicum, oder gründlicher Bericht von dem Aderlaſſen* Augſpurg 1644. 12. 1653. 12.

EJ. *Unterſuchung von Aderlaſſen und Schröpfen* Aug. Vind. 1653. (ASTRUC. 2654) (*a*). Idem ut puto priori.

EJ. *Spiegel der Wundarzney* Ulm 1656. 4. Aug. Vindel. 1675. 4.

EJ.

(a) Male vertit ASTRUC, ut titulus ſit, de uſu V. S. & cucurbitularum in lue venerea. SCHMIDTIUS ſcripſit & de V. S. & de lue venerea.

Ej. *inſtrumenta chirurgica, oder Beſchreibung aller Inſtrumenten* Francfurt 1660. 12. Lehm. Augſp. 1697. 12. Heist.

Ej. *Kriegs-Arzney* Francfurt 1664. 12. Lehm.

Ej. *miſcellanea medico-chirurgica, oder medicinisch und chirurgiſches Schazkäſtlein* Francf. 1709. 8.

Ej. *Neueingerichteter Feldkaſten* Francfurt 1710. 8. Heister. 1722. 8. * Armamentarium nempe chirurgicum. Idem forte l. qui *Beſchr. aller Inſtrum.*

Nicolai Papinii *de pulvere ſympathetico* diſſ. Lutet. 1644. 8. Lind. Rom. 1650 8. Patav. 1654. Lind. ſed cenſura Veslingii eſt anni 1646. porro in *theatro ſympathetico* Noriberg 1660. 12. * Nürnberg 1662. 4. * Pro eo pulvere: ad experimenta provocat Carmæi: & eundem pulverem defendit ex vitriolo romano ad ſolem calcinatum. Ad omnia vulnera valere.

Ejusdem *la poudre de ſympathie defendue contre les objections de* Mr. Cattier Paris 1651. 8. * Non debere nimia ab eo pulvere ſperari. Robur addere naturæ, & ſanguini cæleſtes quasdam moleculas reddere, quæ per vulnus exiverint. Eſſe ubi male adhibeatur. Contuſis non mederi, neque vulneribus ignivomarum machinarum.

Friderici Gnichwizii Monavii *Bronchotomia* Regiomont. 1644. 8. *. Greifswald. 1654. 4. (dedicatio eſt anni 1652.) Jen. 1711. 8. *. Non abſurdus libellus. Exempla ſuffocatorum a corporibus laryngi impactis. Vulnera graviſſima laryngis & aſperæ arteriæ ſanata. Hinc commendata bronchotome, vel in angina, ut ſubitæ ſuffocationis metus tollatur, vel ad educenda corpora ſtrangulatura, quæ in aſperam arteriam deſcendiſſent. Tota curationis ratio cum cultello & cannula. Exempla feliciter adhibitæ. Tabula morborum oculorum.

J. le Prevot & Simon Boullot *Ergo cephalææ terebra* Pariſ. 1644.

Jean Duvelle *Onomatologie chirurgique* Lion 1644. 12. Rast.

Joh. Hoppius *de gangræna & ſphacelo* Lipſ. 1644. 4. Boehm.

Hoc etiam anno chirurgi Pariſini inter diſcipulos facultatis recepti fuerunt, anno vero 1660. tota chirurgia cum nomine *Barbiers & Chirurgiens* facultati ſe ſubjecit, & etiam a. 1724. confirmatum, ut facultati quotannis jurejurando obſequium promitterent (*a*).

## §. CCLVII. Varii.

Andreæ Cnoeffel's vel Cneuffel's Archiatri Polonici, chemici, arcanorum auctoris, *Apologia wegen eines übel curirten Gliedſchwamms* Leipzig 1645. 4.

Ej. eſt in E. N. C. *Dec.* II. *ann.* X. *obſ.* 208. Urinæ effluvium per umbilicum.

Henrici

(a) Santeuil p. 81. 86.

Henrici Regii *de morſu canis rabidi* Ultrajecti 1645. 4. *.

* Ej. *Medicatio duorum ægrorum paronychia & ambuſtione pedis laborantium* Utrecht 1651. 4. *.

Epiſtolam diximus.

Andr. Guyot & Jac. du Val *E. a lacte lithiaſis* Paris 1645.

J. Frid. Bilger *de lithiaſi renum & veſicæ* Altdorf 1645. 4. Riv.

§. CCLVIII. L. Riverius.

Lazarus Riviere, vulgo Riverius, Profeſſor Monſpelienſis, celeberrimus clinicus, paſſim etiam curationes chirurgicas adtigit, aut certe eas edidit, quæ erant amicorum.

Ej. *Obſervationes medicæ & curationes inſignes* Pariſiis 1646. 4. Londini 1646. 8. Delfis 1651. 8. * & cum *operibus* omnibus prodierunt. Centuriæ propriarum curationum tres, felicium certe & ſæpe rariorum. Paucas decerpemus. Renis ulcerati ſanatio, poſtquam plurimum pus per lotium deceſſerat. Gangræna ex anevryſmate ſpurio, ut videtur, brachii ſubnata coercita & curata. Uteri ſcirrhus ſolutus. Cordis ipſius exulceratio, cujus præterea partem putat rejectam eſſe cum ſputis. Urinæ ſuppreſſio aliquoties ſoluta, copioſa potiſſimum ſanguinis detractione. Abſceſſus abdominis, cauſtico medicamento apertus, mundatus & curatus. Cancer labii ſanatus. Arenulas adeo non eſſe ſignum præſentis calculi, ut ejus potius ſuſpicionem tollant. Cerei certis unguentis obducti ad tollendas carunculas. Ex veſicatorio emplaſtro nimis acri gangræna, ſuppreſſa. Abſceſſus ſecundum ſpinam dorſi aliquoties viſi, alias funeſti, alias aperti, & educto pure ſanati. Periculum ab apum crebris punctionibus. Ulcus cancroſum tibiæ curatum, & anevryſma; hoc ſola compreſſione. Oſſiculum in gula hærens hamo eductum. Luxatio calcanei non curata quidem, ſed ſuperata ſymptomata. Radix onopordi ad nephritidem.

Inter obſervationes aliunde ſumtas, a Francisco Ranchino curatus gibbus polyſpaſti ope; ſtrumæ a Gabriele Harduin foliis cucumeris ſylveſtris diſſipatæ. Hernia acri emplaſtro ſanata.

Sequuntur amicorum curationes; Petri Pachequo, Lunellenſis, ſpaſmus cynicus funeſtus ex femoris vulnere, læſo non dubie nervo. Hæmorrhagia ab avulſo dente, colcothare & digito compreſſa. Mortes a ſymptomatibus contuſo capiti ſero ſupervenientibus.

Francisci Chomel, medici in Annonais, poſt dolorem lumborum abſceſſus cauterio apertus, bono eventu. Sic ulcus fiſtuloſum ſanatum, poſtquam totum apertum fuit.

Des Grands Prez, Gratianopolitani, longus & vegrandis tumor aqua vitæ diſſipatus. Fractura occipitis ſublata ſurditas. Cranium depreſſum evocatum cucurbitula cum flamma admota.

Hen-

Henricus Rufus Medicus in S. Marcellin; Calculi de variis corporis locis excreti, etiam per anum egeſti & per vomitum: hi bilarii fuerunt, quos noſter lieni tribuit.

Simeon Jacoz Monſpelienſis. Mirificum conſilium ſtrumarum per propagatos pediculos ſuperandarum.

Samuel Formy, Chirurgus Monſpelienſis, profundum vulnus magni in brachio vaſis ſanguinei, compreſſum inſerto cylindro lineo, circumjecta deligatione. Vaſa axillaria læſa intercepta acu profunde ſecundum os traducta. Cauſtico maximus ad os ſacrum dolor ſuperatus. Cui globulus plumbeus in calcaneo hæreret, ei ſenſim detectum os, terebratum denique, & globulus exemtus. Cucurbitula elevatum cranium, quod depreſſum fuerat. Inteſtinum elapſum frigidæ tactu repoſitum. Cui os temporis confractum eſſet, inciſus audacter temporum muſculus, oſſicula exemta. Cancer mammæ ſublimato mercurio feliciter conſumtus. Gangrænæ curatæ exempla, etiam in vulva, inciſis velamentis. Lupiam ligno conſtringebat, ferramento ſolvebat. Parulis cancroſa ſanata. Cuſpis enſis inter muſculos ſcapulæ relicta ſponte prodiit. Conf. p. 352.

Petrus Estanne chirurgus. Emphyſema a vulnere pectoris. Abſceſſus abdominales pro hydrope in pueris habiti: ſanati cauſtico admoto, plurimo pure educto.

Dionysius Pomaret chirurgus. Carbunculorum peſtilentium alia eſſe ſymptomata, quam quæ dicta ſunt a veteribus. Sarcoma prægrande fauſto eventu reſectum. Calculus in gutture anginam faciens. Glans ſclopetaria ex vulnere œſophagi per aurem egeſta. Strumas aperit cauſtico. Anevryſma preſſione ſola ſublatum. Dens evulſus repoſitus conprehendit.

Oziæ Aimar chirurgi. Caries ſterni & coſtarum ſuperata. Trepanum in temporis oſſis fractura feliciter adhibitum. Vulnus arteriæ aſperæ ſanatum. Gangræna perinæi ani & ſcroti reconciliata. Hernia incarcerata nudata, ſaccus hernialis inciſus, inteſtinum reſtitutum. Ulcus renale toleratum, ut æger eſſet orthoſtadios.

Centuria IV. poſthuma acceſſit a Simone Jacquoz edita Haag 1659. 8. * Calculus de urethra exciſus. Anevryſma naſcentis aortæ. Gangræna conpreſſa aceto, cui mixta ferri ſcoria. Gravis paronychia cum exulceratione. In mammarum tumore bonus effectus millepedum. Ictus ſerpentum, parvi, ut videtur momenti.

*Obſervationes ex veteri bibliotheca.* Vulnus ſclopetarium veſicæ ſanatum. Hernia ſolo diuturno decubitu curata. Caruncula virga plumbea deſtructa, quæ in urethra retenta fuiſſet.

In *Praxi medica* Haag 1651. 8. * & alias edita; in *medicis inſtitutionibus*, Lion 1656. 4. Haag 1657. 8. *, inque *arcanis*, paſſim chirurgica etiam tractantur.

## §. CCLIX. Varii.

Renati Moreau, docti viri, epiſtolam ad Bartholinum de bronchotome diximus. Libellus integer prodiit Paris 1646. 8. cum Bartholini libello de angina epidemica. Felices ſe vidiſſe bronchotomes eventus; tum inciſæ venæ jugularis: queritur de neglectu majorum adminiſtrationum, ut calculi inciſionis. Portal.

Alessandro Tadini breve compendium *per curare ogni ſorta di tumori e ſterni* Milan. 1646. 8.

Melchior de Villena *de uſtionibus & cauteriis, quæ vulgariter fonticuli ſ. fontanellæ adpellantur, & eorum uſu, ſ. potius abuſu* 1646. 4. Puto M. S.

Georgio Giordani *prattica di medicare i cavalli* Livorno 1646. 8.

Joach. Stormanni *de renum & veſicæ calculo* Roſtoch 1646. 4. Riv.

## §. CCLX. Varii.

Montigny *la vraie methode de la parfaite chirurgie de* Fierabras *diviſée en trois livres* Paris 1647. 8.

Francisci Soares Feyo *tratado de come ſi devem abrir las feritas e dos enfermidades de Bicho ſalicions &c.* Lisboa 1649. 4. C. de V.

Hans Heinrich Lavater *de arthritide & paradoxis chirurgicis* Baſil. 1647. 4. Lew.

Eusebe Renaudot *ſpicilegium, ſ. hiſtoria medica mirabilis ſpicæ gramineæ extractæ e latere ægri pleuritici, qui eam ante menſes ſeptem incaute deglutiverat,* (alia hic vox eſt) Paris 1647. 8.

## §. CCLXI. Varii.

Georgii Kirstenii *animadverſaria & animadverſiones in* J. Agricolæ *commentarium in* Poppium *& chirurgiam parvam* Stettin 1648. 4.

Gervais *phlebotomia heroico carmine ad umbrata* Paris 1648. 4. Port.

J. Joseph Broglia, medici aquiſextienſis, *Exercitatio medica, quo vulgo pulveris ſympathetici vires propugnantur* Aix 1644. 4. Port. Procul dubio 1648.

Marcel Bompart Medici Arverni, *Miſer homo* 1648. 4. Port. Etiam chirurgica continere, ſed breviſſima.

Nic Blanchet & Jac. Gamare *E. jecoris apoſtemati uſtio* Paris 1648.

In Guil. Pisonis *hiſtoria naturali utriuſque Indiæ* Amſterdam 1648. f. 1658. f. *, reperiuntur adnotationes chirurgicæ, inter eas de abſceſſu hepatis in iis regionibus frequente, qui aperiri debeat & ſæpe ſanetur.

## §. CCLXII. Varii.

Hermannus Conring polyhiſtor, ad chirurgiam aliqua tamen adtulit. Breviter quidem ejus hiſtoriam tetigit in c. XII. *Introductionis*, quæ, ſed pari brevitate, gener ejus viri G. Christoph Schelhammer illuſtravit, & luculentam de Nicetæ collectione notitiam addidit, quam Florentiæ legerat, & ex qua varia deſcripſerat. Prodiit hæc introductio primum Helmſtad 1654. 4. *, tum alibi & nuper Hall. 1726. 4. *.

Ejus eſt diſp. *de calculo renum & veſicæ* Helmſtatt 1676. 4.

De *ratione curandi inflammationes* ib. 1663. 4.

Idem T. Fieni *opera chirurgica poſthuma* edidit Francfurt 1649. 4. *.

Edidit etiam Brunſvici 1648. 4. * Philippi Salmuth medicas obſervationes. In his tribus Archiatri Anhaltini obſervationum centuriis, multæ ſunt chirurgici ſcopi. Ventriculum ex cauſa interna bis vidit perforatum. Ulcera veſicæ pro calculo habita. Neglecto malo fungi cerebri & dura mater egreſſa, funeſto eventu. Uterus in partu ruptus. Pure non educto mors ſoporoſa, cum puris vis enormis ſub meninge effuſa eſſet. Colon inteſtinum ſphacelatum, cum medici detrectarent lineam albam aperire, ut vulnus dilatarent. Argilloſæ materiei plurimum per urinam egeſtum, ita ſublatus, qui credebatur ſubeſſe, calculi metus. Gangræna ſpontanea a pede in abdomen continuata, ut inteſtina elaberentur. Abſceſſus per articulos ex variolis (frequens malum). A preſſione oſſis frontis lamina interior depreſſa, cerebrum in pus verſum. A calculo fiſtula urethræ. Poſt amputationem mors ex hæmorrhagia. Poſt apertum abſceſſum ventriculus cum omento ſub cutem effuſus. Fæces in ſano juvene per umbilicum exſudantes. Naſi reparati meminit, etiam ut incommoda curationis recenſeat. Vulnus veſicæ ab enſe inflictum, ſanatum. Calculo ſecto exſtincta femina. Maligna vis morſus cercopitheci & apri. A calce equi percuſſus amiſſa cerebri particula tamen ſanatus. Ex lapſu cæcitas ſenſim diſſipata. Non debet diſſimulari, aliqua ab aliis relata hic legi; alia omnino vana eſſe & ſuperſtitioſa.

In Conringii diſſ. *de dentibus*, morſus humani periculoſiſſimi exemplum.

## §. CCLXIII. Isbr. Diemerbroeck.

Ysbrand de Diemerbroeck, medicus aliquamdiu caſtrenſis, ut videtur, inde Noviomagenſis, tunc Profeſſor Ultrajectinus, chirurgiam ipſe exercuit.

Ejus eſt *oratio de reducenda ad medicinam chirurgia* Ultrajecti 1649. fol. Boehmer; in collectione operum non recuſa.

Libros de peſte omitto.

Ejus *diſputationes practicæ de morbis capitis, thoracis & imi ventris* primum prodierunt Utrecht 1664. 12. recuſæ in collectione operum, quam filius Ti-

MANNUS edidit, Utrecht 1685. fol. *. Morborum ſunt hiſtoriæ cum epicriſi; inter eas paucula chirurgica.

Sed in *centum obſervationibus & curationibus medicis* in operum collectione excuſis, plurima ſunt chirurgici argumenti, ex quibus conſtat, cl. virum manu & conſilio vulneratis adſtitiſſe. Ambuſtionum graviorum exempla, in quibus aut atramentum profuit, aut cepe impoſita. Ex vulnere ſupercilii, palpebræ ſuperioris perennis paralyſis. Sphacelus crurum, cum ebrius ſe frigori expoſuiſſet: & utrumque crus amputatum. In tibiæ vulnere turunda intruſa, ſummum gangrænæ periculum: id noſter ſuſtulit rejecto inepto auxilio, ad F. WURZII ductum, duobus exemplis confirmato. Pulmonis vulnus ſclopetarium præter ſpem ſanatum. Inteſtinum in hernia gangrænoſum, lethali eventu. Vulnus cerebri ſclopetarium poſt diuturnum ſoporem, amiſſa cerebri particula ſanatum. A ſanguine ſuper duram meningem effuſo & exſiccato mors. Fiſſum eſſe cranium, cum noſter divinaſſet, trepano admoto ſalus. Sic iterum ſanatus, cui chirurgus duram matrem depreſſit, ut ſanguini exitum aperiret. Inteſtinum ab hernia gangrænoſum patulum, vita ſuperſtite. Glans ſclopetaria in pectore ſupra diaphragma reſes, ut vulnerata femina eam perciperet, cæterum reſtituta.

In *Anatome* etiam aliqua huc faciunt. Verum uteri prolapſum ſe vidiſſe & reſtituiſſe. Os femoris amiſſa parte tamen coaluiſſe. Patella fracta ambulandi facultatem perire, eſſe tamen, qui ſanati fuerint; reparata etiam, quam ictus ſclopi deſtruxerat. Atreta inciſione levata, ut parere potuerit. Contrafiſſuram non admittit. Vulnus ventriculi ſanatum. In anevryſmate brachii prelum adhibitum (tourniquet). Femoris ab epiphyſi diſceſſum ſe vidiſſe.

## §. CCLXIV. JOHANNES VESLING.

Eques, Profeſſor primarius Patavinus, cujus laudes anatomicas & botanicas diximus. Idem etiam manu ſua curavit, methodumque reſolvendorum caſuum chirurgicorum M. S. reliquit, quæ inter libros F. R. BERNARDI fuit n. 3688.

Poſthumæ etiam ſunt *epiſtolæ medicæ, & anatomicæ obſervationes*, quas T. BARTHOLINUS Hafniæ 1664. 8. * edidit, plenæ reconditæ ſapientiæ. Conſilium ad humeri luxationem. Pro ſententia MAGATI. In Ægypto vidit frequentia vulnera enſibus inflicta ſimpliciſſima curatione ſanata fuiſſe. Vidit cerebelli particulam acinace ablatam, eventu non funeſto, cum ipſe manum adhibuiſſet. Tendines per ætatem duriores reddi, ſenſumque amittere, denique omnes in viro viſos oſſeos. Utique femur poſſe ſubluxari, adductis teſtimoniis, etiam RHODII, claudi: a cauſa tamen interna luxari. Hæc contra C. HOFMANNUM, qui callum potius putabat frangi.

In *ſyntagmate anatomico* paſſim aliqua. Ophthalmia ſanata inciſa cute oculum inter & aurem: aut emplaſtris plantis pedum admotis.

## §. CCLXV. Varii.

Mauritii Hofmann Prof. Altdorfini diſp. *de tumoribus præter naturam in genere* Altdorf. 1649. 4. Menz.

Ej. *De meliceria, ſ. articulorum læſorum inundatione* Altdorf. 1650. 4. Boehmer.

Ej. *De naturali & præternaturali mammarum conſtitutione* ib. 1662. 4. *.

Johann. Schilling *καρκινωματος σκιαγραφια* Argentor. 1649. 4.

J. Valentin Fisler *de partu difficili* Argent. 1649. 4. *.

Arnoldi Bootii, medici, *de affectibus omiſſis* London 1649. 12. Helmſtätt. 1664. 4. Lipſ. 1676. 8. *. Variæ adnotationes huc faciunt; de abſceſſu ſub cranio, de cerebri ulcere cum gangræna meningis lethali. In Hibernia frequenter capitis ſuturas diſcedere. Caput ad ſiniſtra detortum.

Guido Patinus, celebris medicus, qui victoriam ſuam de chirurgis reportatam paſſim celebrat, ſcripſit a. 1649. cum Guiberti *medecin charitable* editum libellum *de tuenda valetudine.* Negat dari medicamenta lithontriptica, & in iis qui ab eorum uſu ſanati putabantur, adfirmat calculos fuiſſe in veſica repertos. Deletus Cheir Jatrici collegii titulus, vetiti honores pilei & togæ, adſertum medicorum in eos imperium d. 3. Febr. 1660 (*a*). Poſſis etiam huc revocare libellum *touchant les fievres malignes & l'uſage de la ſaignée & des veſicatoires* Paris 1650. 8. In *Epiſtolis* Amſterdam 1692. 12. & 1718. 12. excuſis multa hiſtorica reperias huc facientia. Hydrophobus fruſtra ab Equite Hubertiano curatus periit. Multa de variis conſiliis Reginæ matri cancro laboranti fruſtra impertitis. Perinde hydrophobiam ab interna cauſa oriri. Abſceſſus hepatis. Scorpii ictus abſque alexipharmacis ſanatus.

## §. CCLXVI. Varii.

Isaac Cattier *diſcours ſur la poudre de ſympathie* Paris 1650. 8. * *reponſe à* M. Papin *touchant la poudre de ſympathie* Paris 1651. 8. *. In priori libello, qui prodiit cum l. *de la macreuſe*, Noſter exempla colligit, in quibus poſt ſympatheticam curationem varia mala ſucceſſerunt. Negat quidquam in diſtans poſſe operari. Curationes fere fabuloſas eſſe.

In *reponſe* evertit ſubtilem magnetiſmum, qui ſe Papinus tegebat. Nihil facere pulverem ſympatheticum, niſi quod natura ſponte ſua præſtet.

Ej *obſervationes medicinales rariores.* Caſtris 1653. 12. Paris 1657. 8. Francf. Lipſ. 1676. 8. *. Paucæ, ſed bonæ notæ. Inter eas chirurgici ſunt argumenti. Calculorum



(a) Ep. 163. 165.

Calculorum varietates; calculus, ut putat, per medicamentum comminutus, & cum lotio excretus. Calculus intra membranas veſicæ. Magna vulnera ſanata, veſicæ mediæ, inteſtini. Magna ſymptomata a cerebri concuſſione. Ab oſſe vehementius avulſo, ut putat, in cerebro violato, funeſtam apoſtema. Magna ſymptomata in vulnere muſculi temporalis, per ſectionem ſublata. Sphacelata manus ſponte ſeparata & delabens. Maxima gangræna ſcroti coercita.

CONRAD VICTOR SCHNEIDER, Profeſſor Wittebergenſis, *de calculo renum*, 1650. 8. HEFT.

EJ. *de oſſe frontis* ib. 1650. 8. Vulnera ſinuum frontalium.

EJ. *ut diſp. de oſſe occipitis, ejuſdem vitiis & vulneribus* Witteberg 1653. 8. *. Magnum in eo oſſe vulnus curatum. Alias lamina prima fracta, dum interna integra manſit. Vulnus ſuturæ non lethale.

Sic in diſp *de vulneribus ſincipitis*, ib. 1653. 8. *.

EJ. *de vulneribus pulmonum* Witteberg 1654. 4. BOEHM.

EJ. *de renum & veſicæ calculo* Witteberg 1665. 4.

EJ. *de cancro* Witteberg 1666. 4. HE.

EJ. *de fracturis cranii* Witteberg 1663. 4. *. Exempla laminæ interioris calvæ fractæ & depreſſæ, dum exterior manet integra. Febres ſero ſupervenientes malas eſſe.

EJ. *de partu difficili præter naturam* Witteberg 1675. 8. PLATN.

In libro *de catarrhis* IV. Witteberg 1661. 4. * varia remedia chirurgica recenſentur ex omni antiquitate, frictiones, phœnigmi, veſicantia, cauteria, potiſſimum etiam ſincipitis fonticuli.

De catarrhi etiam origine in l. III. agit: in ſanguine arenoſas particulas reperiri, ex quibus calculus conſiſtat viſcidiſſimum ſedimentum urinæ abſque calculo.

RENE' GENDRI *les moyens de bien raporter en chirurgie* Angers 1650. 16. RAST. Non abſque judicio auctor, ut ex PORTALIO video.

*Lazare* MEYSSONIER *les fleurs de Guidon, corrigées & augmentées de la pratique de chirurgie avec pluſieurs experiences* & ſujets Lion 1650. 12.

EJ. *harangue faite a l'entrée des Leçons de chirurgie de l'auteur* Lion 4.

EJ. epiſtola ad BEVEROVICIUM *de calculo & hydrope.*

CONSTANTINI GRADO *epiſtolæ & conſilia medica* Neapoli 1650. 4.

*Ortolfi* MAROLDI *practica medica ad omnes morbos curandos accomodata* Francf. 1650. 4.

J. CÆS. BENEDICTI de GUELFALIONE *conſultationes, medicæ, opus utile &c.* Venet. 1650. 4. LIND.

CHARLES St. GERMAIN *Ecole des ſages-femmes* Paris 1650. 8. alias lego CLAUDE GERMAIN.

EJ.

EJ. *traité des fauſſes couches* Paris 1655. 12. cum exemplo. D'ETRE'ES.

PETRI PIAZZA *breve ed utile diſcorſo di chirurgia diviſo in 6 trattoli* Rom 1650. 4. recuſus cum TARDUCCIO SALVI. Agitur de vulneribus, morſibus, ambuſtionibus, fracturis, ulceribus. In ultimo tractatu tangit etiam hernias & morbos cutaneos. Fere totus eſt in medicamentis.

B. J. RHINENBURG *examen der chirurgyn, en der barbieren* Rotterdam 1650. 12. HEISTER.

GUALTHER CHARLETON F. R. S. *ſpiritus gorgonicus vi ſua ſaxipara exutus* Leid. 1650. 8. *. Satis ad ſenſum HELMONTII omnia. Calculi generationem a ſale repetit, curationem a dauco ſperat & a betulæ ſucco. Multum fermentorum & opinionum, chirurgiæ nihil. Alcalina elementa & adfinia ſpiritui cornu cervi in calculo reperit.

In libello, quo *de cerebro* agit & *fulmine* London 1665. 12. * deſcribit repertum in cadavere fulgurati circa meatum auditorium vulnus, plenum oſſiculis, medullam oblongatam laceram, tympani membrana de anulo avulſam.

FRANCISCUS GLISSON *de rachitide* London 1650. 8. 1660. 8. deſcribit mutationem, quæ paulatim in ſpina dorſi fit ab alimenti inopia. Ut pectus ab hepate tumido antrorſum prematur. Plurimum ſperat a ſcarificatione conchæ & alæ auris, quæ cultello fit obtuſo bis terve repetita ſeptem dierum intervallo interpoſito.

In *l. de ventriculo & inteſtinis* London 1677. 4.* Veram incarcerationem inteſtini deſcribit.

DIONISII ALLAIN & PETRI PERREAU *E. parotidi febri malignæ ſupervenienti, primo die pyroticum* Paris 1650.

JACOB BECKHER *de gangræna & ſphacelo* Argentor. 1650. 4. *.

J. HENRICUS AGERIUS *de varicibus* Argent. 1650. 4. *.

J. ANDREÆ PLANER *theſes generales de articulorum luxationibus* Ultraj. 1650. 4. *.

HENRICUS SCHÆVIUS *de calculo renum* Jen. 1650. 4.

## §. CCLXVII. VARII.

GUILIELMUS HARVEI chirurgica quidem nulla ſcripſit, cum tamen maximo ingenio polleret, ad eventus morborum in ægris occurrentes ita reſpexit, ut nullam artis partem inornatam reliquerit. De partu varia. Ex prolapſo utero fetus prodiit. Ut partus promoveatur, totius corporis conſentiente conatu. A morte matris partus. Os coccygis repellere jubet. Hæc in *exercitationibus de generatione animalium.* Cor nudum vidit in ſingulari caſu. Herniam cancroſam illæſo teſte exciſam vidit.

Celeberrimi viri J. PECQUET obſ. de concremento calculoſo citatur *in Mem. de chirurgie* T. II.

J. A.

J. A. GUERIN *le chirurgien charitable* Lion 1651. 8. BOEHMER 1656. 8. HEISTER 1666.

ANTONII FONTEYN *eerſten deel der leſſen betreffende der chirurgie* Amſterdam 1651. 12. HEISTER.

*Waaraftig verhaal van* JANSE le DROT *die hemzelven zias gelukkelig geſneeden heeſt van eenen overgorten ſteen* Amſterdam 1651.

*Traité chirurgical des bandes larges emplâtres compreſſes* Montpelier 1651. 8. & cum nomine auctoris Montpelier 1653. 8. *. SAMUELIS FORMEY chirurgi Monſpelienſis opus quam vide p. 345. Vincula deſcribit, multusque eſt in carpendo JACOBO de MARQUE. Prædicat ſe ipſum, & inventa nomina faſciarum. Multas ſe inveniſſe. Et omnino bonum obſervaſſe ordinem fatendum eſt. De laqueis. Laqueus Formyanus ad digitos, quem vehementer laudat. Emplaſtra. Splenia. Ferulæ. Faſciæ ſigillatim per corporis humani partes: tum feneſtratæ aliæque peculiari ſcopo deſtinatæ. Exempla inſignium curationum, quæ faſciis debentur, etiam ſuppreſſæ hæmorrhagiæ. Arteriam tamen & una cum carne acu ligavit. Hydrocephalus vinculis ſuperatus, naſus reconciliatus; ulcera evacuata & clauſa maxilla fracta filis aureis ad unionem reducta, quæ noſter dentibus circumplicavit. Vulnera capitis: herniæ faſciis ſanatæ. Filo vincta & exſtirpata palari fungoſa caro. Calculus faſcia retentus, ut cochleari eximi potuerit.

OLAI WORM, medici literati, *de calculo renum & veſicæ diſſ.* Hafniæ 1651. 4. RIV.

EJUS & *ad eum epiſtolæ poſthumæ* Hafniæ 1651. 8. * diu a morte prodierunt. In infinita rerum varietate, quas hæc collectio complectitur, etiam chirurgica reperias. Ad RHODIUM fibulam Romanam ſed veſtiariam miſit. Multa de Regii principis UDALRICI gangræna pedis, poſt longos languores funeſta. A vulnere pectoris emphyſema. Verruca mediaſtini.

LAURENTII STRAUS *epiſtola de pulvere ſympathetico ad* DIGBÆUM 1651. 8. & in *collectione majori* Noriberg 1662. 4. *. Variorum miraculorum conſarcinatio.

IDEM *hiſtoriam fœtus Muſſipontani collectitiam* edidit Francfurt 1669. 4. *.

Ipſius eſt *reſolutio ſingularis Muſſipontani fetus extra uterum in abdomine retenti* Darmſtatt 1661. 4. *. Fetus multis annis geſtati hiſtoria, quæ fere potius ad anatomen ſpectat. Exemplum ventriculi, omenti, coli, per hiatum diaphragmatis in pectus conpulſorum.

KENELMI DIGBY, viri nobilis, ſed creduli, *orationem de pulvere ſympathetico* oportet ante annum 1651 prodiiſſe, quæ eo ipſo anno a STRAUSSIO citetur, eam vero editionem non reperio citari, alias vero bene multas. Gallice, *diſcours ſur la guériſon des plaies & la compoſition de la poudre de ſympathie* Paris 1658.

1658. 8. d'ETR. & curante CAR. DIONIS 1749. 12.* porro Rouen. 1633. 12. d'ETR. cum PAPINO. Utrecht 1681. 12. BOEHMER. Belgice *theatrum ſympatheticum of wonder tonneel der natur verborgenheden* Leeuwarden 1697. 8. WACHENDORF. *Germanice von Heilung der Wunden ohne berühren* Francf. 1661. 8. Latine in utroque theatro ſympathetico Noriberg 1660. 12. *. 1662. 4. *. Anglice, *diſcourſe touching the cure of wounds by the powder of ſympathy* London 1658. 8. 1659. 8. Hiſtoriolæ ſanatorum vulnerum, cum ſoli periſcelidi ſanguini imbutæ medela adhiberetur: doloris, quem æger a calore, levaminis, quem a vitrioli inſperſo pulvere perceperit. Inde in multa alia, quæ putat eſſe naturæ miracula, ſe diffundit, quorum multa manifeſto vana ſunt. Veſicæ calculos eſſe pentagonios (dodecaedros). Tarantularum fabella. Vitriolum requirit cyprium.

EJ. *Receipts of ſurgery and phyſik* London 1668. 12. Germanice Francf. 1689. &c.

NATHANAEL HIGHMOR, medicus, in *corporis humani diſquiſitione anatomica* Haag 1651. fol. * dente evulſo antrum maxillare vidit patefactum, inanemque adſtantium metum diſcuſſit. Inde nova operatio nata eſt, cujus inventor eſt COWPERUS.

ID. *Hiſtory of generation* Lond. 1651. 8. *. Aliqua habet chirurgica ad vulnera per ſympathiam ſananda.

AUGUSTINUS THONER, Archiater Ulmenſis, in ſuis *obſervationum medicinalium* libris IV, Ulm 1651. 4. * aliqua habet chirurgici argumenti, ut ulceris a repetita etiam calculi ſectione ſuperſtitis ſanationem. Calculum coaleſcere ex materia craſſa albeſcente cum urina egeſta, quam viderit in aëre arenam efficere. Exempla, ubi calculus a morte in veſica repertus eſt, quem chirurgi non potuerant detegere. Tumores curati, etiam ſcirrhi & ſtrumæ. Sic ulcera varia.

In *Epiſtolarum* L. VI. negat, arenam ſignum eſſe præſentis calculi.

## §. CCLXVIII. VARII.

DOMINICI PANAROLI, Romani, & in urbe medicinæ Profeſſoris, *Jatrologiſmorum, ſ. obſervationum pentecoſtæ quinque* Rom 1652. 4. *. Hanau 1654. 4.* Caput trajectum globo ſtlopetario, æger ſanatus, non additis tamen auxiliis, quibus tam grave vulnus ſuperatum fuerit. Scrotum amiſſum reparatum. Arteriotomes utilitas in phrenitide per experimenta confirmata. Ab ictu lapidis pectore excepto triduana aphonia, copioſa ſanguinis miſſione ſoluta. Calculus ſub oculo natus, per os ejectus, an forte in viis lacrumarum coactus. Qui ab aranei morſu ſeptimo die interierit.

In *Pentecoſte* II. hernia umbilicalis congenita. Petroleum calculum renalem frangere, non quidem veſicæ calculum. Mors ſubita ex arteriæ axillaris anevryſmate, per carnem ſolidam quidem & cartilagineam conpreſſa, ut ſanguinis in venæ ſine pari ramis maxima copia reſtagnaret. Opiſthotonus a pedis vulnere.

Contra abdominis paracenteſin. Mors a repetito catheteriſmo. Vita diu ſuperſtes, cum ſecunda dorſi vertebra luxata eſſet. Surdus & mutus a lapſu decimo quinto die convaluit. Femina, cui brevi temporis ſpatio quadringenti calculi per urethram deceſſerunt.

*Pentecoſte* III. Carunculas putat a ſeminis vi erodente naſci. Quæ feminæ calculo renali laborant, eas fere in graviditate perire. Ad ambuſtiones nihil certius eſſe luto continuo admoto. Labenti inter ambulandum tendo tibiæ extenſor ruptus. A levi vitio gangræna ad corpus uſque calloſum penetrans. Spiritum vitrioli ad calculum laudat. Superſtitioſus in calculi ſectione conſtellationes malignas metuit.

*Pentecoſte* IV. A veſicatorio medicamento vulnuſculo a venæ ſectione nato admoto hæmorrhagia funeſta. Folia aloes trita ſtrumas diſſipare. Furunculus (Anthrax) in dorſo lethalis. Veſicatorio emplaſtro ad ſuturam coronalem admoto ſanata epilepſia. Contra cauterii in nucha adverſus epilepſiam nimis frequentem uſum.

*Pentec.* V. Calculus inteſtinalis. Terebratione ſincipitis dolor capitis ſublatus. Calculi per tres menſes in urethra retenti. Per abſceſſum in lumbis ſubnatum felici eventu calculi exierunt, quare noſter ſuadet, ut naturæ ductum chirurgi imitentur.

WOLRATH HUXHOLZ *Unterricht der Hebammen* Caſſel 1652. 8. GRAU.

GERHARD GELMAN, chirurgi principis Epiſcopi Herbipolenſis, *dreyfache chirurgiſche Blumen nebſt neunzig Fragen aus der Anatomey, verwundungen und arzneyen* Francfurt 1652. 4. *. 1680. 4. RINCK. Vulnera pectoris, artuum. Pauca habet propria. Eſſe ubi ſanguine ſub calva effuſo oculi ſugillentur. Rariſſimam eſſe contrafiſſuram. Acceſſit anonymi de trepano libellus.

J. HEUNII *de hirudinum uſu & efficacia* Greifswalde 1652. 4.

In PROSPERI MARTIANI *magno* HIPPOCRATE Venet. 1652. fol. * paſſim aliquæ chirurgici argumenti adnotationes reperiuntur.

P. STOLLII *quæſtionum eruditarum & paradoxarum ſylva* Baſil. 1652. 4. Vulnera cordis non eſſe lethalia.

Cum opuſculis *quibusdam phyſiologico medicis* JOHANNIS RIOLANI in Germania 8°. abſque anno excuſis continetur CAROLI ARTHURI PLESSII, medici Abrincenſis, hiſtoria proprii morbi, abſceſſus nempe veſicæ urinariæ, in quo fruſtra aliis auxiliis adhibitis, tandem ad veſicæ inciſionem ventum eſt, cujus felix fuit eventus, educto pure, lotii viis apertis. Data eſt a. 1651. Prodiit etiam cum *Enchiridio anatomico pathologico* Paris 1658. 8. *.

In eo *Enchiridio*, cum morbi cujusque partis corporis humani anatomicæ deſcriptioni ſubjiciantur, chirurgica etiam mala occurrunt. Renum calculum, ſi apoſtema ſe extulerit, poſſe cauterio admoto, natura monſtrante viam educi, non alias. Cavitatem duplicem veſicæ ad latentem in uretere calculum reducit.

Et

Et punctionem veſicæ in hypogaſtrio indicat, & inciſionem, quæ fit in perinæo, cum cathetere intus relicto, ante centum annos Pariſiis inſtitutam. Duriter HILDANUM, longe plura expertum, refutat, & lithotomiam a NURSINIS ſolis & a Pariſinis recte vult adminiſtrari. Sic in ea urbe hypopyon perforata tunica cornea feliciter curari. Poplitum vulnera fere perniciem inferre.

In magna *anatome* paſſim aliqua ſparſa habet. Polypos narium vidit per totos quadraginta annos ſingulis menſibus reſectos, & elapſam veſicam hernia vidit feciſſe.

## §. CCLXIX. JOHANNES SCULTETUS.

SPIGELII diſcipulus, Phyſicus Ulmenſis, qui & ipſe manu ſua ſolebat mederi. EJUS celebre opus eſt *χειραποθήκη, vel armamentarium chirurgicum* XLIII. *tabulis æri inciſis exornatum*, opus poſthumum, cum a. 1645. obierit, curante cognomine fratris filio Ulmæ 1653. fol. editum LIND 1655. fol. ENDTNER Haag 1656. 8. *. Venet. 1655. 8. alii 1665. Francfurt 1666. 4. 58 tabb. BOEHMER. Amſterdam 1663. 8. 1669. 8. 1672. 8. *. Leid. 1741. 8. *. 2 vol. cura J. CHRISTOPH SPROEGEL, unica tabula auctum, & mutato ordine.

Gallice Lion 1675. 4. 1712. 4. 2 vol. ſi cum titulo *l'Arſenal de chirurgie.*

Germanice *wundarzneyiſches Zeughaus* Francfurt 1666. 4. 1679. 4. vertente J. MEGERLIN.

Belgice Dordrecht 1657. 1670. & auctius curante Gerardo v. DICTEN Leid. 1748. 8.

Duplex eſt opus. Pars prima proprie armamentarium eſt chirurgicum, quo inſtrumenta continentur, quæ eo ævo innotuerant. Paſſim aliqua peculiaria habet, ut cultellum, quo NURSINOS herniotomos utentes vidit. Forceps deceptoria idem eſt genus cultelli, quod vocant *biſtouri caché*, ad ſinus aperiendos excogitatum. Cereos habet, & cochleam ad conprimendam arteriam excogitatam.

Una modum indicat, quo inſtrumenta adhibere oporteat, & paſſim rudiores aliquos chirurgos corrigit.

Interpoſuit ſuis inſtrumentis paſſim obſervatos eventus; ut tibiæ, quam corruptam extraxit. Fracturæ complicatæ cruris felix curatio. Cranium depreſſum extrema lamina ſalva, de interna ſquama in meningem infixa. Bis in Italia vidit ſuffuſionem manu curari, raro eo ævo ſpectaculo. Sagacitatem SPIGELII laudat, qui cauſam & naturam ozænæ ex inſerta turunda divinavit, cujuſque conſilio noſter locum carioſum igne emendavit admoto, qua curatione & alias feliciter dicit ſe uſum. Herniam Nurſinorum more caſtratione ſanatam deſcribit. Ingenue fatetur, de cancro forfice exſciſſo reliquum ſe feciſſe tuberculum, ex quo malum recruduerit. Fungum in genu curavit. Eodem candore errorem in varice ſecando a ſe commiſſum indicat. Multa atheromata & tubercula varicoſa, alias integra cute, alias aperta, etiam oſſea feliciter ſuſtulit. Parvi tumores cyſtici enucleandi,

magni excidendi, reliquiæ ſi quæ fuerint eſcharoticis abſumendæ. Inſtrumentum extendendis artubus & ſuperandæ ancyloſi aptum rimas cranii poſſe ſanari, etiam penetrantes. Depreſſiones in pueris curatione non egere.

Altera pars operis *Centuria* eſt *obſervationum chirurgicarum*, totidem nempe curationum a SCULTETO peractarum. In capitis malis audacter & feliciter trepano uſus eſt, etiam valde ſero admoto, ex cujus neglectu ſecutas frequentes mortes recenſet. Magnam etiam depreſſionem eo auxilio ſuperavit. Cauſa vertiginis ovis in abſceſſu cerebri detecta. Vulnus falcis curatum. Iterum depreſſio cranii cum fiſſura laminæ interioris, exteriori integra. Fracto cranio tamen poſſe oſſicula ceraſorum morſu frangi. Fungum palati excidit. Amauroſis ſetaceo ſuperata. Depreſſio in adulto cranii non fiſſi. Graviſſimum pectoris vulnus laborioſæ ſanatum. Fiſtulam thoracis acu pertuſam pure liberavit. Empyema thoracis apertione ſanatum. Sanatum vulnus diaphragmatis & ventriculi. Lapis urethræ ſolis emollientibus eductus. Tibia corrupta exemta. Arteria læſa cochlea impreſſa ſanata. Carbunculorum curatio. Prope anum ignem felici eventu admovet. Cancer exulceratus amputata mamma ſanatus. Paracenteſis felix, cannula in vulnere relicta. A concuſſione forti capite pendulo ſerotina magna mala, etiam paralyſis ſanata.

In editionibus poſterioribus & Amſtelodami 1669. 8. * decem tabulæ acceſſerunt, in quibus icones aliquæ inſtrumentorum nuper inventorum, etiam operationum continentur. Heredibus auctores tribuit editor, ſed mera eſt compilatio: inventa etiam continet ſculteto nuperiora.

Inde *appendicem ad armamentarium* addidit J. B. LAMZWEERDEN Amſterdam 1671. 8. *. Belgice Leid. 1741. 8. tum etiam latine. Primum varii ſunt tractatus, de transfuſione, de cerebro, de oculorum humoribus reparandis; deinde inſtrumentorum & adminiſtrationum delineationes. Porro centum quinque curationes chirurgicæ, quas tamquam ſibi aut amicis viſas narrat; ut tamen dudum ab ALMELOVEENIO, tum a MORGAGNO ſit adnotatum, alienis hiſtoriis, & potiſſimum PETRI de MARCHETTIS adnotationibus, mutatis nominibus J. BAPTISTAM uſum eſſe. Multas & graviſſimorum malorum capitis hiſtorias hic reperias, ipſius etiam calloſi corporis. A turunda inmiſſa in thoracis vulnus epilepſia. Hepatis apoſtema. Fiſtula colli veſicæ, ſphaceli ſcroti, hydrocephali externi, gangræna duræ meningis, vulnera inteſtini curata. Tumores cyſtici maximi reſecti. Anaſarca ſcroti ſetaceo ſanata. Suctio vulneris jam tum in thorace tentata, neque infeliciter. Acus per ſeptenninm in carpo circumgeſta. A fractura cranii paralyſis alterni lateris. GUENELLONI hypopyon perforatione ſanatum. Oleum ſulfuris ad cariem valde laudat. Tumor enormis de arteria pendens feliciter abſectus. Perforatus in hypopyo oculus acu conica BURRHI. Inſtrumentum CASSERIANUM ad cauteria, pyxis nempe ex qua lamina candens expellitur.

*Auctarium II.* continens PETRI HADRIANI F. VERDUYN chirurgi Amſtelodamenſis *obſervationes a* J. TILING *e belgico latine verſas* Leid. 1693. 8. *. Multæ harum curationum patris ſunt HADRIANI. Curationes gravium malorum. Vulnus

nus capitis poſt annos denique lethale. Scrofula ex mamma exciſa. Gangræna ex frigore curata. Abſceſſus hepatis: alter ex cauſa interna apertus ſanatus, alter funeſtus. Pluſculi tumores glanduloſi ſumma felicitate exciſi. Arteria temporalis ad curandum intolerabilem capitis dolorem ſecta &c. Curationes ſunt XXII.

## §. CCLXX. Varii.

Petrus Borellus (Borel), Caſtrenſis, medicus & literator, rerum rariarum & admirandarum cupidus, ſcripſit *centurias quatuor hiſtoriarum & obſervationum medico phyſicarum* Caſtris 1653. 12. Paris 1656. 8. (in Lind.) Francf. & Leipſ. 1670. 8. & 1676. 8. *. Breves ſunt, neque ſatis plenæ obſervationes, neque ſemper ſeriæ. Hydrocele inciſione ſanata, eductis fere duabus aquæ libris. Calculi varii. Ab hirudine deglutita hæmoptoe, plane ad Galeni ſenſum. Capitis viperæ mortuæ morſus funeſtus. Empyema ſponte ruptum. Morbus a rabidi canis morſu diu latens, & tamen denique funeſtus. Rabies a lupi morſu pariter funeſta. Cereo ſanatæ carunculæ. A clavo pedis reſecto mors. Morbus carbuncularis haud longe Caſtris frequens. Lapides ſub lingua. Spina per annum in digito hærens. Trepani foramini nullum os ſubnatum ut cerebri motus perpetuus conſpici poſſet. Cerebellum per orbitam læſum. Extracta magna ſquama oſſea, ſanguis qui cerebrum compreſſerat feliciter emiſſus. Mictus ſanguinis ob veſicatoria diutius occipiti admota. Felix hydropicæ feminæ paracenteſis. A ſinapiſmo gangræna. A tormento bellico utraque ſcapula ſuis cum carnibus ablata, ut cor nudum liceret conſpicere, ſanatus tamen ſaucius. Alumine compreſſæ hæmorrhagiæ. Sedem cataractæ in lente cryſtallina poſuit.

Georg Frid. Laurentius, medicus Hamburgenſis, in *Exercitationibus in nonnullos minus abſolute veros* Hippocratis *aphoriſmos* Hamburg 1653. 4. *. tetigit pluſculos chirurgicos & clarorum virorum adnotationes collegit, addidit ſuas, ut oſtenderet, non poſſe Aphoriſmos eos tanquam perpetuas leges admitti. Ad Chirurgiam pertinent, quæ dicit de ſabuloſis in lotio, calculum veſicæ non certo prodentibus: de pure in urina & ſanguine, non indicante veſicæ ulcus. Omentum elapſum non neceſſario putreſcere.

Baldassar Timæus v. *Guldenklee*, medicus Colbergenſis, in bello tricennali celebris clinicus. Ejus ſunt *opera medico practica* Lipſ. 1677. 4. 1715. 4. * edita. Eo volumine continentur *caſus medicinales praxi triginta ſex annorum obſervati* prius excuſi Lipſ. 1662. 4. 1667. 4. Ex ulcere pedis cæcitas. Calculus ſub lingua ſponte proſiliens. Cancer ex labio fiſſo ſanatus. Magnus calculus hydromellis uſu curatus. Magnus & funeſtus calculus. Teſticuli inflammati cum periculo exſecti. Cancer mammæ plumbeorum præſidiorum uſu multis annis pene innocuus. Cancer labii feliciter exciſus. Sic in axilla ſtruma. Ex repreſſo ulcere & alias eryſipelate funeſta gangræna. Cerebrum inciſum bono eventu. Ex ictu veſpæ, ex deglutita hirudine magna ſymptomata. Demorſus a cane rabido, vulnere

profunde ſcarificato, & ad 40. diem aperto, dato pulvere Palmarii ſanatus homo.

*Epiſtolæ & conſilia* Lipſ. 1665. 4. UFF. Ad calculum renum medicamenta varia, & arcanum ex ſucco potentillæ argentinæ paratum.

*Reſponſa medico poſthuma* Lipſ. 1668. 4. 1677. 4. Vulnus cranii bipenni inflictum illæſis cerebri membranis non per ſe lethale. Sic de aliis vulneribus judicia. Vulnus aſperæ arteriæ ſanatum manente raucedine, & aliud funeſtum. Paracenteſis umbilici multa aqua emiſſa, lethalis. Cæcitas ex clauſo ulcere.

Libellus *de peſte* a fratre CHRISTIANO latine verſus Stettin 1653.

J. STEPHANI *conſiliorum medicorum decades* X. Venet. 1653. fol.

MICH. HEYLAND *de fiſtula* Lipſ. 1653. 4. MENZ.

*Le Medecin charitable avec une ſuite qui traite de la ſaignée, par* DECOMBES Lyon 1653. 1655. 1679.

LEONH. URSINUS *de ophthalmia* Lipſ. 1653. 4. LIND.

JAC. PANCRAT. BRUNO *de ophthalmia* Altdorf 1653. 4. *.

TOB. HOFER *de ophthalmia* Baſil. 1653. 4.

## §. CCLXXI. PETRUS de MARCHETTIS.

Medicus & chirurgus Patavinus, maſculæ chirurgiæ ſtator, a. 1640. & 1641. anatomen cum publico applauſu docuit (a), a. 1652. vero in ea arte cathedram conſcendit, idem eques; chirurgiam vero cum ſuo decore exercuit.

EJUS eſt *tendinis flexoris pollicis ab equo evulſi obſervatio* Patav. 1654. 4. *. Ab equo medius abreptus digitus, longe evulſus tendo profundi flexoris, facile ſanatus, abſque febre vel ſymptomate. Redit inter obſervationes n. 62.

Nonne eadem *nova delineatio & curatio chirurgica edita* a JAC. MARTINI Patav. 1654.

Deinde *obſervationum medico chirurgicarum rariarum ſylloge cum tractatib.* III. *de ulceribus & fiſtulis ani. De ulceribus & fiſtulis urethræ & de ſpina ventoſa* prodiit Patav. 1664. 8. 1675. 8. *. Amſterdam 1665. 12. *. London 1729. vel 1730. 8. ubi additur poſthumas aliquas adnotationes acceſſiſſe; ſed eæ acceſſerant in editione Patavina 1675.

Germanice Nüremberg 1675. 12. 1676. 12. VATER.

Egregium etſi breve opus, 69. obſervationes continet, quæ fere omnes merentur hic laudari, erit autem de paucis dicendi locus. Ut ægrum ex fracta calva & corrupto cerebro laborantem noſter curaverit, tum alterum, filamentis carptis cerebro impoſitis. Laminam etiam vitream cum adnexa dura piaque menengi

(a) TOMASIN p. 30. 458.

meninge & cerebro extraxit, bono eventu. Sic cui ad corpus calloſum uſque cerebrum erat inciſum (quam ipſam adnotationem, neque ſolam, LAMZWEERDIUS exſcripſit). Sic iterum oſſa cum meninge utraque e cerebro educta; ſic alium ægrum ſervavit, cui fungus de cerebro effloreſcebat. Sic a clauſo vulnere epilepticum terebra admota ſanavit; ſic quibus calva erat depreſſa; ſic rima ſcalpro dilatata. Contra, funeſta vulnera capitis, cum vel ſub neglecta fractura, vel ſub integra calvaria, ſanguis aut pus effuſa fuiſſent, vel ſanies ex læſa calva ſub ea erupiſſet duramque membranam conpreſſiſſet. Ab urſa dilaniatum corium capillatum reſtitutum. Non eſſe ſupra ſuturam, ſed neque in vicinia terebrandum. Dolor capitis venereus repetita terebratione ſublatus. Tumor cyſticus ex orbita exſectus oculo illæſo. Sæpe ſe fiſtulam lacrumalem perſanaſſe, inuſto, quod corruptum fuerit oſſe, non quidem eo fine, ut via ad nares aperiretur. Ex orbita fracta pars oſſis per palatum educta. Caro calloſa de ulcere effloreſcente exuſta de naribus: ſic igne ſublata caro, quæ auditorium meatum repleverat, & ſurditatem fecerat. Cancer exulceratus in naſo ſola ceruſſa ſanatus: in labio vero ſcalpello exciſus, ſic maxima ſub lingua meliceris. Lingua a vulnere adhærens ſectione ſoluta: ſtruma inciſione facta enucleata. Fiſtulæ colli ut ſanentur & vulnera. Ad labem ſterni ignis admotus. In vulnere pectoris turundam inmittit; ab ejus tamen uſu epilepſia viſa (aliud furtum LAMZWEERDII). Empyema ex pleuritide inciſione inter quintam & ſextam coſtam ſanatum. Monet ne vulnera pectoris præpropere claudantur. Ex aortæ naſcentis anevryſmate rupta mors ſubita. Omentum ſectum neque ligatum, abſceſſum contraxit, ſanatum tamen: debere vero ligari, deque vulnere filum eminere. Jecoris gibbi abſceſſus tuto ſecari. Inteſtinum in bubonocele læſum ſanatum. Antiquas fracturas ex ſclopetorum vulneribus natas non poſſe ſanari. Uſtione oſſis repetita diuturnum cruris ulcus ſanatum. Fiſtulæ perinæi a gonorrhœa, dilatatæ aut ſectione ſanatæ. Urethra muliebris male pro fiſtula curata. Tendines vulneratos non debere ſui.

In *poſthumis obſervationibus*, vulva vel a nativitate vel a partu unita, aperta. Arenulæ natae in vagina puellæ.

L. *de fiſtulis ani.* Eas dilatat, cultro aperit recto, callum viridi æris & mercurio præcipitato tollit, aut demum igne, quo modo maxima mala curaverit: vulnus deligandum ſolo linteo carpto. Ulcera ani multiplicia pariter funeſta.

De *vulneribus & fiſtulis urethræ.* Caruncula cereis occupat, ne effloreſcant. Fiſtulæ, ſi candelæ reſiſtant, ſecandæ, urendæ.

In *ſpina ventoſa* os corruptum detegendum, caries abradenda eſt, inurenda.

In *Anatomico compendio* Patavii 1654. 4. *, excuſo etiam paſſim chirurgica intercedunt. Uterum omnino de corpore exire poſſe, & aliquoties a ſe ipſo eſſe repoſitum.

§. CCLXXII.

## §. CCLXXII. Varii.

Godfried Welsch, Profeſſoris Lipſienſis, Veslingii diſcipuli, *ſcrutinium fontanellarum* Lipſ. 1654. 4. *.

Ejusd. *de uteri prolapſu* Lipſ. 1666. 4. Heft.

Ej. *rationarium vulnerum lethalium* Lipſ. 1660. 8. *. 1662. 8. Endt. 1684. 8. *. Hall. 1678. 8. Claſſes nempe vulnerum lethalium, & eorum quæ abſolute, aut demum per accidens funeſta ſunt. Judicia ſua de majori aut minori ad inferendam perniciem poteſtate ex Lipſienſium Actis aliisque faſtis forenſibus decerpit, paulo durior, qui inter lethalia etiam ventriculi & veſicæ vulnera numeret. Multa autem ſingularum corporis partium vulnera ſingulatim enarrata reperias. De veneno exſtinctis &c.

Ejus *Hebammenbuch* Lipſ. 1652. 4. *. ſ. Witteb. 1677. 4. Eisenm. Scipionis Mercurii opus eſt Germanice verſum, aliquibuſque auctum adnotationibus diximus.

Conrad Fromman *tractatus medico chirurgicus de gangræna & ſphacelo* Argentor. 1654. Lind.

Petr. Cavelier *de calculo renum & veſicæ* Leid. 1654. 4.

## §. CCLXXIII. Varii.

Hygræus *van de Medycinen en chirurgien* Amſterdam 1655. 4. Rufforth.

Sebast. Scarabicii *hiſtoria bovini cerebri in lapidem mutati, & de lapidis concretione in homine* Patav. 1655. 12. 1678. 12.

J. Sophronii Kozak *tractatus ſpagyrici de phlebotomia & de fontanellis* Brem. 1655. 8.

## §. CCLXXIV. Varii.

J. Daniel Horst, Profeſſoris Marburgenſis, *decas obſervationum anatomicarum* Francf. 1656. 4. *. Aliqua chirurgici ſunt argumenti, ut ſtupor alterni lateris in cerebri abſceſſu. Ecchymoſis ab interna cauſa. Abſceſſus cerebri.

Ipſe quidem auctor medicinam manu ſua fecit, & trepano feliciter uſus eſt reclamantibus ignaris chirurgis *(a)*.

In Christophori Bennet *theatro tabidorum* London 1656. 8. Fonticuli adverſus tabem potiſſimum laudantur, inſtrumentum delineatur, quo vena a ſectione connivens aperiri poteſt, abſque novo vulnere. Inſtrumentum ad vapores ſiccos recipiendos aptum, ligneum, conicum, cavum.

Pacli

(a) Epiſt. ad Fontanum & *obſ.* I.

PAULI MOTHII *caſus chirurgicus perforati thoracis fideliter deſcriptus* Hafniæ 1656. 1658. 1661. 4. cum reſponſione ad S. PAULLI *animadverſionem amicabilem in eum intercalatam.*

* BARTHOLOMÆI BONACURSII *opuſculum de malis externis* Bonon. 1656. 8. PLATN.

ABRAHAM LINCOBSON FOX *experimental treatiſe of ſurgery* London 1656. 8. Verſionem eſſe operis WURZIANI.

HENRICH MASON *extract from an old treatiſe on ſurgery* London 1656. Leid. 1754. 8. Ex F. WURZIO, qui agarico uſus ſit.

J. NARDII, Florentini, *noctes geniales* Florent. 1656. 4. *. Multa ſunt, quæ huc revoces. In Nocte III. apologia de gangræna. In gangræna partem adfectam vivere, non in ſphacelo. Theoria cæterum mera. In L. VII. aliqua reperias contra MAGATUM. Tum de anevryſmate. CELSI denique lectiones ex veteri codice ſumtas, & cum ROBERTI CONSTANTINI lectione comparatas, huc referas.

NIC. CULPEPER *laſt legacy* Lond. 1656. 8. *Teſtament begreiffend allerhand ſeltſame experimenten insbeſondre in der Arzney und Heilkunſt* Hamburg 1675. 8.

EJ. *Director obſtetricum, ſ. conductor mulierum in earum conceptione, graviditate & nutritione infantum* Anglice Lond. 1681. 8. 1700. BUR.

IRVINE *medicina magnetica, or the art of curing by ſympathy* London 1656. 8.

MICHAELIS LYSER, qui inciſor fuit THOMÆ BARTHOLINI, *de ſphacelo cerebri* Lipſ. 1656. 4.

In *obſervationibus medicis*, quæ cum ejus *cultro* Hafniæ 1665. 1679. 8. * prodierunt, aliquæ chirurgici ſunt argumenti. Ab ortu ſurditas. Ulcera aurium &c.

JAC. ISRAEL *de phlebotomia & arteriotomia* Witteberg 1656. 4.

FR. GUENAULT & FR. BOUGONNIER *E. inflicto externis partibus magno vulneri ſuccedit abſceſſus internarum* Paris 1656.

## §. CCLXXV. VARII.

PAULI BARBETTE, Medici Amſtelodamenſis, *chirurgia, ſ. heelkonſt na de hedendaagze practyk beſchreeven* Amſterdam 1657. 12. * 1658. 12. (quæ editiones non videntur differre), 1663. 12. Amſt. & cum obſervationibus J. MUYS &c. 1693. 12. & *in operibus chirurgico anatomicis medicis* Leidæ 1672. 12. *. 1678. 12. inque *operibus omnibus medicis & chirurgicis* Genev. 1682. 4. 1704. 4. cura MANGETI excuſis. Forte & prius prodierat, nam dedicatio eſt anni 1655. Gallice *la pratique de chirurgie enrichie & augmentée de pluſieurs remarques & hiſtoires par*

J. Manget Lion 1693. 12. 3. vol. *& œuvres chirurgiques & anatomiques* Genev. 1674. 12. Trew. 1675. 8. Lion 1687. 12. Heister. Germanice vertente Scheffero Francfurt 1673. 8. 1677. 8. Tr. 1683. 8. 1694. 8. Trew. 1700. Trew. 1718. 8. vertente Paulo Jacobo Waldschmidt. Anglice *chirurgical and anatomical works* London 1675. 8. Italice Venez. 1696. 12. Hænel.

Clinicus non minimæ famæ, neque anatomes imperitus. Breve dedit compendium, neque incommodum, neque bona fruge caſſum. Tendines retractos extendit pondere geſtato, decocto emolliente. Peritonæum in hernia vix unquam rumpi. Hernias dari infra umbilicum, ad ejus latera, & longe ſuper inguen, quales ſint pro abſceſſu habitæ. Frenulum linguæ ſolvere perraro neceſſe videri. Paracenteſin faciendam in muſculo obliquo deſcendente, ad recti muſculi latus. Inſtrumentum, canulam nempe perforatam cum acu, Jacobum Blokium ex Italia retuliſſe, ſe perfeciſſe, quam parum bene delineat: ipſa vero canula cuſpide eſt lanceolata.

In *praxi* aliqua huc faciunt, ut de uteri procidentia, anevryſmatibus a quibus caries claviculæ. Uterum vix elabi, ſed ejus membranam internam.

In *anatome practica* Belgice 1657. 8.* 1663. 8. Latine 1672. 8.* & alias edita, quæ pars eſt chirurgiæ, cum partibus corporis humani etiam morbi chirurgici eorumque curationes recenſentur. Ligamenta ſenſu carere. Bronchotomen commendat, de arteriotome deſperat.

Ralph Williams, clerici, *receipts of phyſic and ſurgery* London 1657. 8. Sarry.

Oswald Grembs *arbor integra & ruinoſa hominis* Francofurti 1657. 4. 1671. 4. *.

Guilielmi Cavendish, *Marquis* in Newcaſtle, *general ſyſtem of horſemanship* Lond. 1657. fol. 1743. fol. & alias. Ob morbos equorum.

Charles Neveu *aphoriſmes & canons de chirurgie* 1657.

Ludov. Clueyrat *tractatus de vulneribus capitis* Toloſæ 1657. 8. Bur.

Matthias de Lara Gil, Aſinadanus, Caroli II. chirurgus *Practica de fuentes, ſus utilidades, modo de nocer las, con muchas advertencias* Madrit 1657. 1671. 4. C. de V.

Marcus Garcia, in Noſodochio Madritenſi chirurgus, *honor de la medicina aplauſo de la chirurgia Caſtillana, la fama de* Pedro Fernandez Madrid. 1657. 8. C. de V.

Gilles le Bel & J. B. de Revelois *E. contuſæ calvæ terebra* Par. 1657. recuſ. 1754.

Claudii de Prades & Edm. Charrier, *E. veſicæ calculo κυςοτομια* Paris 1657.

§. CCLXXVI.

## §. CCLXXVI. Varii.

J. Jacobus Wepfer, Scaphuſinus, vir ſummus, & maximus clinicus, paſſim chirurgica etiam adtigit. In ejus l. *de locis adfectis in apoplexia* etiam *hiſtoriæ apoplecticorum* reperiuntur Scaphuſ. 1658. 8. *. Amſterdam 1724. 4. *. Paſſim de capitis vulneribus funeſtis aut non funeſtis egit. Cui a ſecuris ictu ſanguis per aures effluxerat, valetudo integra abſque trepani uſu eſt reſtituta. Ex impacto capite calvaria integra, ſanguis funeſto eventu per cerebrum effuſus. Varii ab illiſo capite mortui, etiam cui paralyſis alterni lateris ex fiſſura calvæ. A vulnere enſe inflicto ſero ſymptomata ſupervenerunt, mors ſucceſſit, dura meninge inflammata & ſub ea effuſo ichore & ſanguine. Cranio fiſſo, ſanguine ſuper cerebrum effuſo, ſanatus alius. A globo ſtlopetario cerebrum feriente occiſus, ſanguinem in vaſis pectoris & abdominis vix ullum habuit. Per orbitam inflictum vulnus lethale, ſanguis ſub cerebro & cerebello effuſus. Vertiginoſa jumenta curata perterebrato cranio, hydatidibus fiſtula exſuctis. Ab ictu lapidis calva, ut videtur integra, torcular ruptum, effuſus per cerebrum ſanguis. Sic in alio exemplo ſquama de cranio defracta duræ membranæ infixa paralyſis lateris obpoſiti.

In tr. *de cicuta aquatica* Baſ. 1679. 4.* 1715. 4.* & alias edito, alia quidem tractantur; miſcentur tamen etiam hic aliqua chirurgica. Caro pone urethram virginis enata, uſtione ſublata. A cancro etſi ſummos excitante dolores, tamen nullas convulſiones cieri. Hiſtoria ſarcoceles cancroſæ malo effectu ab herniotomo tractatæ. Parotis cancroſa. Sphacelus pedis funeſtus poſt hypercatharſes. Cancrum facillime alio in loco repullulare. Chirurgus Gauthier tendines diſſecabat.

*Obſervationes medico practicæ de affectibus capitis internis & externis*, *ſtudio nepotum* Bernhardini & Georgii Michaelis Wepfer Scaphuſiæ 1727. 4. * editæ, plurima etiam chirurgica continent, & vulnera quidem atque contuſiones numeroſas capitis. A pugno oculo impacto, nulla parte læſa vel calvæ, vel cerebri neque effuſo uſquam cruore mors. Ab alapa utique ſanguis cum ſero in totum cerebrum diffuſus. Ab ictu, cum delirium adeſſet, trepano admoto æger ſervatus. Calvæ fractura exemtis oſſibus depreſſis bene curata, ut mortem, quæ poſt duos menſes ſupervenit, abſque vitio cerebri ingruiſſe compertum ſit. Fiſſuræ a lapſu, ſymptomata ſerotina, & neglecta terebratione mors, effuſo ſanguine circa cerebrum. A lapſu fiſſura, mors per convulſiones, ſanguis effuſus. A capitis vulnere diuturnæ convulſiones, tamen ſanatæ. Neglecta calvariæ fractura funeſta. Inciſum cerebrum in homine ebrioſo, convulſiones, ſanatio per annum dilata, & tamen reparata ſalus. Iterum vulnus cerebri ſanatum; funeſtum alterum, cum nihil tentatum eſſet maſculi. Omittimus morbos oculorum, aurium, narium, in iis ſcirrhos, calculos, ſcrophulas, quas inter exemplum eſt feliciter exciſæ.

Apud Straussium enormis meliceridis reſectæ hiſtoria. Fetus per umbilicum excluſus.

In E. N. C. *Dec.* II. ann. 5. *obſ.* 150. memorabilem hiſtoriam dat uteri prolapſi, & exciſi, quam putes potius fuiſſe vaginam. De eodem malo ann. VII. obſ. 54.

*Ann.* VI. *obſ.* 119 tumores cyſtici per omnes tres ventres diſperſi.

*Anni* X *obſ.* 170. 171. 172. tria exempla inteſtini eventu non lethali lacerati.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 186. Vox vitiata ex fiſſura cartilaginis ſcutiformis.

§. CCLXXVII. Varii.

*Unterricht für die Hebammen* Gotha 1658. 4.

Samuel Hartlib *medical and chirurgical adreſs* Lond. 1658. 12. parvi momenti.

Martini de Arredondo *Albeiteria* Madrit 1658.

*Treatiſe of phlebotomy with the uſe of cupping glaſſes and leeches* London 1658. 8.

Eus. Renaudot & Mich. Denyau *E. arthritidi conveniunt pyrotica* Paris 1658.

Bertin, Deuzivoye & Fab. Perreau *E. conglutinandis tenuium inteſtinorum vulneribus parciſſima diæta* Paris 1658.

§. CCLXXVIII. Varii.

Joh. Merlet *opuſcula medica duo, quorum unum eſt de cauteriis* Paris 1659. 12. Bur.

Josephi Galiani *idea del cavar ſanguine* Panorm. 1659. 12. & alias Manget.

Countess of Kent *ſecrets in phyſik and ſurgery* Lond. 1659. 12. Heister.

J. Conrad Wechtler *homo oriens & occidens* Francfurt 1659. fol. *. Spiſſum volumen collectarum diſputationum, cujus in ſecunda parte chirurgia continetur, tota collectitia.

Franc. Straselius *de calculo renum & veſicæ* Leid. 1659. 4. Riv.

Ludovicus Bils in *epiſtola Reſponſoria ad* Tob. Andream de experimento agit in cane facto, cui arteria ligata tertio menſe contracta & anguſta viſa, & eo loco tuberculum repertum eſt

Anton. Ulr. Gosky *de vulneribus* Argentor. 1659. 4. Heist.

Constantin. Ziegra *contra οπλιατρειαν* Witteberg 1659. 4. Heist.

§. CCLXXIX. Varii.

Hieronymus Bauhinus *de odontalgia* Baſil. 1660. 4. Platn.

J. Antonides v. der Linden *in meletematibus medicinæ Hippocraticæ* Leid. 1660.

1660. 4. * paucis chirurgiam adtigit. Sic in *phyſiologia.* Scrotum ſeparatum, calculus maximus per urethram expulſus.

Inter *miſcellanea* habet etiam aliqua de calculo renum, cranii fracturam, ubi negat dari contrafiſſuram præter eam tabulæ internæ, demum de vulnere thoracis.

MARCUS MAPPUS *de gurgulionis prolapſu* Jen. 1660. 4. *.

EJ. *de dolore nephritico* Argent. 1672. 4.

EJ. *de fiſtula genæ terminata ad dentem carioſum* 1675. 4. *.

TOBIAS BAUMGARTNER *de vulneribus capitis* Baſil. 1660. 4. *.

HONORATI MARIÆ LAUTHIER *prodigium* diximus B. anat. I. *p.* 483. Aquis ſextiis 1660. 4. editum.

Hoc anno Noribergæ minus *theatrum ſympatheticum* prodiit 12. *, quo DIGBÆI, PAPINII, HELMONTII, ERICI MOHYI libelli continentur.

In WALÆI *operibus* London 1660. 8. * editis practica medicina continetur, morbique traduntur a capite ad calcem, interque eos aurium nariumque morbi, cancer, ſuppuratio, alia.

## §. CCLXXX. VARII.

STEPHANI RODERICI CASTRENSIS Luſitani, Profeſſoris Piſani, *de natura muliebri, ſ. diſputationes & lectiones Piſanæ* Hanau 1654. 4. Francfurt 1668. 4. * edente filio FRANCISCO. Poſthumæ prælectiones anni 1634. huc non faciunt.

Sed *Syntaxi prædictionum medicarum* Lion 1661. 4. pariter a filio editæ acceſſit *Elucubratio de chirurgicis adminiſtrationibus.*

GASPAR REIES FRANCO, Evoranus. EJUS eſt *Elyſius jucundarum quæſtionum campus* Bruxell. 1661. fol. Francfurt 1679. 4. *.

Grata in centum his capitibus eſt varietas, neque nulla lectio; multum tamen ſcholaſticarum opinionum, nimia etiam credulitas. Aliqua huc referas, ut quæſtionem de ſanguinis a morte hominis profluxu in conſpectu occiſoris. De ſectionis venæ pone aures efficacia in producenda ſterilitate. De malo contagio veneni canis rabidi. An dentur remedia lithontriptica, quæ omnino rejicit. De puellis atretis. De acuum & ferramentorum in alias corporis ſedes migratione. Emphyſema a pectoris vulnere: fabella de morte ex tabo manus putridæ in faciem adſperſo. Fuiſſe feminam, quæ oſſa fetus poſt morbum evomuerit. Cataracta ſponte evaneſcens.

GEORG SEGER *de anevryſmate venarum, ſ. varicibus* Baſil. 1661. 4. MENZ.

EJ. de renum & veſicæ exulceratione obſ. E. N. C. an. I. obſ. 16.

A. II. obſ. 9. ambuſtione ſublata epilepſia.

Obſ. 23. mors die 15 ex iſchuria & calculo renum.

Obſ. 121. ſarcoma prolapſo utero ſimile.

Ann. III. obſ. 199 mors ex neglecto vulnuſculo cranii.

Obſ. 227 relatio de rene calculoſo.

Ann. VIII. obſ. 33 prolapſus cartilaginis mucronatæ.

DUREY *de ſtupendo & lugendo infortunio ex lupo rabiente narratio veriſſima* Divione 1661. 8. MEAD.

GABRIEL CLAUDER in *epiſtola ad* MARCUM RUYCH *de obſervatione anatomico medica mirabili* Patav. 1661. 4. * excuſa, habet omenti & ventriculi cum parte pancreatis in pectus per foramen diaphragmatis migrationem abſque vulnere factam.

PHILIPPI GRULING *de calculo & ſuppreſſione urinæ multis exemplis, obſervationibus & notis illuſtratus* Northuſ. 1661. 4.

EJUS *tr. von Weiberkrankheiten herausgegeben durch Herm* BEHRENS Leipzig 1720. 4.

EJ. *de triplici in medicina evacuationis genere, de venæ ſectione. ſcarificatione hirundinibus, fontanellis* Lipſ. 1671. 4.

## CCLXXXI. P. AMMAN.

PAULUS AMMAN, Profeſſor Lipſienſis, acuti vir ingenii & critici.

EJ. diſp. *de rabie, ſ. hydrophobia* Lip. 1662. 4. RIV.

EJ. *de cancro mammarum* Lip. 1669. 4.

EJ. *de lithiaſi renum & veſicæ* Lipſ. 1669. RIV.

EJ. *de ſpina ventoſa* Lipſ. 1672. 4. MENZ.

EJ. *de reſonitu, ſ. contrafiſſura cranii* Lipſ. 1674. 4. cum conſilio de emendatione inſtitutionum medicarum. Omnino locum habere reſonitum, & in diſſitum, & in alteram laminam.

EJ. *medicina critica, ſ. centuria caſuum in facultate Lipſienſi reſolutorum, variis diſcurſibus aucta* Erford. (potius Rudolſtatt) 1670. 4. *; emendatius Stadæ 1677. 4 *, quam editionem CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULINI latine reddidit. Reſponſa facultatis PAULUS acceperat a JOHANNE MICHAELIO, partim antiqua ab anno uſque 1516, partim nova: in ea prælegerat, eademque nunc edit: ipſe ex locis communibus ſimiles caſus ſuaſque addit adnotationes. Caſus breviter narrantur, reſponſa ſæpe a noſtris opinionibus aliena. Ita medullæ ſpinalis vulnus pro non lethali declaratur. Obſtetricem excuſant, quæ ob ſitum aliquantum vitioſum non potuerat fetum educere. Iterum pro non lethali ictus, a quo lamina calvariæ interna introrſum fracta, cerebrum corruptum, die quinto alterius lateris paralyſis, convulſiones, mors. Ob ſarcocelen pro *inhabili* renuntiatus. Contra, vulnus tendinis ſupra genu, pro lethali: Vulnus ſtlopetarium craſſi inteſtini mortem non intuliſſe neceſſario. Sæpe ob aliquem in cadaveris inciſione defectum ampliant, ut in ventriculi vulnere, cordiſque. Puerum calculoſum abſque inciſione poſſe ſanari.

Ali-

Aliqui ſingulares caſus. Recutitionem locum poſſe habere : ſuperſtitioſam herniæ curationem recte condemnant.

Paſſim non inutiles adnotationes intercedunt. Luxatio femoris ab interna cauſa.

Ordo medicus Lipſienſis continuo *præliminarem excuſationem* edidit, *qua caſuum & reſponſorum ſuorum editionem juſto dolore proſequitur* Lipſ. 1670. 4. *. Et de revelatione ſuorum arcanorum queritur, & de AMMANI adnotationibus.

EJUSD. *praxis vulnerum lethalium ſex decadibus hiſtoriarum rariorum, ut plurimum traumaticarum, cum cribrationibus ſingularibus adornata* Francofurti 1690. 8. RIV. 1701. 8. *. Hi caſus, non omnes quidem chirurgici, iterum ex actis facultatis Lipſienſis ſumti ſunt. Noſter rigidus juſtitiæ amator, ſycophantiam acriter increpat eorum, qui omni culpæ impunitatem ſua relatione vendebant. Qui has relationes ſcripſerunt, ii quidem plerumque omnes reorum fuere excuſatores.

EJUSDEM *irenicum* NUMÆ POMPILII cum HIPPOCRATE, *quo veterum medicorum & philoſophorum hypotheſes in corpus juris civilis pariter ac canonici hactenus tranſſumptæ a præconceptis opinionibus vindicantur* Frf. Lipſ. 1689. 8. *. Quæſtiones variæ ad medicinam forenſem & ad chirurgiam ſpectantes. De lege regia imperante inciſionem feminæ partui vicinæ. De erroribus obſtetricum. Sarcocele, hypoſpadiaſis, alia vitia conjugium dirimentia. An ſectio venarum ad aures ſteriles reddat. Cadaverum cruentatio ad præſentiam occiſoris. Contra caſtrationem.

ANT. RUFFIN & J. B. FERRAND, *E. rabidis mare* Paris 1661. 4.

HENNING GREGORIUS de *cancro mammarum* Frauecker 1661, 4. *. HEIST.

## §. CCLXXXII. VARII.

THEATRUM *ſympatheticum auctum exhibens varios auctores, de pulvere ſympathetico & de unguento armario* Noriberg. 1662. 4. *. Pleroſque ſcriptores diximus, quorum opuſcula hic collecta habentur. Supereſt J. MATTHÆI, Profeſſoris Herbornenſis, *Enodatio quæſtionis : An unguentum armarium ad curanda vulnera aliquid conferat.* Negat conferre.

Deinde CHRISTOPHORI NICOLAI & JACOBI BÜRLIN *de pernicioſo Paracelſiſtarum hoplochriſmate diſp.* Altdorf 1662. 4. Titulus mentem auctoris exponit.

ANTON. DEUSING, Prof. Groningani, *pulveris ſympathetici examen* Groning. 1662. 12. Magnus & verboſus libellus, defenſoribus hujus pulveris obpoſitus.

PLILIBERT JONDAT *de la ſaignée* Paris 1662. 12. RAST.

J. JAC. VOLMAR *de luxationibus* Baſil. 1662. 4, recuſa in *Noſodochio Academico* VALENTINI.

J. AD. BEZA *de polypo narium* Argentor. 1662.

RICHARD BURTHOG *de lithiaſi & calculo* Leid. 1662. 4. *.

J. JAC. BAUHIN *de calculo renum* Baſil. 1662. 4.

§. CCLXXXIII.

## §. CCLXXXIII. H. v. Roonhuysen.

Henrici v. Roonhuysen, chirurgi Amſtelodamenſis, *genees en heelkonſtige aanmerkingen betreffende de Gebrecken der Vrouwen* Amſterdam 1663. 8. * 1672. 8. Germanice *Heilcuren &c.* Nürnberg 1674. 8. 2. vol. * Anglice cum J. Bontio London 1676. 8.

Caput primum eſt de Cæſareo partu, quem commendat, & ad objectiones reſpondet, denique exempla felicium curationum colligit. Uterus ruptus. Fetus per anum eductus. Fetus oſſa per graviditatem expulſa.

Alterum de vaginæ collapſu, quem confirmat, uterique prolapſum negat locum habere. Exemplum prolapſæ vaginæ, filo adſtrictæ & reſectæ. Cum male pro uteri prolapſu haberetur, imperite pila inſerta.

C. III. de atretis, & imperforato ano, tum urethra & vulva.

C. IV. de rupta veſica. Sanari poſſe credit, quæ a cauſa interna oritur, non eam, quæ ab externa. In partu ruptæ exempla cum funeſto eventu, etiam a lapſu rupta cum lotio plena eſſet.

In Parte *ſecunda* docet, duram membranam accurate ad cranium firmari, hinc neque decuſſorio inſtrumento ſeparari debere, neque trepanum façile admoveri.

C. 2. de capitis fractura.

C. 3. de labio leporino fuſe; de exemto magno fragmento oſſis femoris, ut tamen ſua artui integritas reſtitueretur.

C. 4. de vulnere nervi ſanato.

In quoque capite pluſculæ hiſtoriæ traduntur. Non ſpernendus certe auctor, in formulis quidem multus.

Novum volumen ſecutum eſt Amſterdam 1672. 8. Germanice redditum, & pro primo libro recuſum Nürnberg 1674. 8. *. Adnotationes ſunt quadraginta propriarum majoris momenti curationum. Omnes recenſere non licet, laudes pleraſque. Maximus tumor ad aures amputatus. Sic alii variis locis tumores cyſtici, aliive. Durum anevryſma a Jobo Meekern diu compreſſione tentatum, multa carne obvolutum, noſter diſcidit, ambuſſit, ſanavit. Trepanum noſtri ſimile, corona tamen breviori, ad carioſam calvariam adhibitum, os vitioſum feliciter exciſum. Calva fracta & depreſſa elevata, felici eventu. Frenum linguæ inciſum. Hernia umbilicalis rupta, magnus tumor elapſus, fiſtula ſuperſtes. Alia ejusmodi hernia rupto peritonæo funeſta: alia in puero modo nato, abſurde exciſa. Calcaneus carioſus exuſtus, curatus. Caput recurvum ſectione maſtoidei muſculi correctum. Digitus pedis maximus malleo & cuneo amputatus, quod utique non laudes. Hæmorrhagia penis digito compreſſa, denique curata. Calculi renales per abſceſſum exciſi; ſic duo calculi ſublinguales. Graviſſimum fractæ

&

& depreſſæ calvæ vulnus denique multis fragmentis evulſis ſanatum. Arcus cupreus pro continenda maxilla inferiori fracta. Acus ex ventre, nate, pede, exciſæ. Reliqua hujus libri de dura membrana &c. in priori opere reperientur.

Idem a. 1662. 8. Amſtelodami tractatum Jacobi Rufi de tumoribus phlegmaticis ex latino ſermone converſum edidit p. 207.

Non eſt ille Roonhuysius, cujus inſtrumentum ad expediendum in partu fetus caput vulgo notum. Ei nomen fuit Rogerio, & filius Henrici fuit, de quo agimus.

## §. CCLXXXIV. Rob. Boyle.

Roberti Boyle, ſummi viri, *Conſiderations upon the uſefulneſs of experimental natural philoſophy* T. I. Oxford 1663. 4. 1664. 4. *. T. II. 1671. 4. *. Latine, *Exercitatio de utilitate philoſophiæ naturalis* Lindau 1692. 4. *. Varia ad chirurgiam pertinent. De calculis humanis; tunicatos eſſe, nucleum continere. Ad ignem multum ſalem volatilem fundere. De viperarum veneno: id impune poſſe deglutiri; remedium adverſus ejus beſtiæ morſum optimum eſſe, vulnus continuo ferro candente amburere. Harberfeldium chemico vitriolico liquore certo cancros curaſſe, Gerardum Boot calculum etiam in non ignobili chirurgo Moulins, aqua de perſicaria ſtillante ſolviſſe. Experimenta chirurgica utiliter in animalibus tentari; caſtrationem multo melius vincto, quam reſecto, funiculo ſpermatico perfici. Arcana quædam medicamenta & externa, ad fiſtulas, gangrænas, alia mala.

In l. *de medicamentorum ſpecificorum concordia cum philoſophia corpuſculari* London 1686. 12. *. contendit, lapide quodam e capite ſerpentis Indici exemto, felem a rabida vipera demorſam ſervatam eſſe, & eam curationem cum phyſicis principiis conſentire.

Ej. *Medicinal experiments* London 1696. 12. *. continent etiam chirurgica medicamenta. Solebat autem noſter ſe paulo faciliorem bonis eventibus admittendis præbere.

## §. CCLXXXV. J. Daniel Major.

Profeſſor Kilonienſis, vir qui multa moliebatur, pauca perficiebat.

Ej. *Hiſtoria anatomica calculorum inſolentioris magnitudinis ac molis in renibus* Cl. J. Sperlingii *repertorum* Lipſ. 1662. 4. *. Præter calculos ejus viri, alias noſter hiſtorias calculorum & nuper enatorum lapidum colligit.

Ej. *De clyſteribus veterum ac novis* Kiel. 1670. 4.

Ej. *De amauroſi vel gutta ſerena* Kiel 1673. 4.

Ej. *De tactis fulmine* Kiel 1673. 4.

Ej. *Prodromus chirurgiæ infuſoriæ* Lipſ. 1664. 8. *.

Ejus *Chirurgia infuſoria* Kilon. 1667. 4. *.

Ej. *Ortus & progreſſus clyſmaticæ novæ* 1667. 4. *; in anatomicis dictæ ſunt.

Ej. *Chirurgia infuſoria & transplantationis medicæ novus modus*, & una impreſſa *inuctio verticis ad curandos quosdam morbos etiam non cephalicos extenſa* Kiel 1665. fol. in *deliciis hybernis*.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* 2. *obſ.* 255. Epulis & verruca linguæ feliciter ſanatæ.

§. CCLXXXVI. Varii.

Caroli Drelincourt *la Legende du Gaſcon, ou la lettre ſur la methode pretendue nouvelle de tailler la pierre* Leide 1663. 12. 1674. 12. 1680. 12. 1684. & *deux autres lettres* Ejusd. De impoſtore lithotomo Raoux.

In altera editione Leid. 1674. 12.* Drelincourtius calculi humani ſigna addit, quibus ab omni alio lapide diſtinguitur. Deſcribit etiam veſicam plenam villis, fungulis & tartari acervis. Cæterum Chirurgus Raoux ante ſectionem cutem ad dextra ducebat, & reducebat educto calculo, ita fiebat ut duo vulnera ſibi non reſponderent, & urina facilius viam naturalem repeteret. Veram lateralem operationem faciebat.

J. Henr. Schæffers *hiſtoriſche Erzählung von einem Stein ſo aus einer waſſerſüchtigen Perſon geſchnitten worden* Nürnberg 1663. 8.

J. Arnold Friderici, Profeſſoris Jenenſis, diſſ. *de trepanatione* Jen. 1663. 4. Menz.

Ej. *De dyſtocia naturali* ib. 1665. 4. *.

Ej. *De renum & veſicæ calculo* Jen. 1666. 4. Riv.

Ej. *De contritione vertebrarum* Jen. 1668. 4.

Ej. *Scrutinium hydrocephali* Jen. 1669. 4. Boehm.

Ej. *De gangræna & ſphacelo per αφερεσιν και προφυλαξιν chirurgico pharmaceuticam tollendis & curandis* Jen. 1671. 4. Riv.

Mingolousaux *ſur la chirurgie de* Chauliac Bourdeaux 1662. Conf. p. 159.

J. Lehel *de lithiaſi* Altdorf 1663. 4.

Ej. *De rene exulcerato & calculo, lumborum doloris, purulentæ mictionis & dyſuriæ cauſis* Brunſwic 1665. 4.

Henric. Arenius *de catarrho & ejus deſcendentibus odontalgia epiphora & otalgia* Roſtoch 1663. 4.

J. Dan. Widt λιθολογια Argentor. 1667. 4. *.

Nic. Robin & Hipp. du Val *E. hydropi pectoris ſectio* Paris 1663. 4.

Barthol.

BARTHOL. ZORN *de abortu* Altdorf 1663. 4.

J. CON. HOENN, *de trepanatione* Jen. 1663. 4.

## §. CCLXXXVII. VARII.

FRANCISCI REDI Aretini, celebris rei naturalis cultoris, *oſſervazioni intorno alle vipere* Florenz 1664. 4. * Latine in E. N. C. 1670. app. Experimentis confecit, ſuccum viperarum venenatum, qui per cavos dentes inſtillatur, abſque noxa deglutiri, citam vero mortem inferre, ſi in ſanguinem vivi animalis acceſſum invenerit.

*Lettre de* FRANCESCO REDI *ſopra alcune oppoſizioni fatte alle ſue oſſervazioni intorno alle vipere* Florent. 1670. 4. Latine in E. N. C. 1671. app. Contra MOYSEM CHARAS, verum in liquore viperarum venenum eſſe, neque ſolam iram nocere.

In *Eſperienze intorno a diverſi coſe naturali* Florent. 1671. 4. * 1686. 4. * KIRCHERIANAS illas eximias laudes lapidis ſerpentis pariter per experimenta refutat, & oſtendit adverſus viperæ morſum nihil effeciſſe.

EJ. *Eſperienze intorno a quell aqua che ſi dice de ſtagnar ſubito tutti fluſſi di ſangue* Firenza 1673. 4. recuſ. in D. SANCASSANI *dilucidationibus*. Vanas eſſe laudes ſtypticorum medicamentorum, & perinde ſanari vulnera, quibus chirurgus nihil præter ſimplicem aquam admoviſſet; ſed neque aqua opus eſſe. Glandes a ſtlopo non accendi.

TROPHIMUS SERRIER *Enchiridion ſur les cinq parties de la medicine, les operations chirurgiqùes & la chymie naturelle* Lion 1664. 8. IDEM in *obſervationibus medicis* Lion 1673. 8. *. ad chirurgiam aliqua habet, ut bronchotomes commendationem, de calculis aliqua. Præmagnum calculum chirurgus tangens non potuit adgnoſcere. Caro de regione umbilicali procidens, bono eventu. *Acicula deglutita, poſt multos annos per crus expulſa. Ad regionem umbilicalem cauſticum medicamentum infeliciter admotum. Eſcharæ per cauteria avulſæ magna hæmorrhagia ſupervenit &c.

J. CHRIST. JEHRING Præſ. ROLFINKII *de calculorum in corpore humano, præcipue renibus & veſica generatione* Jen. 1664. 4.

J. J. DOEBEL *de lithiaſi renum* Leid. 1664. 4. HÆNEL.

J. GEORG SOMMER *Hebammenſchul* Coburg 1664, 12. 1691. 16. 1715. 12. Arnſtatt 1676. 12. 1693. 12.

EJ. In A. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 42. a ſuppreſſis hæmorrhoidibus ulcus in perinæo fiſtuloſum.

*Ann.* II. *obſ.* 141. grandis calculus ex veſica vetulæ expulſus.

*Ann.* IX. *obſ.* 15. lapilli in angulis oculorum.

*Ann.* X. *obſ.* 82. magna mala ex morſu galli irati, tamen ſuperata.

CHRISTOPH SCHORER, phyſici Memmingenſis, *Vom Nutzen und Gebrauch der Fontanellen* Ulm 1664. 8. KASTNER 1663. 8. *. Aug. Vindel. 1671. 8. * 1686. 12. Salfeld 1706. 8. Teſtimonia medicorum, qui fonticulis in aliquo morbo uſi ſunt. Aliqua de fonticulorum vitiis & defectibus, eorumque medela.

EDMUNDUS de MEARA cum *examine diatribes* WILLISIANÆ *de febribus*, *hiſtorias aliquas rariores edidit* London 1664. 8. Amſterdam 1666. 12. *. Inter eas eſt abſceſſus, per quem ruptum fæces & pus prodierant, tamen ſanatus.

FOUQUET *l'art de monter à cheval, avec les remedes les plus efficaces pour les maladies des chevaux* Paris 1664. 8.

## §. CCLXXXVIII. VARII.

PHILIPP JACOB SACHS *von Leuenheim*, Medicus Vratislavienſis, ex primis *Academiæ naturæ curioſorum collegis*. In ejus *Gammarologia ſ. Gammarorum vulgo cancrorum conſideratione* Francf. Lipſ. 1665. 8. collectanea & propria etiam aliqua habentur de calculis humani corporis & animalium adnotata.

In lib. *de venenis & ſerpentibus petrefactis* Jen. 1664. 8. * aliqua reperiuntur ad lapides in corpore humano paſſim repertos.

EJ. Iſchuria die 12. ſponte ſanata, expulſo ſponte calculo. E. N. C. Ann. II. obſ. 30.

Obſ. 119. vulnus capitis curatum reſectis aliquoties fungis.

Obſ. 142. calculus, qui ſibi viam ex urethra in ſcrotum aperuit.

Ita primus etiam Academiæ Naturæ curioſorum Præſes J. LAURENTIUS BAUSCH ad l. *de lapide hæmatite & ætite* Lipſ. 1665. 8. * præfationem addidit, in qua fuſiſſime de vulneribus agit funeſtis & non funeſtis, eorumque curatione. Inter multa collectitia tamen etiam propria aliqua & bona reperias, ut omentum cum ventriculo & pancreate per tendineæ expanſionis diaphragmatis hiatum in pectoris cavum receptum. Calculus ab acidularum uſu in urethram inpactus, feliciter exciſus. In hernia gangrænoſa inteſtinum apertum aliquamdiu cibos per vulnus reddidit. Inteſtinum craſſum a verme eroſum, ſanatum.

In E. N. C. dec. II. varii calculi ex diverſis corporis humani partibus exciſi. In feminis gravidis varices ſponte rumpi.

HENRICI a MOINICHEN, Med. Regis Danici, *obſervationes medico chirurgicæ* Hafn. 1665. 8. *. 1679. 8. *. cum LYSERO, & Dresden 1691. 8. cum adnotationibus LANZONI. Abſceſſus cruris in pleuritide natus. Uterus prolapſus amputatus ab ANGELO ROTA & ab ANTONIO MOLINETO. Fetus in utero materno exſtinctus, per abſceſſum membratim exciſus. Atreta puella ab ANTONIO TRULLIO ferro aperta. Anevryſma cruris ſponte ruptum & ſanatum. A catheteriſmo magna mala. Hydrocele ſanata excitata per turundam ſuppuratione.
Calculus

Calculus circa acum natus. Naſus totus amputatus, ab Antonio MOLINETTI patre continuo ſutura firmatus conferbuit. Hiſpanos herniotomos teſtem non amputare, ſed in abdomen repellere, deinde puncto aureo uti. Anevryſma arteriæ popliteæ ſponte ruptum, ſanatum, ut maneret in artu ſtupor & extenuatio. Herniam in proceſſu aperiebat.

In *Act. Hafn.* Vol. I. obſ. 78. vulnus oculi ſucco chelidonii conſolidatum, ſed viſus non redditus.

Obſ. 78. anevryſmatis capitis obſcura hiſtoria.

Vol. II. obſ. 37. Luxatio femoris ex cauſa interna.

MARTINUS BOGDAN, Drieſenæ ex Marchia Brandenburgica natus, ſed Bernæ medicinam fecit, & poſteros ſuos cives reliquit. EJUS *obſervationes anatomico chirurgicæ una cum* MOINICHIANIS a T. BARTHOLINO *ſecundæ cultri* LYSERIANI editioni adjectæ ſunt. Oculum prolapſum juſſit exſtirpare. Abſceſſus mucoſo carnei, ut a SEVERINO vocabantur, emolliti, cicutæ emplaſtro ſanati. Anevryſma ſub extremo radio, ſponte de arteria delapſum, cum noſter id malum ferro tangi vetaret: ſic & alias ſcirrhoſa caro pro anevryſmate habita. Ab ictu lapidis os frontis depreſſum, a natura reſtitutum. Oſſium tarſi firmus inter ſe coalitus.

Una prodierunt JACOBI SEIDEL, Gryphiſwaldenſis, poſthumæ obſervationes: inter eas eſt calculus ſublingualis, os femoris a cauſa interna per medium fractum, eventu funeſto. A retentis fæcibus tumor, & inteſtinum ruptum cibos aliquamdiu dimiſit, ſponte tamen denique clauſum & ſanatum.

EBERHARDI GOEKEL, Medici Ulmenſis, *fidus Achates, oder Frauen und Kinderbüchlein* 1665. 8.

EJ. *Kurzer Bericht von wütenden Hundsbiſſen &c.* Ulm 1679. 8. *. Aliquot hiſtoriæ puerorum a rabidis canibus demorſorum aut vexatorum, qui ſcarificatione, unguento Ægyptiaco & pulvere eſcharotico inſperſo ſanati fuerunt. Sic quos rabida felis, aut unguibus laceraverat, aut morſu. Nondum in hydrophobiam malum eruperat. De clave D. RUPERTI, qua haud procul cœnobio *Elwangen* demorſos curant.

EJ. *Conſiliorum & obſervationum medicinalium decades ſex* Aug. Vind. 1683. 8. *. Aliquæ ſunt argumenti chirurgici. Pharmacopolium caſtrenſe. Morſus canis rabidi adfuſo oleo fervente ſanatus, per aliquot exempla. Vulnera. Hernia. Inteſtinum a cauſa interna ruptum & ulcus gangrænoſum. Ambuſtus a fulgure homo ſanatus. Inteſtinum in hernia gangrænoſum ſanatum. Cancer penis. Depreſſio cranii in puero reſtituta.

EJ. *Gallicinium, ſ. obſervationum & curationum medicinalium novarum centuriæ* II. Ulm 1700. 4. *. Intercurrunt caſus aliqui chirurgici. Funeſta cerebri commotio. Oculus enſe læſus, ſanatus. Peſſus cupreus poſt longam invaginationem extractus, cum multa mala feciſſet. Ex lapſu collum veſicæ laceratum, ut urina contineri nequiret. Varus aptis ferulis & vinculis reſtitutus, ſic valgus.

Abſceſſus prope lumborum vertebras ſanatus. Sic vulnera abdominis. Uterus prolapſus poſt vigeſimum diem repoſitus. Carioſa fiſtula maxillæ inferioris ſanata. Anthraces ſuperati, etiam in ventriculi ſede, & demorſi a cane rabido: & abſceſſus abdominis, qui per umbilicum eruperat. Multa exempla vulnerum funeſtorum, etiam per orbitam. Femur incurvatum tamen reſtitutum. Calculus ex puella nondum trimula abſque ferramentis eductus. Femur antrorſum luxatum reſtitutum. Fiſtula lacrumalis aperta, uſta, curata. A fulmine ambuſti. Veſica inter luctandum rupta. Sphacelus ex febre maligna ſalutaris. Cancer maximus de femore reſectus. Anevryſma ſpurium a venæ ſectione, cum magno ecchymomate, tamen ſanatum. Hernioſus ſibi ipſi vaſa ſpermatica abſcidit, bono eventu. Ferri feſtuca poſt quartum menſem de oculo educta. Aphonia ab ictu & lapſu curata. Uterus prolapſus ex quo extractus fetus, induratus, 21. die eventu felici fotus, repoſitus. Operatio Cæſarea, manente fiſtula.

Ejusd. *appendicis obſſ. decades V.* Una prodiit, ſinus fiſtuloſi inteſtini recti ſanatio. Venarum cervicis uteri & colli veſicæ ruptura ex caſu. Fungus carnoſus ſuper genu exſectus. Ab ictu equi calvaria depreſſa tamen reſtituta. Ex curatione herniæ ſpaſmi alias funeſti, alias ſanati. Morſus rabidæ felis funeſtus, cum vulnus neque inciſum fuiſſet, neque uſtum. Sublata depreſſio calvariæ a caſu ex alto. Mors ab oſſiculo deglutito. Vulnera ſclopetaria cranii & cerebri ſanata. Ectropium curatum tenaculo Bartischii: denique modus inſpiciendi vulnera lethalia. In univerſum plurimus fuit in medicamentis, credulus etiam & ſuperſtitioſus.

Ej. In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* V. *obſ.* 51. Grave oculi vulnus ſanatum.

*Ann.* VII. *obſ.* 126. Diuturnus capitis & aurium dolor abſceſſu ſolutus.

*Obſ.* 127. duplex labium leporinum.

*Ann.* VIII. *obſ.* 66. natta de mamma pendula.

*Obſ.* 67. alia de inteſtino recto.

*Ann.* IX. *obſ.* 203. mortes ex ambuſtione pulvere pyrio facta.

*Ann.* X. *obſ.* 165. Mors ex anevryſmate ſpurio arteriæ venæ loco inciſæ.

*Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 80. Anevryſma ſpurium ab infelici venæſectione: rupta ſponte gangrænoſa cute ſanguine coacto ſe liberavit.

*Ann.* II. *obſ.* 143. Ulcus abdominis fiſtuloſum ſanatum.

*Obſ.* 14. Mica ferri de oculo quinto menſe extracta.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 37. 38. Ex herniæ ſectione ſpaſmus cynicus, alius eviratus.

*Obſ.* 132. Ex lapſu urinæ incontinentia cum magna hæmorrhagia.

*Ann.* VII. *obſ.* 129. Ulcus in inguine de quo vermes exierunt, ſanatum.

Anto-

ANTONIUS MENIOT in *diſſertationibus pathologicis* P. I. Paris 1665. 4. * agit de hydrophobia: in P. Poſt. de nephritide, de lithiaſi.

HIERONYMI NIGRISOLI *progymnaſmata ſeu l. de hirudinum appoſitione internæ parti uteri in puerperii & menſium ſuppreſſione*; 4. *de inciſione Gallici in fronte tumoris* Guaſtalla 1665. 4. BUR.

*Epiſtolæ & reſponſa medicorum & philoſophorum de pulvere ſympathetico* Roterdam 1665. 8.

GEORG KRESLIN *neu vermehrtes und verbeſſertes Aderlaßbüchlein* Nürnberg 1665. 8. LEHMAN.

*Hausmittel für ſchwangeren und gebährenden Frauen* Ingolſtatt 1665. 8. HEIST. Num HERLIZ. p. 274.

HUGO CHAMBERLAIN *midwifves practice* London 1665. 8. HEIST.

ID. MAURICÆUM edidit, ejuſque opera in ſuam vernaculam convertit ib. 1683. 8. 1716. 8. 1727. 8. addita forcipis icone. In præfatione ſcripſerat, ſe patrem fratreſque peculiare arcanum poſſidere, quo incarceratum fetus caput expediant. In obſtetricia non minima ejus viri fama fuit, idemque forcipis inventor eſt, qua varie correcta nuperi chirurgi ad caput incuneatum expediendum vulgo utuntur. Ita certe plerumque lego. Video tamen etiam contraria teſtimonia, fratrem utrumque CHAMBERLAYN forcipe non uſum, famam tamen adquiſiviſſe, quod fetum in pedes converterent & extraherent, quod eo ævo in Anglia rarum fuerit. Verum quæ ipſe de ſe teſtatur videntur melius ad partum expediendum inſtrumentum deſignare.

Quid eſt HUGH CHAMBERLEN *het Roonhuyſiſch geheim ontdekt* Leid. 1754. 8.

## §. CCLXXXIX. DISPUTATIONES.

PHILIPP LUDWIG SEIPPIUS *de lithiaſi* Gieſſæ 1665. 4. *. Calculus 17 unciarum abſque noxa geſtatus.

JOH. KÖKERT *de calculo renum & veſicæ* Baſil. 1665. 4. *.

PETRI ALLIOT *E. phænomena carcinomatis αγονιςικως curari poſſunt arcano alcali remedio* Paris 1665. 4. recuſum in ETTMULLERI *chirurgia medica.*

SEPTIMIUS ANDREAS FABRICIUS *de catulis hydrophoborum* Patav. 1665. 4. *. Hiſtoria hujus opinionis. In ſola imaginatione hydrophoborum eos canes exſiſtere.

J. SIGMUND ELSHOLZ *neue Clyſtierkunſt, wodurch eine Arzney durch eine eröfnete Ader beyzubringen* Berlin 1666. 8. Latine, *clyſmatica nova, ſ. ratio in venam ſectam medicamenta immittendi* Coloniæ ad Spream 1677. 8. vide B. Anat. I. p. 457.

EJ. *ſteatomatis hiſtoria reſecti & feliciter ſanati* Berlin 1666. 4. * Lipſ. 1696. 4. Steatoma prægrande a radice naſi ſubnatum, filo adſtrictum, reſectum.

In E. N. C. dec. I. *Ann.* VI. VII. de artificioſa oculorum reſtitutione agit.

Expe-

Experimenta fecit, & ſuſpicatur etiam reliquos præter aqueum humores reſtitui.

*Obſ.* 224. de uſtione Chinenſi adverſus podagram, excerptum ex H. BUSSCHOF.

* *Ann.* VIII. *obſ.* 18. Iterum de renaſcentibus hirundinum oculis. Antiqua de ea reparatione teſtimonia.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 85. Glans plumbea in veſica cruſta calculoſa tecta.

FRANCISCI BLONDEL epiſtola ad ALLIOTUM *de cura carcinomatis abſque ferro vel igne* Paris 1665. 4. ALLIOTUS medicamentum parabat ex arſenico rubro, in aqua forti ſoluto, addito ſaturni aceto, donec nihil ultra præcipitaretur; pulverem ad fundum vaſis dejectum duodecies aqua ſimplici eluebat, quoad ea inſipida deflueret, deinde ſpiritu vini quinquies vel ſexies deſuper incenſo mitigabat.

## CCXC. ACTA SOCIETATIS REGIÆ BRITANNICÆ.

Prima quidem prodierunt 6 Martii die 1665, qui Anglis 1664 numeratur. Sed dudum ante eum menſem ſocietas convenerat, & de rebus naturalibus egerat. In *the hiſtory of the R. Society at London*, quam THOMAS BIRCH London 1756. 4. * edidit, reperias in T. I. varias relationes, quæ ad rem chirurgicam pertinent, ut de femina, quæ octodecim annos fetum geſtaverat, interim pepererat, denique oſſibus prioris fetus per ſubnatum abſceſſum ſe liberavit. De chirurgo RAOUX relatio, qui empirico more, nulla medicamentorum aut victus ratione habita, calculum ad CELSI modum excidebat, cujus adminiſtratio fuſe hic exponitur. Renes exciſi. Curatio ad pulverem ſympatheticum peracta, ſolius naturæ opus. Trepanum in ſede muſculi temporalis admotum, deſtructo late eo muſculo, felici eventu. Empyema inciſione ſanatum.

## §. CCXCI. VARII.

LIVONII RECTORII tr. *de lapidis renum ac veſicæ affectus curatione* Florent. 1666. 4.

CHRISTOPH THEOPHILUS SCHEUR *de arteriotomia* Nurnberg 1666. 8. HEISTER.

J. CENTURIO MACASIUS *de calculo renum* Lipſ. 1666. 4. RIV.

FRIDER. HAMMERICUS *de carbunculo peſtilenti* Leid. 1666. 4. RIV.

CASP. MARCH & HENR. BERN. BESELIN *de oſſium luxatione* Kiel 1666. 4. 4.

IDEM in E. N. C. Die I. *Ann.* VI. VII. *obſ.* 216. de fiſtula femoris antimoniali medicamento ſanata.

SIG. RUP. SULZBERGER *de morſu viperæ* Lipſ. 1666. 4. 1679. 4. *. B. MENZ. Reſpondit MICHAEL ETTMULLER, magnæ ſuo ævo famæ medicus. Ab ira venenum eſſe.

*Diſputa-*

*Diſputationem* ETTMULLERI *de chirurgia infuſoria* Lipſ. 1668. 4. * diximus in anatomicis.

EJ. *chirurgia medica* Lion 1685. 4. Gallice Lion 1691. 12. 1703. 12. Amſterdam 1691. 12. OBS. In medicamentis fere ſe continet, neque ſuperſtitione caret: ſynoviam compeſcere ſperat linteo ſanguine primorum menſium imbuto. Cancrorum oculis in chirurgicis multum tribuit.

*Conſultationum*, quæ conjunctæ prodierunt aliquæ faciunt ad caſus chirurgicos.

*Praxis medica* chirurgica etiam continet.

*Opera* alibi recenſeo, quæ Francofurti 1688. fol. * prodierunt, curante J. FRANCO.

## §. CCXCII. DIARIA.

In *Philoſophicis transactionibus* n. 13. continentur fulguratorum aliqua exempla, tum enectorum, tum ſervatorum. Ambuſtionis ubique ſigna, pulmone non mutato.

Omittimus, quæ pluſcula ad transfuſionem ſanguinis pertinent.

Apud BIRCHIUM in T. II. ad a. 1666 refertur de oſſe ex veſica emiſſo, quod per vulnus aliquod videbatur penetraſſe.

## §. CCXCIII. VARII.

Hoc anno obiit celebris peregrinator MELCHISEDECH a THEVENOT, in cujus itineribus paſſim aliqua de orientalium hominum chirurgia legas. Perſas uti, & dextre quidem, lanceola, multumque de vena ſanguinis emittere. Barbaros frontis venam ſecare novacula &c.

*A choice manual, or rare ſecrets in Phyſik and ſurgery* London 1667. 8.

Poſſis hic recenſere ANTONII de SGOBBIS *nuovo ad univerſal theatro farmaceutico* Venez. 1667. fol. *, ut quo contineantur medicamenta chirurgica.

SEBASTIANI WIRDIG diſp. *de gangræna & ſphacelo* Roſtoch 1667. 4. RIV.

JOACHIM *van der* HEYDE *de calculo veſicæ* Leid. 1667. 4. *.

MATTH. ZACH. PILING *ordo & methodus cognoſcendi & curandi ſcirrhum lienis* Jen. 1667. 4.

## §. CCXCIV. OLAUS BORRICHIUS.

OLAUS BORRICHIUS, Danus, cujus laudes alias diximus, paſſim etiam chirurgica tetigit. In *Epiſtolis* BARTHOLINIANIS Hafn. 1667. 8. *; in *Cent.* III. *Epiſt.* 93 agit de reſtitutione oculorum BURRHIANA. In *Cent.* IV. ejusd. anni, & *Ep.* 76, docet aquam calcis vivæ ex oſtreis coctæ ſolvere calculum humanum. Ipſe ſubdu-

bitat de pari in vivente homine efficacia. In *ep.* 92 agit de colo inteſtino per anum artificialem hiante.

EJ. *de lapidum generatione in macro & microcoſmo* Ferrar. 1687. 12. TREW.

In *Act. Hafn.* V. I. *obſ.* 69. ſponte humores in oculis renaſci.

*Obſ.* 72. de cancro mammæ a PETRO ALLIOT curato, cum ALLIOTI diſſertatione.

*Obſ.* 77. calculum ſiliceum in veſica puellæ a terebinthina fractum & expulſum fuiſſe.

*Obſ.* 97 ſarcocele, ipſe teſtis ſanguine undique turgidus.

In *vol.* II. *obſ.* 51 urinæ per fiſtulam prope os ſacrum effluxus, funeſto eventu.

*Obſ.* 55 pila maſſa calculoſa obducta.

*Obſ.* 61 indigna eo viro hiſtoriola, de hernia per transplantationem in tiliæ ramum ſanata.

*Obſ.* 81 poſt variolas anevryſma in naſo, febre demum curatum.

*Vol.* III. IV. *obſ.* 35 urina per ſcrotum reddita (ex perinæi fiſtula).

*Obſ.* 43 ab aere Hiſpanico ſicco ſiccata fiſtula.

*Obſ.* 48 In cauterii ſede ab animi adfectu dolor.

*Obſ.* 64 Spina per triginta annos hærens in oculi angulo.

*Obſ.* 80 Cantharides non acida, ſed alcalina principia ad ignem fundere.

*Vol.* V. *obſ.* 44 crurum ulcera, ut putat, contagioſa.

*Obſ.* 50 a calculis anguloſis deliria fieri, non a rotundis.

*Obſ.* 59 Inteſtinorum minima particula in herniam prolapſa eventu funeſto.

*Obſ.* 73 Felis de tecto lapſa nullo crure fracto, ex commotione cerebri ſubito perit.

*Obſ* 77 tumor frontis & narium a ſuppreſſo cauterio.

*Obſ.* 79 ter vidit incurvatam cartilaginem mucronatam, inde anhelitum interceptum, & deliquii animi metum.

*Obſ.* 81 de lapidum & calculorum generatione.

*Obſ.* 89 aliqua de cantharidibus.

## §. CCXCV. DIARIA.

In BIRCHII Tom. II. & anno 1667 huc pertinent. Varia de calculis: magnus lapillus de urethra emiſſus, pene ipſo inciſo. Calculus enormis, qui de utero dicitur prodiiſſe. Lien de cane exciſus. R. LOWER de vitio oculorum in equis, appendice nempe exuberante tunica uveæ. Fractum os inciſo muſculo temporali detectum, exemtum, felici eventu. De calculo veſicæ 25 unc.

In *Phil. Trans.* n. 26 calculi 96 ex veſica pueri inciſa exemti a chirurgo GOODRICK.

LIB.

# LIBER SEXTUS.

# CHIRURGIA GALLICA.

Etſi neque nulla poſt hæc tempora in Italia peritorum chirurgorum ſchola fuit, neque ante hos annos unica in Italia addiſcendæ chirurgiæ ſchola patuit, tamen ut librum dividerem, putavi ab his temporibus novam ordini epocham. Ludovicus XIV perpetuis bellis implicitus chirurgiæ utilitatem propius didicit æſtimare, eamque artem omnibus modis adjuvit, privilegiis & honoribus impertitis, ſcholis ſenſim erectis, militaribus potiſſimum noſodochiis conſtitutis. Ita ad urbem regiam, alioquin nunquam celebriorum doctorum egenam, exteri ceperunt confluere, & obſtetriciam reliquamque chirurgiam per ipſa artis opera diſcere.

## §. CCXCVI. Franciscus Mauriceau.

Obſtetriciam Pariſiis per multos annos exercuit, inque ea arte eminuit. In anatome mediocris, neque felix in novis inſtrumentis inveniendis, maximam laudem meruit, dum poſt varia aliorum conamina ipſe efficacius docuit, fetum male de utero exitum molientem in pedes debere dirigi: juſſit etiam partum præcipitare, quoties ſanguis in femina gravida ſub ultima tempora violente profluit. Primus etiam juſto opere rem obſtetriciam tradidit.

Ej. *traité des maladies des femmes groſſes & de celles qui ſont accouchées* ſæpiſſime prodiit, Paris 1668. 4. * 1673. 4. * 1681. 4. 1694. 4. 1721. 4. * 1740. 4.

Anglice, vertente Hugone Chamberlayne London 1681. 8. 1716. 8. cum titulo *diſeaſes of the women with child and in childbed.*

Germanice *von Krankheiten ſchwangerer und gebährender Weiber* Baſil. 1680. 4. Nurnberg 1687. 4. Strasburg 1732. 4. -

Belgice

Italice *delle malattie delle donne gravide e delle infantade* Genova 1727. 4. Boecl.

Omitto partem anatomicam, morboſque gravidarum & puerperarum internos. De hæmorrhagia funeſtum exemplum propriæ ſororis refert, cuius, cum ſanguinem ubertim amittenti ſerius ſubventum eſſet, vita ſervari non potuit. Uteri varii prolapſus; integer, ut os internum de pube emineret; & imperfectus alter. Decoctum injicit vinoſum. Hydrops & anaſarca uteri. Fuſius de partu laborioſo & de malo ſitu fetus, ejuſque correctione. De extrahendo fetu mortuo, ubi tere-

bram ad caput extrahendum in poſterioribus editionibus proponit, quæ applauſum non invenit. De ſectione Cæſarea, quam rejicit. De infantum morbis, etiam de hernia.

Poſteriores editiones primis multo ſunt pleniores.

EJ. *Obſervations ſur la groſſeſſe & l'accouchement des femmes* Paris 1695. 4. 1715. 4. * 1738. 4.

Germanice, vertente MARTINO SCHURIG Dresden 1709. 8.

Adnotationes ſunt omnino ſeptingentæ, quarum mihi etiam major videtur utilitas, quæ viri plurima experti ſint. Prolapſus varii uteri, inverſi, non inverſi, frequens in pauperibus malum, quæ ſuo labore ſe alunt. Graviditas pro hydrope habita. Fetus mortuus aliquot menſibus geſtatus. Uterus imperito uſu inſtrumentorum ruptus. Maximum periculum a placenta abortus trimeſtris retenta. Molæ ſunt veræ fetuum pereuntium reliquiæ, *faux germes*. Feliciter peperit, cui 15 diebus fetus mortuus in utero hæſerat &c.

EJ. *Aphoriſmes touchant la groſſeſſe, l'accouchement, les maladies des femmes groſſes* Paris 1694. 16. 1721. 4. *. Gallice & Belgice Amſterdam 1700. 12. HEISTER. Compendium majorum operum. Quando ſecundæ obſequi nolunt, mavult rem naturæ committere, quam violentia uti. Caput in primo partu *incuneari*, in ſequentibus puerperiis non item &c.

*Dernieres obſervations ſur les maladies des femmes groſſes & accouchées* Paris 1706. 4. 1715. 4. *. Caſus ſunt centum & quinquaginta. Moleſtiſſimus partus, cum caput abruptum in utero relictum fuiſſet. Mors ob fetum mortuum juſto tardius eductum. In umbilico nodi. Nanæ in ipſo puerperio mors. Hæmorrhagiæ a retenta ſecunda fetus abortivi. Infelix partus Cæſareus, quem noſter perſuadetur matrem certo necare. A capite fetus quatuor integris diebus retento incontinentia urinæ.

## §. CCXCVII. JOB van MEEKREN.

Chirurgus urbis Amſtelodami, æmulus ROONHUYSII. Ab ejus morte prodierunt *Heel en genees konſtige aanmerkingen* Amſterdam 1668. 8. *

Latine verſæ ab ABRAHAMO BLASIO, GERARDI F. Amſterdam 1682. 8. *.

Prima pars operis capita habet 72, appendix alia 17 capita; per ea diſtributas curationes pleraſque proprias, aliquas amicorum. Fuſe de cranii fracturis & vulneribus, & exemtis fragmentis oſſeis. Exemplum ſenſuum diu integrorum, cum cerebri quotidie jactura fieret. Impreſſiones cranii a junioribus abſque magno malo tolerari. Temporali muſculo non neceſſe eſſe parci. Abſceſſus hepatis icterumve capitis vulnera & cranii ſequi. Cauterio in vertice admoto ſanata epilepſia. Hernia umbilicalis congenita. Hernia cerebri occipitalis. Acus conica ad aperiendum hypopyon. Polypi narium ſublati medicamentis acribus, ſectione.

Atretarum

Atretarum omnis generis curatio. Fungus gingivarum ambuſtus, reſectus. Maſtoideo muſculo tumido reſecto caput incurvum reſtitutum. Vulnus ſtlopetarium & glans vertebris fractis medullæ incumbens, abſque magnis ſymptomatibus. Calculus renalis ſponte per lumbos exeuns. Umbilicus induratus & carnoſus. Paracenteſeos exempla & acus BARBETTIANA. Uteri procidentiæ incredulum ſe præbet, & fungum fuiſſe vaginæ oſtendit, qui pro ejusmodi prolapſu habebatur. Calculus prægrandis de veſica feminæ eductus. Ab evacuatione fæcum alvi duriorum coccyx luxatus. Syringotomus falcatus pro ani fiſtula. Rudis curatio ganglii, quæ fit impacto pugno. Tendinum exiguum ſenſum eſſe monuit, eorum ſuturam deſcripſit. Funeſtus morſus hominis irati. Magna pars oſſis humeri exemta & a natura reſtituta. Sic exemta aliqua tarſi oſſa. Tibia carioſa terebra ſanata. Unguium morbi uberius. Fungus de occipite eminens funeſto auſu in femina tentatus. Flatus a vulnere thoracis in ſcrotum communicans, quod utique per celluloſæ telæ continuitatem explicari poteſt. Tumores cyſtici vegrandes artuum. Frequentiſſima a variolis oſſium eſſe vitia. Ex lingua glans ſtlopetaria feliciter exciſa, quæ in ea diu hæſerat. Glans plumbea duræ matri ſpinalis medullæ adjacens abſque ſymptomatibus.

## §. CCXCVIII. VARII.

CORNELIS van der VOORDEN *Lichtende fakkel der Chirurgie verklarende de beſpiegeling der heelkonſt, en de Oeffening derſelve* Amſterdam 1668. 4. * Middelburg 1680. 4. aucta editio ab ANT. de HEYDE, adjecto *een chirurgyns of heelmeſters zeecompas* GUNZ. Medicus & chirurgus Middelburgenſis. Pars operis chirurgica per quæſtiones & reſponſa traditur: pentateuchus potiſſimum veterum, tumores, vulnera, ulcera, fracturæ, & luxationes, ut in medicamentis fere & in citationibus auctor ſe contineat. Pro MAGATI rara deligatione vulnerum. Paſſim tamen etiam adnotationes aliquæ: pectus enſe trajectum pulmonibus illæſis. Sanatum vulnus, per quod urina exierat.

J. v. B. *Chirurgyns ſchepskiſt zynde een catalogus der medicamenten die yeder chirurgyn naar Ooſt och Weſtindien meedevoert* cum C. v. d. VOORDEN prodiit, JOHANNIS VERBRUGGE chirurgi Middelburgenſis opus, cum auctoris nomine editum Amſterdam 1693. 8. *. & auctius cum examine, quod continuo dicemus. Catalogus medicamentorum ſimplicium & compoſitorum, quæ in chirurgi nautici penum reponi debent.

An differt *Chirurgyns of heelmeeſters reysboek* EJ. Amſterdam 1677. 8. BOEHMER alii 1687. 8.

EJUSD. *veſtibulum chirurgiæ ofte ingangk der heelkonſt* Amſterdam 1674. 8. * Pro tironibus. Vulneris renum ſanati exemplum.

EJ. *Het examen van land en zee chirurgie* Amſterdam 1696. 8. 1714. 8. 1748. 8., quæ fuerit *volkomne praxis chirurgica vermehrt durch* M. SCHURIG.

Waldenburg 1714. 8. Dresden 1731. 8. *. Iterum chirurgiæ compendium in encheireſibus breve, fuſum in medicamentis, quæ calida & alcalina ad nutum ſectæ Sylvianæ laudat. Rudes in pharmaceuticis errores non tacere licet, ut colocynthidis drachmam pro unica doſi præſcriptam.

SCHLICHTINGIUS in ultima editione a. 1748. anatomen inſigniter auxit, chirurgicam partem minus. Carteſiana tamen placita correxit, meliora medicamenta ſubſtituit, ſua paſſim conſilia dedit. Panem & vinum pro epithemate in abſceſſibus laudat. Fonticulos adverſus ulcera inutiles eſſe. In fiſtulis emplaſtrum adhibet, quod cantharides recipit. Femur aliquoties luxatum vidit. Cancrum nondum apertum argento vivo ſanavit. Cum uteri prolapſu perpetuo vaginæ prolapſum conjungi. Materiam etiam chirurgicam auxit & emendavit.

J. VERBRUGGE etiam GUILLEMÆUM *de morbis oculorum* Belgice vertit & auxit, libello de dentium malis 241 conf. p. qui liber Germanice Dresdæ 1706. 8. prodiit cum titulo *der Auge und Zahnarzt*.

CORNELIS HERLS *Examen der Chirurgie* Middelburg 1668. 8. Amſterdam 1672. 8. 1680. 8. Nürnberg 1692. 12. Satis laudat acer alioquin cenſor TITSINGIUS. In lagophthalmia inciſionem reprobat, & palpebram ſuperiorem glutinantibus emplaſtris ad inferiorem jubet abduci.

OTTO TACHENIUS in *Hippocrate chemico* Venet. 166 . 12. Brunſwic. 1668. 12. * calculi dedit analyſin.

In l. *de morborum principe* Oſnabrug 1679. 12. * cum omnia velit alcalinis remediis ſanare, etiam de pulmone a glande ſtlopetaria læſo, narrat, cancrorum lapide eſſe ſanatum.

Ej. *Epiſtola de lapide, qui morſui ſerpentum medeatur* in diario TINASSI 1668. p. 149.

## §. CCXCIX. GEORG HIERONYMUS WELSCH.

Medicus Auguſtanus, privatam vitam elegit, nunquam Doctoris titulo ornatus, vir multarum linguarum gnarus, & in legendo & colligendo indefeſſus. Ipſe quidem chirurgiam non exercuit, cæterum curationibus paſſim adfuit. Dedit primum Ulm 1668. 4. * *Syllogen curationum & obſervationum medicinalium complectentem ſex centurias cum notis & Epiſagmatum centuria* I. Illæ ſex centuriæ antiquorum ſunt medicorum, quos ad veram ætatem ſuam recenſui.

Ipſe denique G. H. WELSCH, præter notas ad CUMANI, GASSERI, MARTII, RUMLERI & REUSNERI, *obſervationum propriarum Epiſagmata centum* edidit. Ulm 1668. 4. * De hypopyo a chirurgo Pariſino GUILLELMO QUARRE feliciter ſanato: linguæ parte reſecta reparata. PETRUM de MARCHETTIS ranulam ſub lingua integram excidiſſe. PETRUM SERVIUM interiiſſe, ex abſceſſu circa mucronatam cartilaginem ſuborto, & exuſto. Hydrops ſubito inciſo abdomine funeſtus, tum rupto umbilico. Ischuria Pariſiis conpuncta veſica ſublata. Maximus SAU-

BERTI

BERTI calculus: calculus acui crinali circumnatus. Ex veſicæ calculo coma. Arteria pro vena inciſa, ut facile tamen ſaneſceret. Uterus prolapſus a VESLINGIO reſtitutus. ANTONII MOLINETTI relatio de tumore clitoridis aquoſo, quem amputaverit. Ab œdemate brachium luxatum. Luxatum femur hactenus per ætatem adaptatum, ut æger ſatis libere incedere poſſet. PETRUS ASSELINÆUS oſſa mollita vidit. Oleum ducis Ferrariæ, quo gangrænoſum vulnus ſtlopetarium ſanatum ſit. In ipſa amputatione, eſſe qui Pariſiis perierint, cum chirurgus igne uteretur.

EJ. *Obſervationum phyſico medicarum hecatoſteæ* II. Aug. Vind. 1675. 4. * In ſecunda hecatoſtea pluſcula huc faciunt, ſed breviter omnino enarrata. Calculi ex veſica humana mirifici, multifidi. Partus funeſtus ex incuria obſtetricum naturam non juvantium. Medicamenta vulneraria, lithontriptica. Hernia umbilicalis alias funeſta, alias ſanata. Oedema brachii maximum emplaſtro curatum. Curationes ſympatheticas recte refert ad fauſtos eventus curationis ſimplicis MAGATIANÆ.

EJ. *Curationum exoticarum chiliades* II. & *Conſiliorum medicinalium Centt.* IV. cum WELSCHII *adnotationibus* Ulm 1676. 4.

In tr. *de ægagropilis ſ. calculis in rupicaprarum ventriculis reperiri ſolitis* Aug. Vind. 1660. 4. * 1668. 4. * multa etiam de calculis animalium reperiuntur.

EJUSD. *Curationum propriarum & conſiliorum medicorum Decades* X. Aug. Vind. 1681. 4. * 1697. 4. * Aliqua exempla tumorum malignorum circa malleolos. Aliquot calculoſorum morborum hiſtoriæ. Depreſſio ab ictu cartilaginis xiphoideæ, quam cucurbitulis repetito admotis reſtituit. Varices: tumor & ſtupor auris. Malum mortuum. Cambuca PARACELSI, ſ. cancer penis. Aqua punctione ex hydrocele emiſſa, ſed rediens. Enterocele. Alia. Ubique ad brevem hiſtoriam longas & doctas addit diſſertationes.

In appendice *anni* IV. & V. E. N. C. *Dec.* I. Ejus ſunt *mictomimematum centuriæ* III, Medicamenta fere etiam chirurgica.

## §. CCC. JOHANNES MURALTUS.

Ex nobili familia Inſubrica natus, Leidæ & Pariſiis inciſionibus & adminiſtrationibus chirurgicis operam dedit. Circa ea enim tempora, & paulo prius, illa, quam alibi etiam tetigi, rerum converſio facta eſt, ut qui prius Patavium fere adibant Germani, aliique Medici, nunc porro ob medicas prælectiones frequenter Leidam, ob exercitationes anatomicas & chirurgicas Lutetiam adirent.

Leidæ eo ævo SYLVII hypotheſes docebantur, per univerſam Europam gratioſæ.

MURALTUS & medicinam, & anatomen & demum chirurgiam coluit. SYLVIO præſide diſputaverat *de inflammatione & ulcere veſicæ* Leid. 1668. 4. LEU.

Deinde

Deinde pro gradu *de morbis parturientium, & accidentibus, quæ partum inſequuntur* Baſil. 1671. 4. Leu.

Ejus eſt *collegium anatomicum, in welchem alle Theile des menſchlichen Leibes ſamt den Krankheiten beſchrieben werden* Nürnberg 1687. 8. * Cum partium corporis humani deſcriptione conjungit morborum hiſtoriam, potiſſimum etiam chirurgicorum. Ciſtam militarem brevibus recenſuit, & materiam chirurgicam, modosque curandorum malorum, & artem obſtetriciam. Paſſim etiam adnotationes aliquas peculiarium caſuum adjecit, & 46. fere morborum muliebrium exempla, Mauricæi ipſe diſcipulus. Coccyx ab obſtetrice introrſum preſſus, inde diuturnus dolor. A ſecundis retentis hæmorrhagia. Placentæ adhærentis difficilis ſolutio. Infans putridus ex umbilico prodiit. Difficilis partus ob perinæum prælatum, ad uſque quatuor digitos. Denique breve compendium chirurgicum.

Ej. *Schriften von der Wundarzney* Baſil. 1691. 8. 1711. 8. *, quæ editio auctior eſt, & nuperioribus Muralti curationibus anno demum 1709. peractis, & aliorum, quos dicemus. Opera ipſa diverſi ſunt generis. Compendium primum artis chirurgicæ, quod pene in formulis ſe continet. Inde faſciæ & vincula, ex Pariſinorum noſodochiorum uſu. Tum chirurgicæ adminiſtrationes, hæc perbreviter. Deinde obſervationes, ut vocare ſolent, omnino 217, pleræque chirurgici argumenti. Nolles ſuperſtitioſa aliqua, datamve parturienti feminæ ſabinam. Sed ea ſeculo condonaveris. In formulis & medicamentis multus eſt, intercedunt tamen etiam meliora. Ab ictu fiſſa oſſis frontis pars ſuperior, qua cum coronali committitur: trepano feliciter emiſſus ſanguis, qui ſub cranium effuſus fuerat. Vulnus ſtlopetarium pectoris recte ſanatum, etſi glandem impulſam noſter non potuit educere. Anevryſma venæſectione curatum. Sutura tendinum manum flectentium, quam chirurgus Bienaise injecit, nullo tot a punctionibus ſymptomate. Non ſanari fiſtulam quoad dentem evulſeris. Ulcus uteri ſanavit. Oculus prolapſus multa evacuatione, & exuſtis per eſcharotica carnibus fungoſis, tandem reſtitutus. Fiſtula lacrumalis uſtione ſanata. Hernia incarcerata curata, cum inteſtinum inciperet corrumpi. Ulcus renis ſublatum. Fiſtula pectoralis. Fractura calvariæ & pars cerebri amiſſa. Cancroſæ mammæ funeſta amputatio. Deliquia animi ab unguento, quod ranunculum reciperet. A lapſu ſymptomata, vomituſque internis tamen medicamentis diſſipata. Tendo flexoris bicipitis ab oſſe, ut noſter dicit, diſceſſit, mirum malum. A moxæ uſu dolor diu ſuperſtes. Uteri abſceſſus decoctis vulnerariis ſanatus. Ulcus graviſſimum uteri cum plurimo pure effuſo, tamen ſanatum. Tumor carnoſus vaginæ vinculo ablatus. Partus aliqui difficiles. Fiſtula inteſtinalis ſanata. Morſus adeo periculoſus, ut digitum neceſſe fuerit amputare. Duo digiti ſeparati, qui una communi cute erant obducti. Bernardi Ringle monita ne terebratio cranii differatur. Laudes balſami vulnerarii Poteriani. Dilatato annulo inteſtinum incarceratum repoſitum. J. H. Gysii, chirurgi Thunenſis, partus Cæſareus. Manus a vi gangrænæ ſiccæ delapſa. Vulnus cum jactura pene drachmæ cerebri, ſanatum.

Henrici Ruffii curationes XXI. Fiſſura oſſis a carie. Fungus articularis genu curatus &c.

J. Freytag, chirurgi Tigurini, curationes XXI. Cataracta unco de oculo ter extracta a. 1694, dudum ante ullos Gallos. Cataractæ congenitæ depoſitæ. Vulnus corneæ tunicæ curatum; & oculi ab impacta feſtuca vulnus. Polypi ampliſſimi de naribus evulſi. Hydrocele gangrænoſa cum hernia inguinali ſanata, & hernia incarcerata cum ſtercoreo vomitu aperto peritonæi proceſſu, ſic aliæ graves herniæ, etiam inguinales.

Caspari Manzii curationes octo. Vulnus articuli cubiti inciſivum, feliciter emplaſtris vulnerariis curatum: ancyloſis, que metuebatur decocto, inteſtinorum ſuperata.

Muralti fruſtra tentata curatio hydrocephali inciſi, cum aqua in cerebrum effuſa eſſet.

Christophori Bischof, Baſilienſis, duæ curationes chirurgicæ. Anevryſma ſuperatum pila emplaſtrorum ſibi impoſitorum.

J. Zwinger (anonymi) *neue wohlbeſtellte Feldſchererkunſt* Baſil. 1691. 8. 1711. 8. cum Muralto prodiit. Primum de vulneribus, & infortuniis, quibus vita militaris obnoxia eſt. Deinde ciſta militaris.

Ej. Muralti *Kinder und Hebammenbüchlein* Baſil. 1689. 8. 1697. 8. *. Conſilia ad partum difficilem & curationes aliquæ. Uterus a partu quarto die repoſitus.

In E. N. C. *Dec.* II. a. I. multa partus difficilis exempla.

*Obſ.* 108. vulvæ lapſu læſæ ſanatio.

*Obſ.* 112. uteri prolapſus peſſo ſanatus.

*Obſ.* 113. hernia umbilici in puerpera cum ani prolapſu vinculis ſanata.

*Obſ.* 114. uteri hydrops per umbilicum evacuatus.

*Obſ.* 117. funiculum umbilicalem manumque inſertam reduxit.

*Ann.* II. *obſ.* 89. maximus tumor glanduloſus de femore feliciter reſectus.

*Obſ.* 90. ſqq. pluſcula exempla partuum difficilium. Brachium prolapſum feliciter repoſuit.

*Obſ.* 93. mors ex ſanguinis a partu profluvio.

In A. III. numeroſiſſimæ obſervationes chirurgicæ. *Obſ.* 116. fiſſura cranii exemta admoto trepano.

*Obſ.* 117. fractura tibiæ & fibulæ cum vulnere ſanata.

*Obſ.* 118. ſanatus, cui globus plumbeus in pectore relictus.

*Obſ.* 121. chirurgi Bienaise ſutura tendinum manus.

*Obſ.* 124. mors ex vulnere jecoris.

*Obſ.* 125. cancer, quem vocat penis, ſanatus.

*Obſ.* 126. & oculi prolapſus.

*Obſ.* 127. amputata tibia, tamen ab ulceribus mors.

*Obſ.* 128. hernia umbilicalis vinculo ſanata.

*Obſ.* 131. apoſtemata & caries a variolis.

*Obſ.* 132. 133. fiſtula lacrumalis igne ſanata.

*Obſ.* 134. ſtruma amputata, in qua oſſicula.

*Obſ.* 135. felix inciſio in ileo a bubonocele nato.

*Obſ.* 136. ſanata maxillæ inferioris fractura.

*Obſ.* 137. teterrima calvariæ fractura curata, in qua os petroſum, ut putat, fiſſum, pars orbitæ exemta, & muſculus temporalis inciſus.

*Obſ.* 138. polypus naſi evulſus.

*Obſ.* 139. curatus in rene abſceſſus.

*Obſ.* 140. & ſterni abſceſſus.

*Obſ.* 141. ab inteſtino a vermibus eroſo hernia.

*Obſ.* 142. enormis tumor in brachio inciſione curatus.

*Obſ.* 143. gangræna ſpontanea manus curata.

*Obſ.* 144. & fiſtula a carie tibiæ.

*Obſ.* 145. & pectoris fiſtulæ.

*Obſ.* 146. empyema ruptum ſanatum.

*Obſ.* 148. hydrocele curata caſtratione & cereo inmiſſo.

*Obſ.* 150. fractura cranii cum amiſſa parte cerebri, curata.

*Ann.* V. *obſ.* 33. iſchuria a ſcirrho proſtatæ & veſicularum ſeminalium.

*Obſ.* 133. in manus dorſo verruca in maximum cancrum excreſcens.

*Ann.* VII. *obſ.* 95. ex impoſito ranunculo cauſtico ſyncope.

*Obſ.* 106. acicula per urinam egeſta.

*Obſ.* 118. ſanatus quem canis rabidus momorderat.

*Ann.* X. *obſ.* 107. ulcus poſt pleuritidem per lotium feliciter judicatum.

*Dec.* III. *Ann.* II. *obſ.* 134. partus in vetula expeditus ore uteri dilatato.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 55. arteria in venæſectione læſa, ſanguis effuſus, putridus, exemtus, & malum abſque injecto vinculo ſanatum.

§. CCCI.

## §. CCCI. Varii.

Viti Riedlini patris, qui a. 1668. obiit, *obſervationum medicarum centuriæ tres*, a filio Auguſtæ Vindelicorum 1691. 12. * edite. Multæ chirurgici ſunt argumenti: miſera autem eo ævo chirurgiæ Germanicæ facies erat, cum in caſu trepanum poſcente, noſter non auſus ſit ad neceſſariam curationem deſcendere, cui raſionem ſubſtituit. In alio tamen caſu undecimo die trepanum feliciter admotum fuiſſe ipſe meminit. Acus gutturi infixa, prælonga, volſella erepta. A lapſu cerebro concuſſo per biduum mens emota, ſponte reſtituta; neque enim in medicamentis vis illa fuit, quæ propinavit. Ab hernia ſpreta funeſtus ſpaſmus cynicus. Ob gangrænam indice reſecto, tamen mors non potuit vitari. Fiſtula in dorſo feliciter reconciliata. Incontinentia fæcum omnium & mors a fractis vertebris. Emphyſema ſpontaneum. Memorabile & ſimile Bidloiano exemplum, plurimæ aquæ, quæ de naribus fluxit. Mors ab arteria brachii venæ loco inciſa. Ex lapſu, illiſo oſſe ſacro, pedum impotentia, & funeſtus hydrops. Magnus calculus ex ſcroto ſponte elapſus. Vulnus, in quo dura mater inciſa, ſanatum, cum rimam ad pus emittendum noſter dilataſſet. Poſt ſuppreſſas hæmorrhoides ulcus colli veſicæ, mors. Caput fetus in utero relictum ſenſim contabeſcens & egeſtum.

J. Nicolaus Pfizer, Phyſicus Noribergenſis, edidit Noribergæ 1668. 12. *, 1673. 8. Boecler, *vernünftiges Wunden-Urtheil*, ſ. de vulnerum ad mortem inferendam potentia, ſingulatim, a capite ad calcem, etiam de vulneribus veneno infectis, aut a pernicioſis beſtiis illatis. Credulus auctor, & collector. Aliqua de ſubmerſis, num vivi, num a morte in aquam projecti ſint: ſic de ſtrangulatis.

Ej. *Zwey ſonderbare Bücher von der Weiber Natur* &c. Altdorf 1691. 8. *. Chirurgica in partu difficili auxilia. Uterus evulſus cum placenta firmius adhæreſcente. Fetus mortuus unco ductus. Herniæ.

Franciscus Bosellus in *Amaltheo medico hiſtorico* Patav. 1668. 4. * refert ut lege a. 1638. ſancta Patavii licentia docendæ & exercendæ chirurgiæ conferatur.

Pierre Dailly *traité des bleſſures & playes faites par armes à feu* Paris 1668. 12. Hotton. Bur. liber eſt Plazzoni gallice verſus, & nonnullis propriis adnotationibus auctus. Tamen glandes plumbeas caleſcere.

Thomas Rodriguez de Vega *Practica medica, cui acceſſit de fontanellis & cauteriis* Lisboa 1668. 4. C. d. V.

## §. CCCII. Disputationes.

J. Henricus Meibom, vir eruditus, Profeſſor Helmſtadienſis, præter academicas diſputationes nihil ſcripſit.

Ej. *De oſſium conſtitutione naturali & præternaturali* Helmſt. 1668. 4. *. Luxationes, fracturæ, morbi oſſium.

Ej. diſp. *de ſuffuſione* Helmſtatt. 1670. 4. Boehm.

Ej. *De paracenteſi in hydrope* ib. 1670. 4.

Ej. *De bubonibus* ib. 1671. 4.

Ej. *De cancro mammarum* ib. 1673. 4.

Ej. *De ulcerum natura & curatione in genere* ib. 1674. 4. *.

Ej. *De vulneribus lethalibus* ib. 1674. 4. Boehm. 1694. 4. * A globulo in pectore latente per quadraginta annos ſputa purulenta.

Ej. *De ſanguinis eductione* ib. 1674. 4. Hænel.

Ej. *De læſionibus cranii a cauſa externa violenta* ib. 1674. 4.

Ej. *De ſuppreſſione urinæ* ib. 1676. 4.

Ej. *De tumoribus pedum, imprimis œdematoſis* ib. 1679. 4. *.

Ej. *De calculo renum* ib. 1679. 4.

Ej. *De hæmorrhagia* ib. 1684. 4. Habet inſtrumentum, quo arterias in carpo vulneratas coërceat.

Ej. *De vulnerum natura & curatione in genere* ib. 1685. 4. *. Sanatum vulnus colli veſicæ: cochlea umbellata ad arteriæ vulnus. In Italia arterias ligari forcipe correptas.

Ej. *De hernia* ib. 1686. 4. *.

Ej. *De catheteriſmo* Helmſt. 1689. 4. ubi catheteres flexiles deſcribit.

Ej. *de abſceſſuum internorum natura & curatione* Dreſdæ & Lipſ. 1751. edente J. G. B. medico. Bur. Poſthumum opus. Laudat decocta vulneraria.

J. Henr. Bredhaver *de nephritide* Gieſſ. 1668. 4. Riv.

Samuel du Pre' *de carie oſſis* Leid. 1668. 4. Boehmer.

Christ. v. Campen *de calculo renum* Leid. 1668. Boehm.

Irenæi Vehr Prof. Francofurti ad Viadr. *præſidium chirurgicum de methæmochymia* Francf. ad Viadr. 1668. 4. diximus in anatomicis.

Ej. *De abortu* ib. 1684. 4. Platn.

Ej. *De vulnere capitis perſonæ illuſtriſſimæ caſus feralis* ib. 1689. 4.

Ej. *De gangræna & ſphacelo* ib. 1698. 4. Heft.

Nic. Mourik *de iſchuria* Leid. 1668. 4. *.

Christoph. Anton. Schoengast *de Enkurek morſuque tarantulæ* Lipſiæ 1668. 4. *.

§. CCCIII.

## §. CCCIII. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 39. J. Schmidii Gedanenſis infuſoriæ chirurgiæ tentamina referemus, quia ad ſcopum clinicum curandosque morbos ſunt inſtituta. Sed vide B. anat. I. p. 545.

Ej. E. N. C. Dec. I. ann. III. obſ. 122. ex hernia incarcerata natus anus artificialis commode toleratus.

*Obſ.* 124. inteſtinum a lotio eroſum.

*Ann.* IV. V. *obſ.* 161. a veneno cancri plumbum calcinatum.

*Ann.* VIII. *obſ.* 83. vulnus oculi ſubito lethale, quod frequens.

*Obſ.* 89. mors ex ſabuloſo urethræ infarctu.

*Obſ.* 91. polypum narium denique mercurio ſublimato ſuperavit.

*Obſ.* 97. ſic carunculas urethræ gallicas.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 43. hydrophobia vigeſimo poſt morſum anno ſuperveniens.

In Birchii t. II. refertur de enormi calculo unciarum 22. in humana veſica reperto: de hydatidibus ex tumore laterum inciſo prodeuntibus: de rene in cane inciſo & deſtructo, ut integre ſanaretur.

In *Journal des Savans* anni 1668. de calculo quatuor & ultra librarum in equo reperto. Ceperat prodire a. 1665.

In novo diario, quod apud Tinassium prodiit, experimenta recenſentur cum calculo facta, a quo admoto demorſa a vipera animalia ſubito interierint.

Libellorum ad transfuſionem pertinentium cenſum omitto, quos in anatomica parte dixerim.

## §. CCCIV. Varii.

Dube' Medici, *Chirurgien des pauvres* Paris 1669. 8. 1672. 8. 1693. 8. Rouen. 1711. 8.

J. Georg Volcamer, Medici Noribergenſis, *Sendſchreiben von dem Blaſen- und Lendenſtein* Francf. 1669. 4. *. Habere ſe arcanum, quo multos curaverit.

In E. N. C. *Dec.* I. *Ann. Obſ.* 121. fetus retentus, cujus oſſicula prodierunt, poſtquam novum interim fetum conceperat.

*Obſ.* 226. caruncula de vulva progrediens (ſarcoma vaginæ) reſectum.

*Obſ.* 227. calculi ex femina exemti poſt nerveos quosdam motus, quos auctor habet pro calculi itinere.

*Ann.* VI. VII. *obſ.* 72. oleum momordicæ laudat ad partum expediendum.

*Obſ.* 73. uterus ex virgine elapſus & reſectus; ſarcoma potius, cum ipſe neget, cavum fuiſſe.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 62. Sterilitas ab utero per abortum læſo injectionibus ſuperata, ad quas metrenchytem invenit, craſſo, elevatoque & perforato fine.

*Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 177. idem homo quater calculi ſectionem paſſus.

*Ann.* V. *obſ.* 152. a clauſis tibiarum ulceribus impotentia ambulandi.

*Obſ.* 155. a conpuncto nervo convulſiones, eroſo per lapidem cauſticum nervo ſuppreſſæ.

*Ann.* VIII. *obſ.* 227. 228, magni tumores cyſtici ſublati.

TARDUCCIO SALVI da Macerata *il chirurgo con il miniſtro del medico* Rom 1669. 4. *. Inter varios alios tractatus, etiam Pentateuchus chirurgicus hic reperitur, breviter, ut generalia tantum præcepta tradat. Tum aliqua de ſuppellectile chirurgi. In *miniſtro del medico* agitur de venæ ſectione, cucurbitulis, hirudinibus, frictionibus, veſicatoriis, cauteriis. Venarum ſelectus: varium genus lanceolarum, etiam baliſta, quam ad certam profunditatem dimittas, non ultra ſe demerſuram: ad ſcarificandum etiam inſtrumentum depinxit, de quo multos cultellos una producas.

Adjectus eſt PETRI de PIAZZA *breve ed utile diſcorſo* p. 351.

FRANCISCI JOSEPHI BURRHI *epiſtolæ ad* T. BARTHOLINUM Hafn. 1669. 4. *. Arcanum venditabat, quo oculorum elapſos humores ajebat ſe reſtituere.

CINTIO d'AMATO *prattica nuova di tutto quello ch'al diligente Barbiere s'appartiene, ove ſi diſcorre del cavar ſangue, di balſamar corpi humani, dal modo da farſi la ſcarificatione* Venetia 1669. 4. BOEHMER, Napoli 1671. 4. d'ETR.

MOSES CHARAS in *experiences ſur la vipere* Paris 1669. 8. 1672. 8. * & in *ſuite des experiences ſur la vipere* ib. 1672. 8. *. conjunctim recuſis ib. 1694. 8. *. contendit venenum viperæ nullum eſſe, ſolamque iram nocere. REDUS putat hominem pennis non ſuis volatum adfectaſſe, VIGANUS effetum & vetuſtum venenum ad experimenta adhibuiſſe. Tarantularum miranda narrat. Ipſe a vipera morſus, ſuctione, vinculo, ſale viperæ ſumto nihil paſſus eſt (*a*).

HERMANNI GRUBE *de ictu tarantulæ* Francfurt 1669. 8. *. credulus, rei non viſæ.

HENRICI de QUINTAL VIEYRA, ſantarenenſis, *Guia de Sangradores* Lisboa 1669. 8. 1670. 8. C. de V.

J. FR. WEYPERT *trifolium chirurgicum oder gülden Kleeblat der Wundarzney* Francfurt 1669. 12. GRAU. 1673. 12. 1697. 12. 1735. 12.

FRANCESCO de ROMANIS, patricii Centurſini, poſthumum opus cum titulo *obſervationum medico-chirurgicarum* Napoli 1669. fol. *. Multæ ſunt chirurgici argumenti. In adminiſtrationibus brevis eſt. Viam ad nares effodere ſuadet in fiſtula

(a) *Mem. de l'Acad.* 1693.

fiſtula lacrumali. Nuces gallinis fuiſſe funeſtas, quas rabidi canis ſaliva vitiaſſet. Veterum cæterum morem ſequitur, ut minus certis auxiliis fidat, ipſo ad canis morſum ÆSCHRIONIS medicamento. Eventus deſunt.

## §. CCCV. DISPUTATIONES.

PHIL. HENR. BEIER *de rabie vel hydrophobia* Hall. 1669. 4. RIV.

GEORG PETRI PIERERI diſſ. *de natta* Argentorati 1669. 12.

J. JOACH. ZENTGRAF *de tactu regis Franciæ, quo ſtrumis laborantes reſtituuntur* Witteberg 1669. 4. BATINE.

J. ALBERT SEBIZ *de fonticulis* Argentor. 1669. 4. *.

EJ. *De tumoribus præter naturam in genere* ib. 1669. 4. *.

In *exercitationum pathologicarum* XXXIma. 1664 4. multa ſunt chirurgica.

CH. SCHERBIUS *de renum calculo* Utrecht 1669. 4. HAEN.

THOMAS FONES *de ophthalmia* Leid. 1669. 4. *.

## §. CCCVI. DIARIA.

Apud BIRCHIUM a. 1669. agitur de calculo ſub lingua ſponte erumpente, cum malum pro angina habitum fuiſſet. Inteſtina ſponte rupta, & eductæ ſphæræ plumbeæ, totæ tartarea cruſta obductæ.

In *Phil. Trans.* n. 12 & 13. agitur de ſubitaneo & mirifico tumore mammarum in femina, quem mors ipſa ſecuta eſt.

## §. CCCVII. VARII.

ANTONIUS FERREIRA, Luſitanus, EJUS *Luz verdadera o recapilado de toda la cirurgia* prodiit Lisboa 1670. fol.

PIERRE MORENNO TERRER *flor de anatomia, dislocationes y fracturas del cuerpo humano* Madrit 1670. 8.

*Obſervations & hiſtoires chirurgiques tirées des œuvres latines des plus renommés praticiens par un D. en Med. & diviſé en douze Centuries* Geneve 1670. 4. Suſpicor eſſe BONNETI.

*Bandages pour les pauvres gens, pour les deſcentes de boyaux, de matrice, de nombril & de fondement* Paris 1670. 4. BUR.

*Lettre ſur une nouvelle opinion au ſujet de la cataracte* Rouen 1670. 4. FALC. Non reſidere in lente cryſtallina.

SICLER *hiſtoire inouie d'un accouchement de* 19 *mois* au Puy 1670. 4. utcunque huc facit.

JAMES

JAMES WOLVERIDGE *ſpeculum matricis Hibernicum, or the Iriſh maidwives handmaid* Lond. 1670. 8. B. BODLEY.

Cum ed. F. WURZII prodiit H. SCHÆVII *abris der anatomie, und ein Hebammenbüchlein* Baſil. 1670. 8. *. HUTH.

## §. CCCVIII. JOHANNES GROENEVELT.

Belga, Medicus qui in Anglia vixit, calculumque ſecuit. EJ. diſp. *de calculo veſicæ* Utrech 1670. 4. BOEHMER.

EJUS *diſſertatio lithologica variis obſervationibus & figuris illuſtrata* ed. II. Londin. 1687. 8. *. Exoratum fuiſſe a chirurgo & lithotomo Amſtelodamenſi HENRICO VELTHUYSEN, ut arti ſe totum traderet. Hic aliquas adnotationes tradit per ſuam experientiam natas, de calculis & circa calculum rarioribus curationibus. Ut calculi de renibus in veſicam decedant. Calculi figura & mole varii. Calculi renis ſigna, & veſicæ calculi. Enormis calculus unciarum 19, alius 25 unc. Remedia quibus ſymptomata mitigantur, cadaverum inciſiones. Apparatus parvi ſectio, & modi calculi ſecandi varietates. Calculus ſulcatus, ut aliqua via lotio per eam crenam ſupereſſet.

In Anglia nomen mutavit, ut nunc GREENFIELD ſe ſcripſerit, & proſtat EJUS *compleat treatiſe on the ſtone and gravel, with a diſcourſe on the lithontriptiks* London 1710. 8. *. Multa expertus hic ea exponit, quæ ſibi vidiſſe contigiſſet. Ex puellis magnos calculos extraxit, ſed etiam medicamentis lithontripticis ſolvit. Iterum magna varietas calculorum, aliqui ex priori opere. Calculus circa acum natus. Calculos equidem inter duas membranas veſicæ natos vidit, vere tunicatum nunquam. Ab uſu ſaponis calculus eductus eſt, ut in glande ſe conſpicuum daret. Adparatus parvus & magnus. Alto ſemel feliciter uſus eſt. Vulnus urethræ majus æque facile ſanari ac minus. Sibi accidiſſe, ut aliquando calculum non poſſet educere. Symptomata. De lithontripticis medicamentis eorum temporum, DUVY, TIPING, abſurdis miſcelis, ROGERII alcalino pulvere, quem laudat, ſale ſtipitum fabarum cum teſtis ovorum & cancrorum chelis. G. CHARLETON perſuaſiſſe ſibi, dari liquorem, qui calculum vere ſolvat, & incredulis ſuccenſuiſſe. Prius opuſculum his utique auctum redit, cum TOLETI iconibus.

EJUSD. *de tuto cantharidum uſu l.* Londin. 1698. 8. 1707. 8. Anglice vertente J. MARTIN, ib. 1706. 8. *. Potius ad clinicen pertinet, & eo loco repetetur. Accuſatus ob propinatas cantharides, etiam carceri addictus fuerat.

## §. CCCIX. THEODORUS KERKRING.

Inciſor & Chemicus, de cujus moribus alias egi. In *ſpicilegio anatomico* Amſterdam 1670. 4. * pluſculæ continentur adnotationes chirurgicæ. Sarcoma pro uteri prolapſu habitum. Secundarum pars quarto menſe incorrupta educta. Iliaca paſſio ab inteſtinorum ulcere. Acus, quæ in gutture hærebat, magnete educta.

Lor-

Lordoſis medicamentis ſanata. Luxationis femoris veræ & inſanabilis exemplum ligamentis laxatis. Calculorum varietates. Fiſtulæ a ductu ſalivali. Fiſſura calvariæ a lapſu prætervíſa, & tumores varii circa arterias temporales, eventu funeſto. Femina quam bronchocele præfocavit. A capite femoris nimis parvo claudicatio. Trigeſimo anno deceſſit lamina oſſea de tibia, quam equus percuſſerat.

### §. CCCX. Denis Fournier

Chirurgi Pariſini, *traité de la gangrene & particulierement de celle qui vient en la peſte* Paris 1670. 12. Portal. Fortia commendare eſcharotica.

Ej. *l'œconomie chirurgicale pour le rhabillement des os, contenant l'oſteologie, la noſosteologie & apocataſtoſteologie* Paris 1671. 4. *. de morbis oſſium fuſe, deque fractis & luxatis & eorum repoſitione. Propria vix habet, Pareum ſecutus. Machinamenta Oribasii depicta dat.

Ej. *traité methodique des bandages* Paris 1671. 4. *. Continet etiam Galeni de faſciis icones. Editionem citat 1678. 4. Portal, cui nova aliqua dicit acceſſiſſe.

Ej. *les principes de chirurgie* Paris 1671. 4. *. Tabulæ de generalibus actis.

Ej. *l'art qui chaſſe la peſte, les bubons, les charbons; l'eſtiomene & la gangrene* Paris 1671. 4. *. Potiſſimum in medicamentis verſatur. An idem libellus qui primo loco dictus.

Ej. *l'accoucheur methodique, qui enſeigne la maniere d'operer dans tous les accouchemens naturels & artificiels* Paris 1677. 12. Bur. Portal eſſe ex Ruffio.

### §. CCCXI. Varii.

In Christ. Frid. Garman maxima *de miraculis mortuorum* collectione multa huc pertinent, ut de naſo inſititio, de partu cadaverum, de celebri illa apud avos noſtros cadaverum cruentatione, quæ fit ad acceſſum homicidæ: de putrefactione & ea occaſione de calculis. Prodiit 1670. 4. & Dresd. 1709. 4. *.

In E. N. C. D. I. A. I. a 145 de inteſtino a vermibus perforato & curato.

*Ann.* III. *obſ.* 43. calculi ſub lingua.

*Obſ.* 204 mors ex rupto varice.

*Dec.* II. *ann.* VIII. *obſ.* 153. urinæ incontinentia a calculo.

### §. CCCXII. Disputationes.

Justi Schrader Prof. Helmſtad. *de ulceribus* Leid. 1670. 4. *.

In *obſervationibus & hiſtoriis, quas collectus edidit* Amſterdam 1674. 12. *. hernia deſcribitur & proceſſus peritonæi teſtem comprehendens. Iterum proceſ-

ſus quidem petitonæi, abſque hernia tamen, cum icone. Quartana moleſtiſſima, ictu in cranium accepto ſublata. Caries fere univerſorum oſſium ex frigida natatione. A SMALZIO lithotomo maximus calculus exciſus. Inciſiones nonnullorum cadaverum morboſorum.

PETRI le CLERC *de fracturis cranii* Leid. 1670. 4. *.

BERN. CHARIAS CHAPELLE *de mammarum inflammatione* Leid. 1670. 4. *.

VIC. LOCHER *de renum & veſicæ calculo* Baſil. 1670. 4.

GEORG WARMUTH *de abortu* Leid. 1670. 4. PLATN.

## §. CCCXIII. PIERRE JOSEPH MICHON.

Vulgo Abbé BOURDELOT, Medicus apud R. CHRISTINAM gratioſus, qui cum ſplendore aliquo vixit, & demum veneno ſe interemiſſe creditus eſt. Idem cum ab infelici venæ ſectione anevryſma paſſus eſſet, inſtrumentum invenit, ſcutum nempe, cujus diuturna preſſione, hoc malum facile toleravit, de quo apud BLEGNYUM (a) retulit. Exſtat in PLANQUE *Bibl. de Med.* T. II. p. 481. diſſ. ejus de aneuriſmate. Exemplum orti a vociferatione; a conatu. Hiſtoria proprii mali.

Eodem fere tempore celebris poeta BENSERADE periit, cum chirurgus arteriam ei pro vena percuſſiſſet, & aufugiſſet, neque ſanguinem ſuppreſſiſſet.

IDEM BOURDELOT edidit Paris 1670. *obſervations ſur la vipére* Paris 1670. 12. De morſu viperarum; in eo tamen virus eſſe, etſi in Gallia mitiores ſint.

Apud eumdem conventus fuit Academicus, in quo varia phyſica & medica a variis eruditis viris agitata fuerunt. Aliqua in eo collegio propoſita edidit GALLOIS, cum titulo, *Converſations de* M. l'A. BOURDELOT Paris 1675. 12. * & in *Zod. Gallico.* De lapide ad morſum ſerpentum. De puero calculos abſque dolore mingente. Vulnus inteſtini ſevera diæta ſanatum. Contra ſedem ſuffuſionis in lente cryſtallina. De BURRHI epiſtolis.

## §. CCCXIV. DIARIA.

Apud BIRCHIUM de calculo in urethra hærente, per qum lotium ſibi viam cadendo aperuit.

CLARKE de calculo 22 librarum ex utero vaccæ exciſo.

In Diario TINASSIANO calculus ex veſica canis; eadem de parietariæ vi lithontriptica hiſtoriola, quam citavimus.

*Novæ Academiæ Naturæ curioſorum Acta* hoc anno 1670 ceperunt prodire, quorum nuper ſecularia celebrata fuerunt. In iis actis a medicis fere, tamen etiam a chirurgis communicatis, magnus numerus prodiit adnotationum & caſuum chirurgici etiam argumenti.

Anno I, qui Lipſiæ 1670. 4. * prodiit, MATTHÆUS FRANC. HERTODT egit de cancro dentis, ulcere, ut puto, maligno & rebelli gingivarum.

HEN-

(a) *in nouvelles decouv. ſur la Medec.*

Henricus Volgnad *obſ.* 11. de funeſto eventu ani clauſi in puero nuper nato.

*Obſ.* 21. Inteſtina ab adliſo abdomine rupta.

*Ann.* IV. V. *obſ.* 169 funeſtus calculoſus renis abſceſſus.

*Ann.* I. J. Ferdinand Hertod *obſ.* 25. Cum nullus in gravida femina callus ſubnaſceretur, continuo, cum peperiſſet, idem conferbuit.

*Obſ.* 99. ulcus cancroſum pancreatis, reneſque corrupti in viro orthoſtadio.

*Ann.* IV. V. *obſ.* 98. Colli anevryſma pro inſanabili dimiſſum, nullum enim exemplum eſſe ſanati.

*Ann.* I. Allard Herman Cummen *obſ.* 46. hydrocephalus fomentis ſpirituoſis ſublatus.

*Dec.* I. *Ann.* III. *obſ.* 112. ulcus in oſſe bis viſum.

*Obſ.* 117. ſecundinæ particula poſt menſem demum expulſa.

*Obſ.* 135. oſſis coccygis luxatio introrſum facta.

*Obſ.* 187. inteſtinum rectum fiſſum & gangrænoſum.

*Obſ.* 182. ſanati fulmine tacti.

Frider. Ferdinand Ilmer, Profeſſor Vindobonenſis *obſ.* 49. partus difficilis a præeunte brachio, brachio reſecto, fetu in tres partes diviſo expeditus.

*Ann.* II. *obſ.* 39. iſchuria die decimo ejecto calculo ſoluta.

*Ann.* III. *obſ.* 16. calculus, ut puto, felleus per abdominis abſceſſum eductus.

Ejusd. diſp. *de calculis microcoſmi* Wien 1692.

*De oculorum morbis* 1697. 4. *. Titulum puto alium eſſe.

*Ann.* I. J. Georg Greusel *obſ.* 64. ren purulentus totusque conſumtus.

Laurentius Wolfstrigel *obſ.* 63. ex vulnere oculi lens cryſtallina ad labia vulneris corneæ tunicæ adnata.

*Ann.* II. *obſ.* 88. hernia umbilicalis congenita.

*Ann.* I. Nicolaus Wilhelm Beckers *obſ.* 82. in abſceſſu abdominis muſculi feliciter inciſi.

*Ann.* IV. V. uvula eroſa abſque malo.

*Ann.* VIII. *obſ.* 76. colica nephritica.

*Obſ.* 72. arteria ſponte rupta in hemicrania felici eventu.

*Obſ.* 73. ſic anaſarca per ſpontaneos abſceſſus curata.

*Ann.* I. Gottfried Thedesius *obſ.* 106. calculus veſicæ, uterus dura & viſcida materie refertus.

## §. CCCXV. Cosmus Viardel.

Chirurgus obſtetricius Pariſinus, Mauricæi æmulus. Scripſit Paris 1671. 8. *Obſervations ſur la pratique des accouchemens*, recuſas Paris 1748. 8. *. Germanice verſas Francfurt 1676. 8. *. Ordinis omnis ignarus, paſſim ſuperſtitioni indulgens, inque medicamentis plurimus, uterum ſe extraxiſſe fatetur, neque id ſibi vitio ducit, aut pudori. Per pedes perinde, ut Mauriceau, fetum fere extrahit. Adnotationes aliquas adſpergit, adque partus difficiles conſilia. Infans vivus ex matre mortua exciſus. Fetum capite inpacto omnium difficillimum partum facere, periculoſiſſimum placentam, aut funiculum præeuntem, malum etiam præcedentem faciem. Exemplum uteri ab obſtetrice evulſi. Connatam vaginam emollientibus medicamentis aperuit.

In nova editione peculiaria aliqua conſilia inter adnotationes locum inveniunt. Peſſum mavult auctor ex cannabi parare in cera liquida tincta.

Verſio Germanica ſæpe ridicula eſt; virgines plerumque vocat, quæ pepererunt.

## §. CCCXVI. Varii.

*La poudre de ſympathie juſtifiée* Paris 1671. 8.

Thomas Shirley *of the cauſes of ſtones in the greater world in order to find out the cauſes and cure of the ſtones in man* London 1671. 8. Hamburg 1675. 8. 1699. 8.

William Sermon *the engliſh midwife* Lond. 1671. 8.

Barent Piebers *geluklig ſteenkonſt den ſteen te ſnyden end uytdryven zonder pyn* 1671. 8. ut videtur ex E. N. C.

## CCCXVII. Disputationes.

Ludovici Salzman *de abſceſſu interno inſignis magnitudinis cum hydrope & aliis notatu dignis in muliere Argentoratenſi nuper obſervatis* Argentor. 1671. 4. *. Abſceſſus cyſtici gelatinoſis hydatidibus varii, hydrops, ut videtur, ovarii.

J. Henr. Agerius *de varicibus* Argentor. 1671. 4. Riv.

C. C. Mylius *de pernione* Leid. 1671. 4.

Andr. Hofman *de tentigine, ſ. nimia excreſcentia clitoridis* Jen. 1671. 4.

Ej. eſt diſp. *de fracturis cranii* Witteberg 1671. 4.

J. Gerardi Simonis J. C. *Jura obſtetricum* Jen. 1671. 4. B. Boehm.

Ej. *Obſtetrices* ib. 1678. 4. ib.

Jacob a Teffelin *de iſchuria* Leid. 1671. 4. *. alii 1672.

Petr. Moeller *de vulneribus ſclopetorum* Regiomont. 1671. 4.

## §. CCCXVIII. Diaria.

In E. N. C. *Anno* II. multa huc faciunt.

J. Frid. Treubler *obſ.* 37. de ambuſtis a fulmine.

Simon Schulze Thorunienſis medici.

*Obſ.* 63. neſcio cujus concrementi mollis in lapidibus reperti, laudes adverſus calculum.

*Obſ.* 64. 81. varia ad calcem podagricam.

*Obſ.* 134. tumor abdominis per lapſum ex alto curatus, effluente per pudenda humore.

*Ann.* III. *obſ.* 1. calculus ſub lingua exciſus.

*Obſ.* 2. curationes puerorum natorum ano imperforato.

*Obſ.* 3. ſic vulvæ.

*Obſ.* 155. de remediis lithontripticis compilatio.

*Obſ.* 156. de fonticulorum utilitate in epilepſia, paralyſi, &c.

*Obſ.* 189. grave vulnus pectoris lentiſſime curatum, & quinto anno lethale *obſ.* 115. a. IV. V.

*Obſ.* 260. fulgurati abſque noxa.

*Ann.* IV. V. *obſ.* 72. hernia vera in columba.

*Obſ.* 114. renis abſceſſus funeſtus.

*Obſ.* 122. inteſtini recti gangræna.

*Obſ.* 126. in lotio poſt bihorium calculos eſſe natos.

*Ann.* VI. VII. *obſ.* 135. maxima purulentia pectoris & abdominis, de umbilico erumpens.

*Obſ.* 142. ex ſalivæ canis rabidi contagio hydrophobia.

*Obſ.* 147. pus pleuriticum ex vulnuſculo brachii.

*Obſ.* 157. magna excreſcentia carnoſa de ſcapula abſecta.

*Obſ.* 163. pectus ab abſceſſu late apertum.

*Obſ.* 135. paracenteſis fruſtranea in hydrope.

*Obſ.* 168. excreſcentia fungoſa uteri ſphacelata.

*Ann.* VIII. *obſ.* 21. a cancroſa mamma reſecta ſubita mors.

*Ann.* II. J. Jacob Wenceslai Dobrzenski de Nigroponte *obſ.* 65. de calce podagrica.

*Obſ.* 181. partus ab uteri abſceſſu impeditus.

Joh. Pilas *Dec.* I. *Ann.* II. *obſ.* 92. atheroma in humero exſectum.

*Obſ.* 108. anevryſma curatum faſciis.

PAULUS de SORBAIT, Medicus Vindobonenſis, *obſ.* 104. impotentia venerea ex vulnere capitis.

In ejus *univerſa medicina theorica & practica*, chirurgia continetur & examen chirurgicum Nuremb. 1672. fol. & cum titulo *praxeos medicæ auctæ* Wien 1680. fol.

*Ann.* II. JOH. ANTON. CLOZ prægrandis calculus excretus de viro. *obſ.* 124.

GODOFR. CHRISTIAN WINKLER, *obſ.* 132. vulnus oculi curatum & aqueus humor reſtitutus.

*Ann.* VI. VII. *obſ.* 91. funeſta venæ raninæ ſectio (morbus potius funeſtus, in quo inciſa fuit).

*Obſ.* 100. ſpina ventoſa ſanata.

*Obſ.* 101. lithontriptico expulſus calculus.

*Obſ.* 109. calculus veſicæ, qui ex renibus deſcendit, ubi diu habitaverat.

*Obſ.* 112. calculis expulſis iſchuria die undecimo ſublata.

*Ann.* VIII. *obſ.* II. calculus veſicæ ex femina exciſus.

*Ann.* II. MARTIN BERNHARD a BERNIZ, Medicus Varſovienſis, miraculorum amans.

*Obſ.* 139. calculus prægrandis a femina excretus.

*Obſ.* 140, 141. alii calculi: etiam in viro permagni.

ANONYMI vagæ cogitationes de liquore calculum ſolvente, *obſ.* 158.

AUGUSTIN HERMANN magna maſſa de perinæo feliciter exciſa, *obſ.* 172.

ELIÆ RUD. CAMERARII, Profeſſoris Tubingenſis, *obſ.* 176. iſchuria poſt 22. diem ſoluta.

EJ. *De pleuritide & abſceſſu pectoris cum ſuccedente colica ſpasmodica & gutta ſerena* Tubing. 1690. 4.

EJ. diſp. *de polypo narium* Tubing. 1688. 4. HAEN.

EJ. *De polypo narium aquoſo* Tub. 1688. 4. BOEHM.

EJ. *De clyſmatibus* 1688. 4.

EJ. *De ulceribus antiquis* 1689.

EJ. *Pleuritis & abſceſſus pectoris cum ſuccedente colica & gutta ſerena* ib. 1690. 4.

EJ. *De ozæna* ib. 1692. 4. *.

EJ. *De fractura cum vulnere* ib. 1699. 4.

SIMONIS ALOYSII TUDECS, Pragenſis, *obſ.* 254. uterus in partu ruptus.

*Ann.*

*Ann.* IX. X. *obſ.* 116. pro tarantiſmo teſtimonium.

*Obſ.* 122. inteſtinum colon cum vulnere abdominis connatum.

*Obſ.* 125. profundum cerebri vulnus ſolo caſu funeſtum.

Cæso Gramm Kilonienſis.

*Ann.* II. *obſ.* 256. fetus per particulas de utero ſenſim excluſus.

*Ann.* III. *obſ.* 18. aliquod levamen hernioſæ, dum ulcera abdominis aperta manabant.

*Obſ.* 19. calculus veſicæ figuræ fabuloſæ.

*Obſ.* 80. fetus putrefactus de utero expulſus.

*Obſ.* 81. cephalea ſuperata cauterio potentiali, ad ſuturæ coronalis cum ſagittali commiſſionem, ad os uſque exurente.

In l. *de Judæis medicis* citato in *Journal des Savans* 1680. defenditur non debere neque in medicina, neque in chirurgia ejusmodi homines ad ægros vocari.

## §. CCCXIX. Ehrenfried Hagedorn.

Medicus Görlizienſis.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* II. *obſ.* 248. ſphacelus a fracturæ nimis ſtricto vinculo.

*Obſ.* 243. calculoſi hominis inciſio.

*Ann.* III. *obſ.* 214. fonticuli ad ulcera vetuſta claudenda utiles.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 72. gryllos ad iſchuriam ipſumque veſicæ calculum laudat,

Et *obſ.* 74. Catechu in oculorum vulneribus commendat.

*Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 162. per urinam ejecti calculi flavi politis aciculis inſignes.

*Ann.* V. *obſ.* 90. tumor maximus femoris funeſto auſu tentatus.

In *obſervationum & hiſtoriarum medico practicarum Centuriis tribus* Francof. & Lipſ. 1698. 8. *. editis multa ſunt argumenti chirurgici, ut bregmatis in pueris nuper natis funeſtæ depreſſiones. Cutis a cranio in partu divulſa. Vulnus calvariæ cum depreſſione curatum. Vulnus oculi, ſed humores amiſſi reſtituti. Cancer, ut putat, narium mercurialibus medicamentis ſublatus. Uvulæ pars gangrænoſa feliciter reſecta. Calculus ſublingualis. Maxilla per oſcitationem luxata. Ulcera circa aſperam arteriam ſanata. Fiſtuloſum pectoris ulcus & ventriculi vulnus, eventu funeſto. Umbilicus in hydrope lethali eventu ruptus, & par eventus ſcarificationis. Calculorum hiſtoriæ. Suctione de urethra prolectus lapis; etiam ſponte in femina elapſus. Varia, etiam circa articulos ulcera poſt variolas. Gangrænæ multa exempla, a morbillis, a frigida, a ſtrictiori faſcia. Partus ex utero prolapſi. Membranæ de utero a partu decedentes, auctori ignotæ.

ignotæ. Sanatus, cui palus faciem trajecerat. Vulnus abdominis a bove cornipeta inflictum ſanatum. Penis imperforatus feliciter apertus. Vulneris utilis ſuctio. Cancer mammæ fruſtra reſectus & repullulans. Globulus ſclopeti ſub clavicula abſque malo retentus.

## §. CCCXX. Caspar Theophilus Bierling.

Magdeburgenſis Medicus.

Fiſtula perinæi in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* II. *obſ.* 204.

In Ej. *adverſariorum curioſorum centuria* I. Jenæ 1679. 4. *. excuſa aliqua huc faciunt. Herniotomus caſtratus culpatus. Rudis chirurgus còlon inteſtinum diſcerpit. Gravis caſus ab alto innocuus. Ex raninæ venæ ſectione (arteriæ, ut putes) varia mala. Ex levi vulnere brachii per malam curationem mors. Ab hydrocephalo difficilis partus & funeſtus.

## §. CCCXXI. Georgius Wolfgang Wedel.

Profeſſor Jenenſis, uxoris meæ avunculus, vir eruditus, chirurgiam paſſim tetigit, in numeroſis potiſſimum diſputationibus.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 125. viperarum adipem ante Sloaneum adverſus ophthalmias laudavit,

Et *obſ.* 113. uſum terræ, ut putabatur, catechu in hernia varicoſa felicem.

*Obſ.* 230. gibbus ex lapſu, inde paralyſis.

*Obſ.* 235. teſtis contuſus in ſuppurationem verſus.

*Ann.* III. *obſ.* 23. calculus veſicæ in cane.

*Obſ.* 69. enormis in femina tumor.

*Obſ.* 246. in cane & in equo calculus.

*Ann.* VI. VII. *obſ.* 124. aqua ſub adnatam tunicam effuſa, medicamentis diſſipata.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 168. maximum vulnus a cornu cervi faciei infixo ſanatum, abrupto cornu, ut putat, in ſinu frontali latente.

*Dec.* II. *ann.* I. de moxa ex Artemiſia Germanica parata in doloribus profundis utili.

*Obſ.* 11. tumores contactu cadaveris curati.

*Obſ.* 12. de aliis tumoribus duris rebellibus.

*Ann.* II. *obſ.* 184. femur bis fractum, fragmento intermedio educto convaluit.

Ej. in *Appendice* Arium & Judam ex volvulo & inteſtinis ruptis periiſſe.

*Ann.*

*Ann.* V. *obſ.* 7. a contuſo capite ſubitum delirium.

*Ann.* VI. *obſ.* 91. verus uteri prolapſus, ut infans ex eo elapſo utero educi potuerit.

*Obſ.* 115. varices ſponte ſua aperti.

Diſputationes chirurgici argumenti.

*De ſetaceis* Jen. 1673. 4. *.

*De paronychia* 1673. 4. *.

*De partu difficili* 1675. 4. *.

*De cauteriis* ib. 1677.

*De dentitione infantum* ib. 1678. 4.

*Æger nephritide laborans* 1680. 4. *. In ejus cadavere vidit calculum renalem incuneatum in oſtium ureteris, & in altero rene calculum pelvim occupantem.

*De pernionibus* ib. 1680. 4.

*Æger paſſione iliaca ex hernia laborans* 1681. 4.

*De bubone peſtilenti* 1681. 4. *.

*De gibbere* 1684. 4. *.

*De ægro hernia laborante* 1684. 4.

*Æger vulnere capitis laborans* 1684. 4. *.

*De caſu ab alto* 1684. 4. *. Hepar integra cute ruptum.

*De ophthalmia* 1684. 4. *.

*De uteri procidentia* 1684. 4. *.

*De empyemate*, ib. 1686. 4. *.

*De clavo pedis* 1686. 4. *.

*De transplantatione morborum* 1686. 4. *.

*De nævis maternis* 1688. 4. *. Periit infans, cujus in dorſo tumorem corroſivis medicamentis adgrediebantur.

*De punctura nervorum* 1689. 4. *.

*De cucurbitula ſicca* 1691. 4. *.

*De ægilope* Jen. 1695. 4. *.

*De hydrophobia* ib. 1695. 4. MENZ.

*De fundamentis lethalitatis vulnerum* 1695. 4. *. 1709. 4.

*De procidentia ani* 1696. 4. *.

*De verrucis* 1696. 4. *.

*De inflammatione renum* 1687. 4. *.

*De corroſivorum natura & uſu* 1698. 4.

*De anevryſmate* Jen. 1699. 4. *. Igne ſanatum anevryſma arteriæ radialis.

*De varice* Jen. 1699. 4. *. Frequentiores eſſe in cruribus, repertos tamen etiam in oculo, mammis. Hæmorrhoides eo pertinere. Ortum a nixu & circa pudendum a partu. Curari vinculis, & lamina plumbea perforata.

*Æger iſchuria laborans* 1699. 4. *. Caruncula in oſtio urethræ erat, cum calculum exſpectarent. Urina farinacea, in qua ſquamulæ pellucidæ, & penis vaſa nigra, contracta. Caruncula gallinacea præmagna.

*De calculo mechanico* 1701. 4. *. Calculus ex canis veſica excifus merum ſpiritum urinoſum reddidit.

*De uſu ligaturarum in hydrope* 1703.

*De lithotomia* 1704. 4. *.

*De cancro mammarum* 1704. 4.

*De phimoſi & paraphimoſi* 1705. 4. *. In collectione VALENTINI, quæ cum Noſodochio Academico prodiit.

*De tumoribus teſtium* 1706. 4. *.

*De cataracta* 1706. 4. *.

*De contrafiſſura*, Reſpondente RUD. CHRIST. WAGNER 1708. 4. Docta diſputatio, qua contrafiſſuram locum habere poſſe etiam experimentis demonſtratur, quorum aliqua ſunt LEIBNITII. In eadem collectione VALENTINI rediti.

*De atretis* 1709. 4. *.

*De efficacia dierum criticorum in vulneribus de lethalitate dubiis* ib. 1712. 4.

*De excutia ventriculi* ib. 1712. 4. *.

*De carie oſſium* ib. 1712. 4. *.

*De ophthalmia* ib. 1713. 4.

*De fiſtulis* ib. 1714. 4. *.

EJ. *de polypo narium* ib. 1715. 4. *. Admotus lapis infernalis, extractio forcipe facta, avulſæ reliquiæ.

*De cantharidibus* ib. 1717.

Porro inter programmata.

*De vulnere in quinta coſta* ib. 1684. 4.

*De latere* CHRISTI *aperto* 1686.

*De* PAULO *a vipera demorſo* ib. 1710. 4.

*De morbis Philiſtæorum* ib. 1720. 4. *.

Hæc

Hæc programmata recurrunt in *exercitationibus medico philologicis* 150, quæ ab a. 1702. Jenæ 4. *. prodierunt: plura vero in ea collectione conſervata reperio, ut in *Dec.* I. de morte ATTILII REGULI: in *Dec.* V. de epiſpaſmo Judæorum, in XII. de claudis novi teſtamenti.

In libro *de morbis infantum* Jenæ 1717. 4. *. herniæ, calculus, aliique infantiles morbi hactenus tractantur, ut fere in medicamentis auctor ſe contineat. Labium leporinum uncinulis adglutinatis abſque acubus intra octiduum ſe ſanaturum ſperat. Nævos lapide corroſivo deſtrui abſque malis ſymptomatibus. Deſtrui debere, non irritari. Hernia infantilis vinculis curata abſque ſutura, &c.

## §. CCCXXII. JOHANNES BOHN.

Profeſſor Lipſienſis, vir gravis & veri amans, in judiciis ſeverior, chirurgiam hactenus adtigit, quod de medicina forenſi bene ſit meritus,

Primum *de renuntiatione vulnerum, vulnerum lethalium examen exponens, horum formalitatem & cauſam tam in genere quam in ſpecie, per ſingulas corporis partes* Lipſ. 1689. 8. 1711. 4. *. 1715. 8. Amſterdam 1732. 8. Judicium de vulnerum ad inferendam mortem poteſtate non debere chirurgis committi. Ut caute in eam cauſam præſente in cadavere inquiratur. Diſcrimen vulneris abſolute lethalis, per ſe lethalis, & per accidens. Deinde ex ordine de vulneribus diverſarum partium magis aut minus funeſtis. Exempla levium vulnerum, quorum triſtis fuit eventus, & gravium, in quibus lætus. Vulnera vaſorum gravia, funeſta & tamen ſuperabilia, ſi continuo apta auxilia præſto fuerint. Ut a ſitu, ætate, conſtitutione corporis ſimillima vulnera aliter & aliter eveniant. Non poſſe a mortis ſupervenientis celeriori aut tardiori termino de lethalitate definiri. Muſculorum temporalium vulnera ſæpe non funeſta eſſe, ſic graves calvariæ læſiones. Commoti cerebri in hepar effectus. Quibus in exemplis trepanum requiratur, in quibus eo auxilio abſtineri poſſit. Vulnus iliacæ venæ demum 13. die lethale, quod a pinguedine obturatum fuiſſet. Alias idem ſubito mortem intulit. Sic vulnus cruralis arteriæ, & jugularis, & cavæ venæ. Sed & ſpermaticorum vaſorum vulnera noſter inter lethalia refert. Mortes a percuſſione: funeſtum emphyſema ex fractis coſtis. Varii gradus, quibus vulnera cerebri mortem inferunt: læſo cerebello felis continuo enecta. Mortes ex ramis carotidis arteriæ & vertebralis. Hepatis vulnus funeſtum, ſic lienis. Intra uterum matris conculcatæ fetus periit. Vulnera ventriculi & inteſtinorum quandoque ſanari, hepatis perraro. Funeſta veſiculæ fellis vulnera, etiam per experimenta in vivis animalibus facta. Renum vulnera lethalia. (Non certe ſi recte curata fuerint, ut ipſe vidi, cum plurimum ſanguinis deinde puris per urinam deceſſiſſet, quem juvenem ſola accurata victus ratione ſervavimus). De infanticidio fuſe & accurate.

Tum in *appendicis* diſſ. II. prima ſigna vivi & mortui nati, altera de vivis

mortuiſve aqua ſubmerſis, ſuſpenſis ac vulneratis. De pulmonum experimento: fallere poſſe, nam & vivi fetus pulmones non ſemper natare; & poſſe fetum in tranſitu per vaginam aerem hauſiſſe, & tamen exanimem partu edi. Et contra fetus vivos diu ſæpe aeris uſu abſtinere. Signa, quibus diſtinguas, num vivus homo in aquas ſit præcipitatus, num mortuus. Egregium opus, & plurimis, ut vocant, obſervationibus confirmatum. Non tamen diſſimulavero, meticuloſam ejus ævi chirurgiam paſſim malorum eventuum numerum auxiſſe, & ab eo tempore lethalitatis vices decreviſſe.

IDEM vir illuſtris primum *diſputationes* edidit Lipſiæ 1690. 4. *de medicina forenſi* I. II. & III. a. 1692. 4.

*De medici officio tres*, a. 1697. 4. * *quartam* a. 1699. 4. * *quintam* ann. 1700. 4. HEFT.

Deinde juſtum opus ſucceſſit *de officio medici duplici, clinico atque forenſi* Lipſ. 1704. 4. *. Cordati viri eximius labor. In prima parte huc facit tractatio de chirurgicis medicamentis, in qua parum chirurgis tribuit, quos medici non manu duxerint, remediorum autem nomina, etiam inſtrumenta intelligit, deque eorum uſu, & peculiariter de terebratione cranii, multis agit. Contra caſtrationem, & pro miti ubique curandi ratione.

Deinde in *medicina forenſi* plurima ſunt chirurgici ſcopi. In relationibus director ſit medicus, neque relatio chirurgis tradenda, ut in *Conſtitutione criminali* ſanctum ſit. Contra ignorantiam obſtetricum. De relationum forma, fuſe. Accurata & cauta vulneris inſpectio a medico potius inſtituenda. Separari omnino debere vulnera per ſe lethalia ab abſolute lethalibus. Iterum de experimentorum in pulmonum natatione factorum incertitudine. Mitioribus medicum accedere in re dubia, judici legem ſcriptam eſſe, non medico. Nihil extus læſum, ſed os tamen bregmatis fractum, & ſanguis ſuper duram membranam effuſus. Diu paracenteſi repetita ſuſtentatus homo, etiam 20 aquæ libris emiſſis.

EJ. *chirurgia rationalis, oder Abhandlung aller chirurgiſchen Operationen* Braunſchweig 1727. 8. *. Germanice vertente HENRICO WINKLER. Codicis jam VALENTINUS meminerat. Non equidem multa habet reconditæ peritiæ, ſed neque ea, quæ vulgo hoc ævo nota ſunt. Paucæ adnotationes propriæ. Poſthumum opus. Exemplum tamen fetus vivi feliciter ex mortua matre exciſi.

In *Act. Erud.* Lipſ. 1683. agit de liquore hæmorrhagiis comprimendis deſtinato Cl. VIVIEN, & experimenta ſua exponit in canibus facta, ut ſolo vini ſpiritu uteretur, cum aliqua, non diuturna compreſſione. Eo ſolo ſpiritu intra paucas horas ſanatum eſt vulnus venæ jugularis & cruralis, arteriæ item cruralis. Spiritum vini & ſanguinem cogere, & partes ſolidas indurare.

EJUS etiam ſunt diſputationes.

*De polypo narium* Lipſ. 1672. 4. *. Exſtirpati exemplum.

*De hæmorrhagia* ib. 1674. 4.

*De*

*De dyſpnœa* 1686. 4. *. Mors ab exigua ſugillatione transverſi ſepti.

*De trepanationis difficultatibus* 1694. 4. Duram membranam utique cranio undique adhærere. Non nimis tamen reformidandam trepanationem, quæ indicetur ad ſanguinem effuſum abducendum, a quo magnum periculum impendeat. Recuſa eſt cum *Circulo anatomico* Lipſ. 1710. 4. *.

Ej. *valetudinarium parturientium* 1701. 4. Heft.

*De revulſione cruenta* 1704. 4. *. Clinici potius ſcopi, agit de ſelectu venarum.

*De abortu ſalubri* 1707. 4. * ob neceſſitatem compeſcendæ hæmorrhagiæ, non alteri ceſſuræ auxilio, quum fetum manu educere ſit neceſſarium. Recuſa cum *circulo* 1710. 4. *.

*De phlebotomia culpoſa* 1713. 4. *. De anevryſmate. Et in vero & in notho arteriam perforatam eſſe. Exempla læſi cum ſaphena vena nervi. De anevryſmamate; Nullum admittit niſi ſpurium laxius vel magis anguſtum. Arteriæ membrana externa læſa, putat internam tamen ſanguinem ſuſtinere.

*De diſcuſſione* 1713. 4. Heft.

## §. CCCXXIII. Bernardinus Genga.

Chirurgus & inciſor, medicinæ etiam D. Urbinas, Ej. *anatomia chirurgica, cive Iſtoria anatomica dell' oſſi e muſcoli del corpo humano con la deſcrittione de' vaſi piu rigardevoli che ſcorrono per le parti eſterne, ed un breve trattata del metodo che chiamano circulazione del ſangue* Rom. 1672. 8. Gunz. Bologna 1687. 8. *. quæ editio aliquantum aucta eſt & emendata. Hiſpanice vertente Andrea Garcia Vasquez Madrit 1744. 4. Partes quidem corporis humani deſcribit, deinde monita addit chirurgica, ut de inciſionibus, poſtquam cutem deſcripſit, quas valde reſtringit; pericranium potiſſimum ne facile incidatur, monet. Vulnera *penetrantia* non vult dilatari, niſi eo fine, ut ſanguini effuſo exitus paretur; in abdomine vero, ſi quando partes elapſas non aliter datur ſuum in locum reponere. Auriculam ſatis ſuadet urere, ut dentium dolor ſopiatur. Poſſe frangi patellam, neque cruris uſus interire, neque clauditatem neceſſario ſupereſſe, poſtquam callus formatus fuerit. Non continuo parotidem uri debere, quod conſilium eſt Hippocratis, & præcociorem juſto inciſionem funeſtum eventum ſortiri. De venæ ſectione in cubito. Ut arteriam loco venæ inciſam curaverit. Herniæ, contra Pareum. Non debere continuo de reponendo inteſtino deſperari: neque facile ſummo cum periculo anulum tendinoſum incidi. Hydroceles curatio inciſione exigua facta, ſed inmiſſo tubulo, quem non probat, ut neque acum Barbetti. De acu triquetra, qualis noſtro ævo una cum fiſtula in abdomen impellitur; neque hanc undique probat. Sanatio radicalis hydroceles ſetaceo aliisve modis ſuſcepta. De ſarcocele: neceſſariam eſſe operationem, ut vitioſus teſticulus eximatur. Hydrocephalus, paralyſis, per fiſtulas ani levatæ. Vulnus ſinus frontalis ſanatum. Vulnus

nus cerebri verſus occiput cum ipſius cerebri jactura: a curatione manſit ſemiparalyſis & ſtoliditas. NURSINOS in morbis viarum urinariarum exercitatiſſimos eſſe. Fuſiſſime contra uſtionem parotidum in febribus malignis. Periculoſam eſſe paracenteſin in hydrocele. Si aqua inter teſtem fuerit & proximas membranas, incidit, canulam immittit. Anthelicem in odontalgia urere ſatis ſuadet, ipſe bonum eventum expertus, non quidem perpetuum. Iſchiadicos ſæpe uſtione ſanari. In ſphacelo a cauſa externa nato poſſe in mortua carne amputari, non ita, ſi cauſa interna fuerit. Funeſtum aneuryſma brachii ex venæ ſectione, cum chirurgus emollientibus uſus eſſet. In vulnere arteriæ brachialis digitus admovendus ad arteriam axillarem. De uſu preli tourniquet. Anevryſma ſanari lamina plumbea admota.

EJ. *in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos ad chirurgiam ſpectantes commentaria* Rom 1694. 8. * Bonon. 1727. 8. HAENEL, & lego etiam 1697. & 1717. 8. Hiſpanice Madrit 1744. 4. HEISTER, vertente ANDREA GARCIA VASQUEZ. Mea editio latina eſt. Ab HIPPOCRATIS ſententia etiam hic paſſim auſus eſt ſecedere. Adnotationes propriæ hic multo rariores.

## §. CCCXXIV. VARII.

REGNERUS de GRAAF celebris inciſor. In *partium genitalium hiſtoria* paſſim etiam chirurgica adtigit. In l. *de virorum organis generationi inſervientibus* Leid. 1668. 8. * aliqua habet de caſtratione & de hernia & adjectum, ſi huc placet referre, *libellum de clyſteribus.*

In l. *de organis genitalibus muliebribus* Leid. 1672. 8. * etiam aliqua de herniis feminarum & de uteri prolapſu.

NICOLAUS CHESNEAU, Medicus Maſſilienſis. In *obſervationum medicarum* l. V. Paris 1672. 8. Leid. 1719. 4. *. aliqua intercurrunt chirurgici argumenti. Lapidem per injecta medicamenta frangere jubet. Abſceſſus a partu in hypochondriis natus, & ſponte ſanatus. Ulcus ſanatum, quod uvulam palatumque conſumſerat, cum venereæ originis eſſet. Sic fiſtula pectoris ejuſdem generis. Calculus aliquamdiu in veſica latens, ut nullo ſymptomate ſe proderet. Abſceſſus pro ulcere renum reputatus. Carbunculi varii abſque peſte. Ulcera linguæ, laryngis ſanata aqua rubra. Veſica minima ſcirrhoſa inde urinæ incontinentia & mors.

NATHANAEL HODGES in *peſtis hiſtoria* London 1672. 8. * aliqua habet huc facientia. Caſu primum compertum, veſicatorium buboni curando utile eſſe, inde in uſum veniſſe. Sanatus, cui a parotide oborta ſuppuratione muſculi nudati.

FRIDERICI LOSSII, Heidelbergenſis, qui Dorceſtiæ fere vixit, *obſervationum medicinalium libri* IV. Londin. 1672. 8. *. Umbilicus in hydrope ſponte ruptus, eventu felici. Fiſſura occipitis ex lapſu in frontem: inde ſanguis ſuper duram membranam effuſus & mors. Concuſſio cerebri vehemens, omnibus integris: ſanguis multus per foramen terebra patefactum erupit, fauſto eventu. Cancer exulceratus faciei & naſi curatus, ſalivatione per argentum vivum mota. Calculus

lus ſub lingua. Funeſta ani condylomata. Hernia umbilicalis funeſta; ſic ex hernia volvulus. Inteſtinum a verme perforatum. Laudes nephritici ligni ad renum calculos. Aliæ calculorum hiſtoriæ. Partus difficiles, inter eos a fetus majori mole.

Ejusd. *obſervationum liber poſthumus* Lond. 1684. 8. Duodenum inteſtinum a lumbrico terete perforatum. Aqua ſtillatitia, cujus uſum ad calculum commendat. Cauteria in ſcorbuto laudat.

Gualtheri Ambrosii Walter a *Liebefeld*, phyſici Glazenſis, *pyrotechnicum opuſculum, de cauteriorum ſ. fonticulorum ad privatos partium affectus medendos utilitate* Breslau 1672. 8. *. Veslingii diſcipulus, qui peſtem Venetam anni 1575. a Thucydide putat deſcriptam fuiſſe.

Jacob Girard des Bergeries *la medecine domeſtique contenant le chirurgien charitable* Hanau 1672. 8.

Jean Michault *le barbier moderne, ou les fleurs* d'Hippocrate *dans lequel la Chirurgie a repris la queue de ſerpent* Paris 1672. 12. Bur. Pœnas dedit ob convitia medicis dicta, querente ordine Pariſino, Rabelæsiano ſtylo dicta. Mulctatus eſt & chirurgia ei interdictum.

Ejusd. *diſcours de chirurgie pour l'explication des nouvelles machines pour les os & pour la verole lorsqu'elle fait des nœuds & des exoſtoſes & des ancyloſes aux jointures avec l'art de les guerir* Paris 1691. 12. Bur.

*Ratio ſcribanica ſ. ſuccincta deductio, cur arthritis, podagra, utque alii calculoſi affectus e fundamento ſanari poſſint* Hamburg 1672. 12. E. N. C.

Hieronymus de Ayala *principios de Cirurgia utiles i provecchoſis para que pueden aprorecher a los principiantes* Madrit 1672. 4. & aucta libello J. Hieronymi Fragosi *de las infirmidades de los rinnones* Madrit 1724. 4.

Hoc anno rebus mortalibus ereptus eſt Franciscus Sylvius de le Boe, celebris & gratioſus ſuo ævo medicus. In ejus *operibus* Trajecti 1695. 4. * editis aliqua huc faciunt, ut in *methodo medendi* de medicamentis & adminiſtrationibus evacuantibus ſanguinem, urinam &c. In *praxi medica de partu difficili.* In l. *de morbis infantum*, de dentitione, in *caſibus medicinalibus* poſthumis 160, aliqua ad ulcus veſicæ, ſcrophulas, dentium dolorem & oculorum. Medicamentaria fere omnia. Acus canulatæ laus Sylvii cum Barbettio communis eſt.

Ej. ſunt diſputt. *de inflammatione* Leid. 1671. 4. *.

*De iſchuria* ib. 1671. 4. *.

John Josselyn *New Englandes rarities diſcovered with the remedies uſed by the Natives to cure their diſeaſes, wounds and ſores* Lond. 1672. 8. *. 1675. 8.

## §. CCCXXV. DISPUTATIONES.

JAC. EUGENIUS JANUS *de polypo narium* Lipſ. 1673. 4. MOELL.

MARTIN HARTE *de ſecundinarum poſt partum excernendarum retentione* Altdorf 1672. 4. BOEHMER.

THEODOR. KIRCHMAIER *de vanitate pulveris ſympathetici* Witteberg 1672. 4. HÆNEL.

J. HENR. LAVATER de εντεροπεριστολη Baſil. 1672. 4. * & in mea collectione diſpp. Chirurg. Bona diſp. & plena adnotationibus. Ligamentum uteri latum in hernia elapſum. Hernia incarcerata a D. BIENAISE curata. Inteſtina per vulnus abdominis effuſa; gaſtroraphia feliciter adminiſtrata. Colon per vulnus effuſum reſtitutum. Canes frequenter hernioſi. Peritonæum a repetito partu valde relaxatum. Inteſtina lacerabilia ad chartæ madidæ modum (quod ſæpe vidi in cadaveribus varioloſis). Adminiſtratio curandarum herniarum.

HENRICI SCHUTZE diſputatio *de ulceribus* Harderovici 1672. 4. MOELLER.

GISBERT CINCQ *de calculo renum & veſicæ* Leid. 1672. 4. *. Calculus renalis viginti ramis aſper.

## §. CCCXXVI. DIARIA.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* III. *obſ.* 8. FRANCISCI BOUCHARD chirurgi Veſuntini. Aeger qui tribus annis integris colon vulneratum & apertum circumtulit, ad omnes labores aptus.

*Obſ.* 11. partus difficilis ob duas molas.

*Obſ.* 12. infans ſedecim annos in matris orthoſtadiæ utero geſtatus.

MELCHIOR FRIBE.

*Obſ.* 61. ſingulari inſtrumento calculum ex urethra extraxit.

*Obſ.* 98. hypoſpadiæus fecundus & prolifer.

LAURENTIUS GIESELER, Medicus Brunſwicenſis,

Funeſta patellæ punctura.

FRIDERICUS LACHMUND, Medicus Hildeſienſis,

*Obſ.* 103. hernia umbilicalis congenita.

*Ann.* IV. V. *obſ.* 173. in Braſilia ulcus recti inteſtini frequens eſſe.

DAVID SPIELENBERG *Dec.* I. *ann.* III. *obſ.* 107. obſervatio mirifica de prægrandi tumore flatuoſo perinæi.

HENRICUS OLDENBURG, Britannicæ ſocietati a ſecretis, *obſ.* 126. oſſa fetus per anum egeſta. DENISII relatio.

MAICHANQUEZ *obſ.* 175. ib. & *obſ.* 176. inteſtinum apertum ſanatum.

SALOMON

*Dec.* I. *ann.* III. Salomon Reisel, Archiater Wirtembergicus, *obſ.* 192, homo qui ſibi ipſi calculum excidit.

*Ann.* VIII. *obſ.* 29. calculus humanus, cryſtalli ad modum pellucens, ex feminæ relatione.

*Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 144. iſchuria ex glandulis circa veſicam & exitu veſicæ calloſo abſque calculo.

*Ann.* IV. *obſ.* 7. de hominibus, qui ſe ipſos caſtrarunt, aut ſibi herniam ſecuerunt.

*Obſ.* 87. improbabile exemplum ictus araneæ, qui hominem occiderit.

*Ann.* VII. *obſ.* 6. hepar in hernia umbilicali congenita.

*Obſ.* 8. atretus anus, ſic penis.

*Obſ.* 9. utero adnatus tumor carnoſus.

*Obſ.* 10. ruptus uterus & fetus in abdomen effuſus.

*Obſ.* 11. hernioſorum nonnulli caſus & inciſiones.

*Obſ.* 15. fæces per umbilicum, ileon ruptum.

*Ann.* VIII. *obſ.* 53. labium leporinum duplex.

*Obſ.* 55. ab hernia anus in vulnere artificialis.

*Ann.* X. *obſ.* 24. mors corrupto cerebro & ſanguine effuſo ex calvariæ rima.

*Obſ.* 25. fere ſimile exemplum.

*Obſ.* 126. oſſa capitis in fetu mortuo ſupra ſe invicem transmota.

*Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 159. 141. diſſ. de curatione Auguſti per arenas & arundines variaque interpretatione ejus loci.

*Ann.* IV. *obſ.* 78. abſceſſus circa renem viri calculoſi natus, apertus & ſanatus.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 151. atreta puer cum anatome.

*Obſ.* 260. multi in canis veſica calculi.

*Dec.* I. *ann.* III. Daniel Ludovici, Gothanus Medicus, celebris pharmaciæ reformator,

*Dec.* I. *ann.* *obſ.* 255. in partu dislocata oſſa pubis.

*Obſ.* 257. inteſtinum rectum fetus totum cæcum.

*Ann.* IV. V. *obſ.* 209. abſceſſus linguam depaſcens.

*Ann.* IX. X. de moxa & veſicatoriis.

*Obſ.* 152. de aqua vulneraria Hafnienſi vitriolica & de ejusdem compoſitione ex ſuis conſiliis.

*Obſ.* 158. hydrocele cum teſtis abſceſſu.

In tr. *de morbis caſtrenſibus* Germanice a. 1664. edito, latine recuſo in

 operibus,

operibus, Francfurt 1712. 4. *. aliqua medicamenta habet ad morbos chirurgicos pertinentia.

Carolus Rayger Hungarus.

E. N. C. *Dec.* I. *ann.* III. *obſ.* 278. facies a dextris ad ſiniſtra telo trajecta, felici eventu.

*Obſ.* 279. maxillam inferiorem non carioſam, tamen ſponte elapſam, ut duriori gingiva compenſaretur.

*Obſ.* 287. abſceſſus abdominis per umbilicum repurgatus.

*Ann.* IV. V. *obſ.* 2. experimenta aliqua facta lapide ſerpentis pileati, ad morſum viperarum curandum, non ſatis certi eventus.

*Obſ.* 3. paracenteſis funeſta, cum ſubito aqua omnis effluxiſſet.

*Obſ.* 12. magnus abdominis abſceſſus ſanatus.

*Ann.* VI. VII. *obſ.* 206. calculus per ſcrotum excretus.

*Obſ.* 207. ex alapa mors ſubita.

*Obſ.* 208. gangræna ſpontanea tali.

*Ann.* VIII. *obſ.* 61. ulcus pulmonis in tabem abeuns.

*Dec.* III. *Ann.* II. *obſ.* 23. mors ex liene per verbera rupto.

*Obſ.* 26. tumor adipoſus abdomen replens.

Christophori Roesler medici, qui ſub initia ſeculi vixerat, adnotationes breviſſimæ, quarum aliquæ chirurgici argumenti ſunt.

In appendice Jacobi Rolandi de Bellebat *agloſſoſtomographia* recuſa datur, a Carolo Rayger latine verſa.

## CCCXXVII. J. Baptiste Denis.

Medicus Pariſinus hoc & ſequente anno proprium diarium edidit ſub nomine *Conferences:* idem chirurgiæ transfuſoriæ laudator, ſed in Anatomicis dictus.

Primum titulum dedit, *memoires concernant les arts & les ſciences* Paris 1672. 4. *. Amſterdam 1682. 12. *. Hic nihil reperias chirurgici. Deinde a 1. Julii die titulum novavit, & nunc vocavit *Conference* I. II. &c. Huc referas cornu ſpeciem de poplite natam. De modo, quo hirundines excæcatis pullis medentur. Experimenta facta cum liquore ſtyptico, quo omnia, etiam arteriarum, vulnera continuo aiebat exſanguia reddi. Splendida in animalibus experimenta capta in arteria crurali canis & equi, in hepate canis, in reſecta cauda equi, a reſecto femore vituli: in vulnere pectoris, & inciſa arteria temporum. Sanguis fere ſubito conpreſſus. Raulinum multoties cancroſas mammas feliciter amputaſſe.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* anni 1672. n. 87, huc faciunt Thomæ Platt de experimentis Florentiæ in viperis factis relatio. Mortuæ etiam viperæ vulnera,

nera, denteſque in animalis pectus impreſſi funeſtum habuerunt eventum, cum alia vulnera, etiam profundiora, ſed a vipera non inflicta abſque noxa eſſent. Iratarum contra viperarum vulnera ſæpe non funeſta.

## §. CCCXXVIII. Georgius Frank.

Poſtea de Frankenau, Profeſſor Heidelbergenſis, deinde Hafnienſis. Ejus multæ ſunt diſputationes collectitiæ.

*De reſtitutione in integrum, ſ. partium corporis chirurgica, ſ. artificiali* Heidelberg 1672. 4. & in *Satyris.* Loci varii de Tagliacotiana naſi reparatione, de aliis partibus corporis humani reſarciendis.

*Satyra* I. 1673. 4. in *ſatyris medicis* recuſa, agit inter alia de chirurgiæ origine.

*De caſtratione mulierum* ib. 1673. 4. & in *ſatyris.*

*De alapis ſ. colaphis* ib. 1674. 4. *.

*De amputatione artuum* 1675. 4.

*De gallica planchette & ejus noxa medica* ib. 1676. 4. & in *ſatyris.*

*De partu difficili* ib. 1680. 4. Riv.

*De ambuſtis* ib. 1681. 4. Boehmer.

*De inciſu freni ſub lingua* ib. 1682. 4. & in *ſatyris.* Non debere ungue amputari.

*De carbunculo* ib. 1682. 4. Boehmer.

Ej. *agoniſmata phyſico medica* Heid. 1682. 1683. 4. Inter ea de obſtetricum vitiis, de chirurgiæ præſtantia.

*De labiis leporinis* ib. 1686. 4.

*Caſus de dyſuria ad ſtranguriam vergente* ib. 1686. 4. *.

*De lapicidina microcoſmi in capite* ib. 1688. 4.

*De lapicidina in thorace* ib. 1688. 4. Boehmer.

In *ſatyris medicis* 27. quæ a morte viri Lipſ. 1722. 8. * prodierunt, aliquæ harum diſputationum repetuntur.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IV. V. aliquæ hiſtoriæ parum credibiles.

*Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 26. glandem ſtlopetariam per inteſtinum deceſſiſſe.

*Obſ.* 27. cauterii in arthritide admoti utilitas.

*Obſ.* 28. convulſiones vulneri ſupervenientes non ſemper mortem inferre.

*Ann.* III. *obſ.* 12. varices ſponte rupti cum magna hæmorrhagia.

*Ann.* V. *obſ.* 226. ſtruma grandis feliciter inciſa, etſi vena jugularis læſa fuerat.

*Obſ.* 227. hernia umbilicalis congenita.

*Ann.* VI. *obſ.* 193. funeſtus abſceſſus oſſis cribriformis, ex quo ſopor.

## §. CCCXXIX. Cornelius Solingen.

Ejus eſt *embryulcia ofte afhaalinge eenes dooden vrugts door de hand van den heelmeſter* s'Gravenhage 1673. 12. *. Chirurgus, deinde Medicus, Bilsii diſcipulus, inſtrumenta ſua manu fabricabat & nova etiam inveniebat. Veterum educendi fetus artificia fere rejicit. De cauſis partus difficilis. Inter eas hernia uterina a compreſſione peramplæ veſicæ. De malo, varioque ſitu fetus. Fetus occiduo capite ſuo cernuus datus, donec fragmenta cranii urethram & veſicam perforarent. Claudicatio a diſcedentibus in partu pubis oſſibus. Fetus mortui ſigna. Injecta emollientia & oleoſa medicamenta laudat. Calculos majuſculos de feminarum veſica extraxit. Melius fetum de ſedente femina educi, quam de decumbente. Contra uncorum uſum. Exemplum uteri inverſi funeſto eventu. De educendo capite, quod abruptum in utero retentum eſt: hic uncum admittit. Adminiſtratio ad educendum fetum non juſto ſitu ſe offerentem: ad ſecundas molaſve extrahendas.

Recuſa eſt *embryulcia* in operibus omnibus Amſterdam 1698. 4. *.

Ej. *manuale operation der Chirurgie betreffende het ampt en plicht der Vroed vrouwen* Amſterdam 1684. 4. *. nitide, & in *operibus* omnibus cum priori. Minime contemnendum opus, plenum propriarum adnotationum. Trepani uſus in Philippo Nassovico decies ſepties repetitus, nihil inde patiente firmiſſima corporis conſtitutione. Pterygium numeroſis quaſi chordis oculo adnatum. Hydrocephalum utique externum faſciæ *capeline* uſu intra tres menſes ſanavit, hianteſque ſuturas conjunxit. Maximum frenum linguæ in puero ſeptimeſtri perexili diſſecuit. Corpora œſophago impacta rigidiori balænario bacillo eduxit. Mirifica curatio ulceris ſub axilla nati, pectorali muſculo perforato. Furca dentibus ſcindentibus, quam per amputandam mammam trajiciebat. Multa de venæ ſectione. Experimento facto arterias venaſque crurales fibris enatis inter ſe conjunctas. Non ignoravit artem hæmorrhagiæ congeſtis ſpleniis ſupprimendæ. Satis laudat chartam oleo vitrioli imbutam. Vitriolo ſolo uſum eſſe Fagnanum, eoque canis arteriam punctam, inciſam, ſubito ſanatam. Pappum etiam cardui laudat. Acum incurvam ad eum ſcopum primus dixit. Vulnera vaſorum lymphaticorum, novum malum: ex eo caſu tumor aquoſus, compreſſione ſanatus: ex eadem cauſa diuturna diſtillatio lymphæ, ut atrophiæ metum faceret, etiam cauſticis ſublatam (quod malum a venæ ſectione ipſe vidi). Ductus ſalivales læſos ſanari, ſed ægre, compreſſione. In vulneribus etiam particulas duras calloſas conſpici, quæ ſint ipſa lymphatica vaſa, ea debere erodi. Exempta de tibia pila plumbea, cochlea, ſ. cannula & terebella adhibita. Quæ glandes ſunt in focilium intervallis permittendæ ſuppurationi. Multa de elevato cranio, quod depreſſum fuit, emplaſtro, cucurbitula. Labia vulneris non debere reſecari. In pueris ſibi

cavendum,

cavendum, quibus ſæpe nulla ſit in cranio diploe. Fiſſuras eradi debere. Super ſuturas trepanum admoveri poſſe. Reſonitum utrumque locum habere. Amputationem in articulo genu non ſuccedere, ſed in halluce utique. Ad minora oſſa amputanda cuneum commendat. Hernias diuturno decubitu curari, ſolisque bracheriis. Punctum aureum debere modice adſtringi, ut inteſtinum contineat, ſed ipſe herniam non videtur ſecuiſſe. In ſolo partu difficili oſſa pubis diſcedere, & feminas inde claudicare. Coccygem utique retrorſum premi. Extrahit fetum adreptis pedibus, in nonnullis partus difficilis caſibus. Placentam prius jubet educere, quam uterus claudatur. Caput impactum expedit digitis in os fetus datis, vel repellit. Melius in ſella pari. Uterum utique ſe vere vidiſſe prolabi. In amputatione cauteriis uti navales chirurgos, ob vulneratorum copiam; vinculi uſum obſoleviſſe. Acus ad latus arteriæ tranſigere valde crudele eſſe. Crocum martis ſanguinem compeſcere. Cutem non debere conſui. Contra cauterium cultellare. Mors ab arteria interoſſea in fractura læſa. Herniam veſicæ in vaginam prolapſæ vidit. Lethali auſu herniam umbilicalem in puero fuiſſe ligatam. Calli fractorum oſſium alia eſſe tempora, quam apud auctores: eſſe ubi nullus renaſcatur. Vidiſſe ſe ſeceſſum oſſis tibiæ ab epiphyſi, & femoris partem deperditam reparatam. Omnino tamen etiam caput femoris elabi; laxatis ligamentis, vix ſanari abſque claudicatione. Calculus triuncialis de ligamento ſuſpenſus. Fiſtulas thoracicas exigere ſeparationem coſtarum. Si caries eas invaſerit, ſetaceum debere per totam fiſtulam trajici. Pleuram exiguo vulnere melius perforari, id ſuper ſpecillum ſulcatum dilatari. Bronchotomen deſcribit tubulumque planum. Smalzium bene duplici uſum acu, altera qua oculum perforaret, altera, qua cataractam deprimeret. Forcipem habet polypariam altero brachio infracto, altero dentato. In calculo ſecando melius futurum, ſi inciſio aduſque proſtatam produceretur, nunc lithotomos longe citra ſubſiſtere. Veſicæ vulnera non eſſe lethalia, occaſione alti adparatus. Feminarum urethram per vulvam incidit. In apparatu parvo veſiculam ſeminalem diſſecari. Setaceo trajecto curata hydrocele. Hernia umbilicalis injecto vinculo levata. De bracheriorum varietate, deque cupreis a Muschenbroeckio fabrefactis. Vulnus abdominis & inteſtini abſque ſutura ſanatum, gaſtroraphiam enim negat in vivo homine locum habere poſſe. Fiſtula in inguine, per quam urina effluebat. Apparatu alto veſicam ſecare ſuadet inflatam, paulo aliter quam Francus. Contra ſectionem Cæſaream, cujus vix unquam putat neceſſitatem eſſe. Leeuwardiæ fatetur feliciter inſtitutam fuiſſe, ut poſt eam femina conceperit & pepererit. In artuum amputatione ſanguinem vitrioli fragmento comprimit, experimento facto in vivis animalibus. Ut in paronychia extremus digitus angulari inciſione poſſit aperiri, integro tendine profundi flexoris. Maximum abſceſſum in abdominis muſculis in vetula ſanavit. Eundem Muschenbroeckium aptum inſtrumentum ad patellæ fracturas fabricare. De venæ ſectione fuſiſſime.

*Van de ampt en plicht der Vroed vrouwen.* Compendium eſt artis obſtetriciæ, experti hominis. Ad morem tamen veterum fetum, cui brachium præcedit, ca-

pite adrepto perinde ut pedibus jubet educere. Sæpe etiam brachium amputat; quando vero pedes præcedunt, non utitur ea opportunitate, ſed fetum in caput jubet dirigere. Obſervationes, ut vocant, 112; inter eas multæ non contemnendæ; Uterus in partu ruptus. Hernia uteri, veſicæ. Prolapſus ſ. inverſiones uteri. Ex partu difficili oſſa pubis, ſacri, & ilium diſtracta, coccyx fractus: a ſimili imperitæ auxilio collum veſicæ laceratum. Veſicæ diſtentiſſimæ exempla. Iterum oſſa pubis ſemota. Inteſtina prolapſum uteri ſequentia. Veſicæ collum prolapſum. Mortua puerpera, cum placentam noſter non reperiſſet, quæ in cellula uteri latuiſſet. Harum adnotationum aliquas in *embryulcia* jam excuſas reperias.

Quæ hactenus recenſui opera prodierunt cum titulo *Alle de medicinale en chirurgiſche werken* Amſterdam 1698. 4. *. Operationibus multo numeroſiores, ſed fere collectitiæ, inſtrumentorum icones adjectæ ſunt, quæ in priori editione non aderant, niſi eorum quæ auctori eſſent propria.

Ejus diſputatio inauguralis prodierat Ultraject. 1677. 4. * cum titulo *miſcellaneorum chirurgicorum*, in operum collectione non recuſa. Præjudiciis conſilium adnumerat, non debere vetuſtos abſceſſus tibiarum claudi.

## §. CCCXXX. F. Decker.

Fridericus Decker, Profeſſor Leidenſis, clinicus, qui manu etiam curavit, dedit *Exercitationes medicas practicas circa methodum medendi obſervationibus illuſtratas* Leid. 1673. 8. & multo auctius Leid. 1694. 4. *, & cum *animadverſionibus* A. de Martino Neapoli 1726. 4. Ordo ſingularis, ſequitur enim formulas, quas numeroſiſſimas habet. Verum occaſione aliqua data interſpergit caſus clinicos frequentes. etiam chirurgicos, & inſtrumenta ad eam artem pertinentia. Cucurbitularum varietatem delineatam dat. Arthritidem, cæcitatem, cauterio ſuperavit, doloreſque aliis auxiliis inſuperabiles. Multus eſt in ejuſmodi medicamentis revellentibus. Hirudinibus ophthalmiam ſuſtulit, cæcitatem cauterio vertici admoto; eodem auxilio etiam puerum cæcum curavit. Cauteria ad dentes elaſtri vi proſilientia etiam habet, ex Antonii Nuck invento. Scroti tumidiſſimi curatio, cruſta intus lapidea tecti. Siphones depingit, in angina ad injiciendum utiles. Paracenteſin bis tentavit ſetaceo in abdominis vulneribus relicto, ſed eventus non reſpondit. Tumor femoris antiquus aqua plenus pertuſus, & denique, ægre equidem, ſanatus: Sic alius tumor purulentus. Hernia ſtrangulati inteſtini a Nicolao Smalzio reducta, ut tamen ægra ex ſphacelo inteſtini periret. De rabie a felis morſu nata, & fruſtra variis tentatis, etiam demerſione in mari, tamen curata. Tumor enormis pedis, in quo oſſa carioſa, tamen ſanatus. Maxima pars maxillæ inferioris carie corrupta & exemta. Calculi innumeri in placenta uterina. De calculo urinario in urethra exciſo. Iſchuria calculoſa undecimo die ſuperata. Machina ad clyſterem tabacarium in anum dandum.

## §. CCCXXXI. J. Nicolaus Binninger.

Medicus Montisbeligardi, ex Italica ſchola. Ejus *obſervationum & curationum medicinalium Centuriæ* V. prodierunt Montisbeligardi 1673. 8. *. hominis creduli & miraculorum amantis, ut tamen memorabiles aliqui caſus intercedant, etiam chirurgici. Cutis calculoſa, quæ urinæ innatavit. Trepani foramen a callo perfecte ſuppletum, ut nullum truncati oſſis veſtigium ſupereſſet. Sphacelus ex anguſto calceo. Calculus circa acum natus. Mors ex percuſſione ſiniſtri oculi anguli, alia ex ſupercilii vulnere. Patris auctoris ex iſchuria calculoſa mortui diſſectio, & repertus in veſica non magnus calculus. In puerperæ cadavere oſſa pubis non ſemota. Mors ex retentis ſecundis. Umbilici turgentis aquoſus tumor. Herniotome cum caſtratione. A lapſu ex equo temporalis muſculus læſus, pars calvariæ decedens, eventu felici. Continuo a conceptu mamma amputata, mortua mulier. Abſceſſus ventris & pectoris, exeſo ſepto, pure per ſputa expulſo, cauterio apertus, & ad ſanationem perductus. Mirifica curatio calculi majoris ureteri impacti, quem medicus cucurbitula ſicca in renem retraxerit, qui deinde ruptus ejectus ſit, ſimile fere exemplum, ut tamen ligato abdomine calculus in renes repulſus fuerit. A lapſu magna ſymptomata & memoriæ confuſio, tamen ſubducta alvo ſanata. In partu difficili veſica lacerata. Calculus veſicæ circa globulum plumbeum coactus. Memorabile exemplum ſanati hominis, cui ob vertebras lumborum introrſum luxatas fæces & lotium ſuppreſſa fuerant. Magna hæmorrhagia a vulvæ vulnere. Mors ſubita a coſta fracta & vulnerato pericardio. Abſceſſus, ſed exiguus, hepatis gibbi ſanatus. Terebrata calvaria ſanguis effuſus emiſſus, duræ meningis gangræna abſque funeſto eventu. Ex lapſu cerebri particulam putat per aurem prodiiſſe, hic funeſto eventu. Maxima ab alapa ſymptomata. Calculus ex urethra exciſus.

## §. CCCXXXIII. Varii.

Jacob Constant D. M. *le Chirurgien charitable* Geneve 1673, 8. *. Lion 1683. 8. Leuw. Claſſes medicamentorum ad chirurgiam ſpectantium. Porro de tumoribus, difformitatibus cutaneis, vulneribus, ulceribus, fracturis, luxationibus, conſilia aliqua, fere medicamentaria. Formulæ etiam infuſi vulnerarii *Faltrank*. Oſteocollam ad fracta oſſa laudat, interno uſu.

Elias Beynon M. D. *Samaritain charitable* traduit par Louis Franc Geneve 1673. 8, *. Nunc video ex Burette jam 1665. 8. prodiiſſe. E germanico verſus libellus, cujus primam editionem ignoro, nuper etiam prodiit Nurnberg 1738, 1752. 8. Sed etiam Francofurti 1682. 12. prodiit *der mitleidige Samariter, oder auserleſene Arzneymittel, durch die Befehl einer durchlauchtigen Dame geſamlet*, überſezt durch G. K. M. O. Zocha, quod putes aliud eſſe opus. Formulæ & arcana.

Leonard Tassin, chirurgi Caſtrenſis, *la chirurgie militaire, ou l'art de guérir les*

*les plaies d'arquebuſade* Nimegue 1673. 12. Paris 1688. 12. Germanice *kurze Kriegs-wundarzney* Nurnberg 1676. 8. Lentiſſime nonnunquam oſſa vitiata ſquamas dejicere: aerem noſocomiorum perniciem ſæpe inferre. Gangrænæ curatio, & hæmorrhagiæ, quam fere vitriolo ſuſcipit comprimere cum pulvere tragacanthi. Vinculum trajectum; quo arteria una cum carnibus comprimatur, periculoſum eſſe auxilium, certe ſi diutius artum adſtrinxeris. Medicamenta aliqua.

FRANCISCUS HENRIQUEZ de VILLACORTA archiater. EJUS *opera chirurgica omnia* Amſterdam 1673. 4. BOERNER. Deinde in *operibus* inque volumine I egit *de Ulceribus;* in II *de ophthalmia*, *parotidibus &c.* Lion 1680. fol. & 1688. fol. C. de V.

GERH. FELTMANN *de cadavere inſpiciendo* Groning. 1673. 4. *. Brem. 1692. 4. HEBENSTR. Vir doctus & acris ingenii, cæterum J. C. Varia ad inſpectionem cadaveris. Lex, quæ eam præcipit Electoris Brandenburgici; ſolis medicis rem committens, quos judex dat, neque debent ob CAROLI V. voces medici excludi; ſi medici deſint poſſe chirurgos ſufficere, iisque fidem debere adhiberi. Sanguinis ad præſentiam rei profluvium nihil demonſtrare. Vulnus ventriculi ſanatum.

DOMINICO GERVASI *delle dislogazioni trattato chirurgico* Lucca 1673. 4. *. Lectionis & ratiocinii plurimum. Sæpe fracturam ſpinarum vertebralium pro luxatione imponere. Antiqua luxatio humeri reponi nequit. Humeri reponendi varii modi comparati. Facile tamen elabi, etiam quando repoſitus eſt. Frequens eſt luxatio carpi imperfecta. Femur non exquiſite ad anteriora aut poſteriora elabi, ſed medio ductu. Ut a cauſa interna ſenſim femur luxetur. Luxatio femoris nondum perfectis apophyſibus. Ultimus pes luxatus fecit, ut putaretur femur eſſe luxatum.

GEORG GENOVA chirurgi, *Oſpitale publico di varii mali ed eſperimentali ſcuoli* Bologn. 1673. 12.

## §. CCCXXXIII. DISPUTATIONES.

AUGUSTINI HENRICI FASCHII, Profeſſoris Jenenſis, diſp. *des veſicatorii* Jen. 1673. 4. HEFT.

EJ. *ordo & methodus conſiderandi tractandique parturientes* Jen. 1675. 4.

EJ. *ægrotus arthriticus nephriticus* Jen. 1675. 4.

EJ. *hiſtoria & curatio calculorum humanorum* Jen. 1676. 4. BOEHMER.

EJ. *de anthrace peſtilenti* Jen. 1681. 4. RIV.

EJ. *de œdemate* 1683. 4. *.

EJ. *parotides phyſiologice & pathologice conſideratæ* 1683. 4.

EJ. *de ſterilitate* Jen. 1684. 4. *. Duo exempla uteri rupti, Exempla feminarum flatus parturientium.

EJ.

EJ. *de cancro occulto* Jen. 1688. 4. EJ. *de veſicatoriis* 1696. 4. RIV.

GOTTH. BEYER *an arteriotomia, ſ. arteriarum ſectio tuto, abſque periculo non ſiſtendæ hæmorrhagiæ & anevryſmatis inſtitui poſſit* Jen. 1673. 4. BOEHMER.

PETRI MOELLER & J. GEORG POETTER *de ventoſitate ſpinæ* Regiomont. 1673. 4. *. Infauſta tibiæ amputatio, oſſa mire corrupta.

J. LUD. HUXHOLZ *de fontanellis* Marburg 1673. 4.

LUCAS van RYP *hernia* Leid. 1673. 4. *.

PETRI van den BUSCH *de calculo renum & veſicæ* Leid. 1673. 4. *. Varietates calculorum. Calculi trecenti. Calculus ramoſus: & glareoſus extus tantum lamellatus.

CHRISTOPH. HELWIG, Prof. Greifswaldenſis, *de calculis microcoſmi, præcipue renum & veſicæ* Greifswald. 1673. 4. *.

EJ. *de vulneribus cum fracturis & luxationibus conjunctis, eorumque principiis ſymptomatibus* Greifswalde 1674. 4. *.

CHRISTIAN HOFMAN *de ſtrumis, ubi omnia ad ejus affectus theoriam atque praxin ſpectantia exhibentur* Caſſel 1673. 4.

## §. CCCXXXIV. ACTA HAFNIENSIA.

THOMAS BARTHOLINUS his *actis* inventa Danorum & rariores adnotationes tradidit. Multa ipſe elaboravit, alia habuit a ſocia opera juniorum ejus ævi medicorum. Tomus I. pro anno 1671. & 1672. prodiit Hafniæ 1673. 4. *.

CASPAR KÖLICHEN *Vol.* I. *obſ.* 84. funeſtus eventus ani clauſi.

*Vol.* V. *obſ.* 120 calculus, ut videtur, a medicamento, ſed nimis acri diſſolutus, funeſto eventu.

*Obſ.* 131 gangræna a variolis.

J. HENRICI BRECHTFELD *Vol.* I. *obſ.* 103 paracenteſis felix tubæ hydropicæ.

*Obſ.* 104 funeſto ſucceſſu pedes hydropici ſcarificati.

*Obſ.* 105 abſceſſus circa os ſacrum.

*Vol.* V. *obſ.* 114 hydrophobia ſero ſuperveniens, ſi omnino a morſu fuit, cum cadaveris anatome.

## §. CCCXXXV. ALIA DIARIA.

EPHEMERIDUM NAT. CUR. *Annus* IV. & V. (nempe acta a. 1673. & 1674.) conjuncti prodierunt.

Hic legas Pariſinos jam eo ævo ob hæmorrhagiam uteri fetum extraxiſſe.

Antonii de Pozzis *obſ.* 39 mira hiſtoria curati vulneris colli, cum venæ jugulares & arteriæ carotides diſſectæ fuiſſent.

*Obſ.* 35 epilepſia ex calvaria depreſſa.

J. Friderici Allmacher *obſ.* 77 memorabilis ſanatio hominis, cui vertebræ lumborum introrſum compulſæ, lotium cum alvo ſuppreſſa erant.

*Obſ.* 78 tumor in genu pro luxatione non recte habitus. Tibia tota carioſa.

*Obſ.* 179 hernia incarcerata aque ea volvulus ſanatus.

Justus Cortnum, Hildeſienſis Medicus, *obſ.* 141 a tumore brachium infantis pene paralyticum, diſſipato tumore ſanatum.

Johannes Scultetus junior, Medicus Noribergenſis, *obſ.* 148 caſus hydropis aſcitis cum hydrocephalo fuſa diſſertatio. Contra perforationem umbilici pro recepto paracenteſeos modo.

Timothei Clarke, Medici Angli, *obſ.* 164 lien in cane, & *obſ.* 165 in homine αυτοχειρι abſque malo exciſus.

Lucæ Schroeckii, Medici Auguſtani, *obſ.* 167 collectio calculorum in equis repertorum.

*Obſ.* 168 calculi veſicæ & renum in bove.

Ejusdem, ut puto eſt, in additamentis, calculus ſublingualis a Wirsungo exciſus.

*Ann.* VI. VII. *obſ.* 232 hernia umbilicalis congenita.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 163 gangræna pudendorum a fetu mortuo.

*Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 13 calculus renalis grandis; ureteres ad introitum in veſicam contracti.

*Ann.* III. *obſ.* 18 ſe in calculo veſicæ admittendo erraſſe.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 226 de magno brachii tumore demum lethali. Hujus auctoris eſſe puto, cum literæ L. S. additæ ſint.

*Obſ.* 227 iſchuria a calculo & proſtatæ tumore nata.

Jacobi Breyne celebris Botanici, *Dec.* I. *ann.* IV. V. *obſ.* 130 fungus quernus coriaceus hæmatodes, quo cæſores lignarii ad compeſcendum ſanguinem utantur. Non eſt ille nuper Brossardo laudatus agaricus.

Joh. Jaenis, *obſ.* 189 calculi ducenti ex abdominis abſceſſu.

In *Phil. Tranſactionum* vol. VIII. n. 94. de Denisii liquore ſtyptico.

N. 95. experimenta Londini eodem liquore capta, a Needhamo, Wisemanno, in canibus, in hominibus a Denisio ipſo demum coram Rege, ſatis feliciter ceciderunt.

N. 96. eadem experimenta a navalibus Tribunis repetita.

N. 99.

N. 99. Christ. Kirkby vel Caspari potius Wendland, de numeroſis calculis in veſica urinaria repertis.

Ad hunc annum apud Birchium de iisdem experimentis, quæ diximus. Sanguinis utique fluxum conpreſſum fuiſſe a Denisii liquore, aliquanto tamen lentius. Listerum alium liquorem propoſuiſſe, æque potentem futurum.

## §. CCCXXXVI. J. Nicolaus Pechlin.

Profeſſor Kilonienſis, inciſor, & acuti ingenii vir. Ej. diſputatio *de vulneribus ſclopetorum in genere* Kiel. 1674. 4. *.

Ej. diſſ. *ſiſtens hiſtoriam vulneris thoracici, & in eam commentarium* Kiel. 1682. 4. *, cum *obſervationibus recuſa*, & in *meis ſelectis* diſſ. T. II. Docta ephemeris vulneris pulmonis, ex quo inmenſa vis ſanguinis & puris fluxit, ut tamen longo medicamentorum uſu ſanatum ſit, nulla maſcula medela adhibita. Anevryſma cum gangræna circa ruptam arteriam brachii. Vulnus venæ jugularis ægre ſanatum. Caſu quercui admotum corpus vulnerati, inde ſuppreſſus ſanguis. Cæterum hæc hiſtoria nuper acerrime a Valentino Gallico chirurgo tractata, & mihi præter omnem rationem imputatum eſt, eam medicationem Pechlini me probaſſe.

Ej. *obſervationum phyſico medicarum libri* III. Hamburg 1691. 4. * inter multa alia utilia etiam numeroſas adnotationes chirurgicas habet. L. I. obſ. 1. de lithotomia: Obſ. 2 de prægnante calculo undique veſicæ adhærente: Obſ. 3 ſcirrhus pro calculo habitus, & a lithotomo tentatus. Exemplum veſicæ tartarea cruſta obductæ. Obſ. 4 vermis renalis pro calculo habitus. Obſ. 6 calculi infelices per æſtus caniculares ſectiones. Obſ. 7 calculorum figuræ variæ. Obſ. 8 triginta ſimul calculi cum urina exploſi. Obſ. 9 calculi abſque dolore excreti. Obſ. 10 iſchuria funeſta ex calculo, qui nullo ſigno ſe prodiderit. Obſ. 11 de urina hominis calculoſi ad alvum converſa. Obſ. 12 de mucoſo in calculoſorum urina ſedimento. Obſ. 13 calculum ab alcali concreſcere, ab acido ſolvi. Obſ. 14 utique a ſpiritu nitri calculum ſolvi, ſed ejusmodi venena in veſicam non poſſe impelli. Obſ. 15 de calculis renalibus varia; eos abſque offenſa per ureteres & per urethram expelli; qui in veſica vero generantur, eos fere retineri & ſectionem poſcere. Obſ. 16 non multum tribuit lithontripticis, & plus a diæta ſperat. Obſ. 17 de arenulis in urina; de earum varietate, neque facile calculum indicare. Obſ. 20 de uteri prolapſu; feminam ſanavit, quæ cum eo prolapſu quotannis pariebat. Poſſe utique vel totum uterum prolabi, vel ejus partem. Dari prolapſum inverſo & non inverſo utero. Obſ. 27 gangræna colis, cum maximis ſymptomatibus non funeſta. Obſ. 26 & ſeqq. de partu varia. Obſ. 32 obſtetricum errores, deque iis varia. Obſ. 28 fetus mortuus & putridus feliciter editus: alius induratus & ſqualens diu a morte ſua demum editus. Obſ. 32 os humeri in partu luxatum. Obſ. 50 de excutia ventriculi. Obſ. 62 rudi paracenteſi, quæ novacula fieret, fœtida aqua & hydatides eductæ, cum inexſpectata eventus felicitate. Obſ. 70 cancer mammæ celeriter funeſtus.

L. II. obſ. 3 polypus narium fonticulo excitato curatus. Obſ. 10 de venarum ſecandarum delectu, cui parum tribuit. Obſ. 12 arteriotome caſu facta a febre liberat. Obſ. 34 de moxa, & in univerſum de cauteriis: in Hetruria vulgo adhiberi. Obſ. 34 oculus prolapſus feliciter in orbitam repoſitus. Obſ. 38 oſſiculum cartilagineum ſupra genu enatum & exciſum.

L. III. obſ. 46 ſteatoma prægrande de hypochondrio exciſum, cum magna ſanguinis jactura.

In *Eph. Nat. Cur. Ann.* IX. X. *obſ.* 26 de narium polypo, quem fonticulo brachii ſanaverit.

Obſ. 37 de calculis per perinæum expulſis.

## §. CCCXXXVII. VARII.

FRIDERICI de LEAUSON Batavi, *tr. nouveau & methode briéve pour aiſément parvenir à la vraie curation de pluſieurs belles operations de chirurgie* Geneve 1674. 8. *. Germanice vertente MART. SCHURIG Dresden 1709. 8. Collectitia ex veteribus & PAREO. Calculum, ſi difficulter obtineri poſſit, melius dimitti, ſponte ſe oblaturum.

*Cours de chymie de* P. THIBAUT dit le LORRAIN, *revu & enrichi de la compoſition du baume vulneraire avec un emplâtre ſtyptique* &c. Paris 1674. 8.

PETRI BÜRGER, *candidatus chirurgiæ*, d. i. *gründliche Erörterung aller anatomiſchen und chirurgiſchen Fragen* Königsberg 1674. 8. Hanover 1692. 8. TREW. Satis laudat SCHULZIUS.

HENRICI MARTINI *medicina ſanguinis ſtyptica* Brieg. 1674. 8.

Hoc anno chirurgo, cui nomen MOREL, in obſidione Veſuntina receptum vulgo tourniquet inventum tribuitur. LA FAYE.

In THOMÆ WILLIS *operibus* pauca huc faciunt.

In *Pharmaceutices* tamen *rationalis* Parte II. capita ſunt de veſicatoriis & de fontanellis, eaque minime inutilia. Non probat ranunculi uſum ad excitandas veſicas. Cantharidum extus admotarum vim veſicæ inimicam non ignoravit. Nimiam aliquando humorum ab iis vulnuſculis diſſipationem fieri monet, periculoſe tamen & cum pernicie ſiccantibus repercuti. Fonticulos in vertice non admittit. Aliquando in gangrænam artum ciere vidit. In empyemate pus eroſo ſepto transverſo in abdomen veniſſe.

In l. *de anima brutorum* laudat venæ jugularis inciſionem in brutis animalibus familiarem; aliquando tamen nimium dediſſe ſanguinis.

In l. *de urina* vidit laciniam elapſam membranæ internæ veſicæ urinariæ.

§. CCCXXXVIII.

## §. CCCXXXVIII. Disputationes.

J. Frid. Gieseler *de calculo veſicæ* Leid. 1674. 4. *.

Gag. Ophoven *de rabie canum* ib. 1674. 4.

Valentin Hubner *de tarantiſmo* Argentor. 1674. 4.

Car. Frid. Gruber *de ſtranguria* ib. 1674. 4. *.

H. Bruynsteen *de inflammatione* Leid. 1674. 4.

## §. CCCXXXIX. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 101. D. Johnston aliqua habet de calculis animalibus aurei coloris.

Act. Hafniensium Vol. II. prodiit Hafniæ 1675, 4. * & continet acta anni 1673.

Christianus Streit *obſ.* 40 de caſu retulit ſingulari, qualem & Bidlous deſcripſit, de concuſſo nempe capite, maximam vim aquæ per nares, deinde per oculum, denique per aurem effluxiſſe.

Boudeti experimenta cum eodem liquore ſtyptico facta, quem a Denisio Carolus II. Britanniæ rex mille libris redemerat. Experimenta a Philippo Hacquart facta ſatis feliciter ſucceſſerunt *obſ.* 41.

Et denuo *obſ.* 133 divinatio ex vitriolo parari & ex alumine.

J. Ludovici Hanemanni, non ſatis firmæ fidei hominis, teſtimonia pro curatione ſympathetica, *obſ.* 107.

*Obſ.* 108 adverſus morſum canis rabidi medicamenta, quibus non putes multum poſſe tribui.

In vol. II. de fonticulis & alia, quæ lubens omitto.

In *Ann.* III. habet exempla inteſtini in latere aperti.

Ej. *auditus & aurium traumatographia* Kiel 1712. 4.

J. Valentini Willii in act. hafn. vol. II. *obſ.* 119 lignum in orbitam impulſum feliciter eductum & oculus ſervatus.

*Obſ.* 120 121 aliqua medicamenta ophthalmica, quæ valde laudat.

*Vol.* III. *obſ.* 73 de hirudinibus.

*Vol.* IV. *obſ.* 18 oculus in pus verſus.

## §. CCCXL. Theophilus Bonnet.

Medicus Genevenſis, induſtrius collector, neque propriis deſtitutus adnotationibus. In Ejus *prodromi anatomiæ practicæ* L. I. P. I. agitur *de doloribus capi-*

 *tis*

*tis* Genev. 1675. 8. Magni, quod poſtea ediderunt, *ſepulchreti* prodromus, in quo ex variis ſcriptoribus & ex propriis experimentis, cauſæ etiam chirurgicæ doloris capitis traduntur. Huc MAURITII HOFMAN adnotatio de dolore capitis a frontis particula depreſſa, duramque meningem urgente. CAROLI SPON adnotatio de capitis dolore a cerebri abſceſſu, cum interim ſuturæ deficerent. T. BONNETI de eodem malo ex meningis ſideratis. Alius caſus a chirurgo BAILLY ab abſceſſu ſub cranio & cerebri putredine, a ſanguine circa occiput inter cranium & pericranium effuſo.

EJ. *corps de medecine & de chirurgie* Genev. 1679. 4. 4. vol. *. Præmittit methodum ad chirurgiam. Deinde ſequuntur numeroſi ſatis integri ſcriptores in ordinem redacti. SEVERINI *chirurgia efficax*, HILDANI *obſervationes*, & FORESTI, FEL. PLATERI, B. TIMÆI, P. MARCHETTI & SUEUI *examen vulnerum*. Hæc in tribus tomis prioribus. In poſterioribus IV decadum ſunt centuriæ auctorum, quorum pleroſque nominabimus, LYSERUM, MOINICHENIUM, BORELLUM, CATTIER, M. RULANDUM, LAZ. RIVERIUM, & qui cum eo ſunt editi, PHIL. SALMUTH, DOM. PANAROLUM, FRAMBESARIUM, G. BALLONIUM, CUMANUM, MARTIUM, GASSERUM, RUMLERUM, REUSNERUM, WELSCHIUM, LOTICHIUM, THONERUM, TH. BARTHOLINUM, FR. VALLERIOLAM, BENIVENIUM, GRULINGIUM, TULPIUM, RHODIUM. An idem an adfine opus quod dictum eſt p. 391.

In *Labyrinthis medicis extricatis*, *ſ. methodo vitandorum errorum* Genev. 1687. 4. *. excerpta dat etiam chirurgica ex BALLONIO & SEPTALIO.

EJUSD. *medicina ſeptentrionalis collectitia* Genev. 1684. & 1686. fol. * 2. vol. Collectæ ſunt adnotationes medicæ & chirurgicæ ex *miſcellaneis naturæ curioſorum, actis Hafnienſibus*, ſuos ſub titulos collectæ.

EJUSD. *Sepulchretum ſ. anatomia practica ex cadaveribus morbo denatis* &c. Genev. 1679. fol. & plenius augente JACOBO MANGET, Genev. 1699. fol. 2. vol. *. Eximium opus, in quo ad ſymptomata oculis ſe offerentia cauſæ latentes recenſentur, quas induſtria medicorum inquirentium in diſſectis cadaveribus detexit. Multa utique undique collecta. Sed non paucæ tamen, eæque optimæ notæ adnotationes auctori propriæ. In ſingula non poſſumus nos dimittere, ſed infinita hujus laboris eſt utilitas, ex quo ad quodque ſymptoma innoteſcat, quæ latens mali cauſa ſit.

EJ. *mercurius compilatitius, ſ. index medico practicus per deciſiones, cautiones, animadverſiones, caſtigationes & obſervationes in ſingulis adfectibus præter naturam & præſidiis medicis diæteticis chirurgicis & pharmaceuticis, veram & tutam medendi viam oſtendens* Genev. 1682. fol. *. Auxilia chirurgica tractat, & de cauteriis, ſetaceis &c. agit.

In *Polyalthe ſ. theſauro medico practico ex optimis rei medicæ ſcriptoribus congeſto* Genev. 1691. fol. aliqua huc faciunt.

§. CCCXLII.

## §. CCCXLI. Varii.

In Antonii Molinetti *diſquiſitionibus anatomico pathologicis* Patav. 1675. 4. aliqua huc faciunt. De calculo circa acum nato. Aliquoties prolapſum uterum ſe reſecuiſſe. Reparationem narium Tagliacotianam a. 1625. Molinettus vidit. Cancrum balani ſanavit amputatione. Paraphimoſis inſanabilis.

J. Charpentier *l'état preſent de la chirurgie, où il eſt parlé enſuite de la preſſeance du chirurgien & de l'apothicaire, & de divers abus qui ſe commettent aujourd'hui dans la medecine* Paris 1675. 12. Bur. Alii 1674. 12.

Caspar Bartholinus, Thomæ fil. Caspari. N. vir eruditus, & denique ad magna officia evectus.

Ejus *exercitationes miſcellaneæ varii argumenti, inprimis anatomici* Leid. 1675. 8. *. Duæ diſſertationes huc pertinent, III. de uſtione ad litteratorum morem; VII. de liquoris ſtyptici uſu interno; ſanguinem ab eo liquore cogi. Experimenta ſubjecit Francisci Redi.

In *Act. Hafn.* vol. III. 12. experimenta facta cum aqua ſtyptica Denisii, etiam Florentiæ.

*Obſ.* 53 aliqua de chirurgia transfuſoria.

Herman Busschof *het podagra mets gaders deſſelfs geneezinge* Amſterdam 1674. 12. 1678. 12. Anglice 1676. 8. Germanice Breslau 1677. 8. *. Celebre aliquamdiu adverſus podagram & arthritidem præſidium deſcribit, ipſe Bataviæ Javanæ expertus, cono medullæ artemiſiæ in pede podagrico accenſæ.

Zephirielis Thomæ Bovii opus Venez. 1676. 12. *. Primam editionem ignoro, quam puto circa initium ſeculi prodiiſſe. Inter ſuas laudes recenſet curationem vulneris ſclopetarii diæta vinoſa & conceſſo carnium eſu peractam.

## §. CCCXLII. Disputationes.

Rudolphi Wilhelmi Krause, Profeſſoris Jenenſis, pluſculæ ſunt chirurgici argumenti diſputationes.

*De hernia ſcroti a prolapſu inteſtini nata* Jen. 1675. 4. Boehmer.

Ej. *de fonticulis* ib. 1675. 4. Menz.

Ej. *de extractione fetus mortui ex utero materno* ib. 1677. 4. *.

Ej. *de ſphacelo* ib. 1678. 4.

Ej. *de odontalgia* 1680. 4. *.

Ej. *de ranula ſub lingua* ib. 1681. 4. *. Riv.

Ej. *de vulneribus per ſe lethalibus* ib. 1684. 4. Menz.

Ej. *de iſchuria* ib. 1686. 4. *.

Ej.

Ej. *de ſtrumis* Jen. 1687. 4. *.

Ejusd. *de calculo renum & veſicæ* ib. 1689. 4. *.

Ej. *de morbis mammarum* ib. 1689. 4. *.

Ej. *de abſceſſu* 1690. 4. *.

Ej. *de ulceribus uteri* ib. 1690. 4. Menz.

Ej. *de fulmine tactis* ib. 1694. 4. *.

Ej. *de hirudinibus* ib. 1695. 4. *.

Ej. *de ſclopetorum vulneribus* ib. 1695. 4. Boehmer.

Ej. *de varis* ib. 1697. 4.

Ej. *de ulceribus crurum antiquis* ib. 1699. 4. Menz.

Ej. *de arteriotomia* ib. 169 . 4. *. Jenæ aliquoties adminiſtratam, ſolis quidem in temporibus, in gravibus capitis malis.

Ej. *de cancro* ib. 1713. 4. *.

In E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* V. VI. *obſ.* 270 infeliciter extracti duo calculi. *Obſ.* 272 teſtis dexer durus, tamen curatus.

Henrici Nicolai *de vulneribus ſclopetorum* Argentor 1675. 4. *.

Matth. Harder *de cataracta* Baſil. 1675. 4. Boehmer.

J. Caspar Baumeister *de calculo renum* Erford. 1675. 4. *.

J. Conrad Rasor *de ophthalmia cum fiſtula lacrumali* Leid. 1675. 4.

Jac. Menestel & Fr. Girard, *E. æger ad λιθοτομιαν balneo præparandus* Pariſ. 1675.

## §. CCCXLIII. Diaria.

In *Ephemeridum Naturæ Curioſorum Dec.* I. *Anno* VI, VII, qui reſpondent annis 1675, 1676.

Joel Langelott, Medicus & chemicus Holſatus, *obſ.* 7 magnus calculus de muliere ſponte proſiliens.

*Obſ.* 9 magnam hirudinum in cephalalgia eſſe utilitatem.

*Obſ.* 12 ex lapſu uberrimum limpidi liquoris ex aure profluvium.

Gottfrid Schubart *obſ.* 19 de polypo ex uno pedunculo multifido: de utero propendente.

J. Michael Fehr, Medicus Swinfurtenſis,

*Obſ.* 26 anevryſma ſpurium ab arteria loco venæ percuſſa, difficulter ſanatum. De varicibus.

*Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 3 ab abſceſſu abdominis fiſtula umbilici, tamen ſanata.

*Ann.*

*Ann.* II. *obſ.* 1 ex vulnere cutis capitis enatæ, ut putat, plicæ.

DANIEL WINCLER *dec.* I. *ann.* VI. VII. *obſ.* 29 de hæmorrhagia ſeptimo die poſt acceptum vulnus ſclopetarium ſuperveniente: (eſchara, ut videtur, de arteria delapſa).

*Obſ.* 33 ſteatoma ſub mento, obſcure deſcriptum, neque bene apertum.

*Obſ.* 34 calculus ex pene exciſus, & *obſ.* 36 calculus in penis oſtio, expulſus inſperſo ſale.

*Obſ.* 37 Tumor labii ſuperioris ſolis unguentis ſublatus.

*Obſ.* 41 vulnus pectoris præmature clauſum, eo aperto pus plurimum prodiit.

*Obſ.* 46 in neogamo tumor in ſcroto ſuppuratus, & *obſ.* 47 feliciter inciſus. Vidi ex adfectata neque perfecta venere tumorem in perinæo, primum exiguum, inde ovi æqualem, ſolo de ſemine lini cataplaſmate ruptum, ſanguinem fœtidum effudiſſe, & facile eſſe ſanatum.

DANIEL ANGELUS *obſ.* 195 ingens calculus a femina excretus.

*Ann.* VIII. *obſ.* 77 a ſcabie retropulſa brachii tumor.

ALPHONSUS KOHN *Dec.* I. *ann.* VI. VII. *obſ.* 222 caput fetus ſeptennio in utero retentum.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 101. a lapſu ab alto lotii incontinentia.

*Obſ.* 179 iſchuria die 17 funeſta; in aperto cadavere ren dexter deſtructus.

*Dec.* II. *ann.* V. VI. *obſ.* 79 gemellorum alter unco extractus bono eventu.

*Dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 79 hernia incarcerata ſuperata argento vivo.

*Obſ.* 80 curatus, quem fulmen ferierat.

In ACT. HAFN. vol. III. & IV, quibus acta annor. 1674. & 1675. continentur.

JACOBUS ZÆMANN *obſ.* 6. deſcribit lapidem, qui ex urethra viam ſibi aperuit, perque ſcrotum pueri elapſus eſt.

DANIEL PROTTENIUS, Medicus in Helſingör. Oſſium mollities, ut ceræ ad modum flecterentur.

OLIGERUS JACOBÆUS *obſ.* 55 hernia quadruplex & in eam colon illapſum.

In muſæo calculos aliquos recenſet, etiam prægrandes.

In *Phil. Trans.* N. 112. huc poſſis referre JOHANNIS SWAMMERDAM volvulum factum ex rupto & inteſtinum ſtringente meſenterio.

*Ann.* V. *obſ.* 108 cultrivorus, ſed fraus fuiſſe videtur.

## §. CCCXLIV. Johannes Dolæus.

Medicus Caſtellanus, hypotheſium amans, neque certiſſimus auctor. In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* VI. VII. decies ſe arteriam temporum percuti curaſſe, felici eventu in morbis capitis *obſ.* 60.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 12. moxam ſe paraſſe ex ranunculo pratenſi.

*Obſ.* 131 ruptus inter ſtandum ventriculus, ut cibus prodiret, tamen ſanatus.

*Dec.* II. *ann.* V. *obſ.* 131 iſchuria funeſta & ampliſſima veſica ex ſcirrho proſtatæ.

*Obſ.* 130 ex pueruli urethra calculus elicitus.

*Ann.* VIII. *obſ.* 130 in hernia incarcerata particula inteſtini ſecta, funeſto tandem eventu.

*Obſ.* 134 fetus 26 in matre annis retentus.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 77 atheroma ſub lingua inſigne.

*Ann.* IV. *obſ.* 62 ſarcoma poplitis exciſum quod quidem verius videtur aneuryſma fuiſſe.

*Obſ.* 63 in calculoſo mucago cum urina excreta in lapidem coacta eſt.

*Ann.* V. VI. *obſ* 253 calculus circa aciculam natus, & circa plumbeum ſtilum, perque gangrænam elapſus, prægrandis, cum ſuperſtite fiſtula.

Ejusd. *Encyclopædia chirurgica rationalis* Francfurt 1689. 4. *. 1703. fol. Venet. 1695. fol. Eisenmann. Magnum ſpiſſumque volumen collectaneum cum plurimis formulis medicamentorum.

In *Encyclopædia medicinæ theoretico practicæ* Francf. 1684. 4. *, aliqua habet interſperſa chirurgica, ut de calculo. Renem ſe lapideum vidiſſe.

## §. CCCXLV. Richardus Wisemann.

Chirurgus primarius Regis Angliæ, extra patriam non ſatis notus, carus Anglis, & nuper elogia F. Tomlinson meritus (*a*).

Ejus *ſeveral chirurgical treatiſes* prodierunt Londini 1676. fol. 1686. fol. *. Cum hoc ſuum opus ſcriberet, a viginti retro annis valetudine fuerat infirma; & ante hoc juſtum volumen minores tractatus ediderat, quorum tituli mihi non occurrunt. Gualtherus Needham opera collecta emendavit, hypotheſes amputavit, neque tamen ſemper obſequente Wisemanno. In caſtris ipſe medicinam manu fecerat, multa expertus, ſincerus homo, non timidus ſuos revelare errores; ſubtiliſſimos artis apices non perſecutus, in parte medicamentaria paulo uberior, in operationibus parcior. Octo ſunt tractatus, in quorum quoque curationis

(a) p. 61.

rationis in univerſum inſtituendæ præcepta dedit, deinde peculiaria boni malive eventus exempla.

L. I. eſt *de tumoribus*. In paracenteſi utitur acu triquetra, etiam optimo eventu. In anaſarca laudat ligaturam. In femina tumor cyſticus cultro apertus, & melleus humor feliciter eductus. De hydrocele utiliter egit, quam non repeto. Herniæ. Umbilicalis compreſſione ſanata.

L. II. *de ulceribus*. Mala eſſe, quæ inter dorſi muſculos. De vero tempore, quo epulotica conveniant, quando nempe caro pene ad labia ulceris adſcendit. Quæ medicamenta conveniant pro varietate ulcerum. Medicamentum ad carnis fungoſæ incrementum. Ad ulcera ſordida lixivium. Exemplum difficillimi ulceris, cum tamen os nihil eſſet paſſum. Carioſa ulcera deligationem poſcunt. Quæ profunda, ſi fieri poteſt, in ima & oppoſita ſede aperienda. Ulcera penetrantia pectoris inmiſſo piſo mutavit in fonticulos. Ea ratione ulcus renis in infante ſanavit. Ulcerum calloſorum rotundorum, labra oportere emolliri, demum cauſtico removeri, aut ſcalpello. Caries calvariæ non requirit cauteria, ſed profunda caries oſſium artuum. Eximia in univerſum tractatio.

L. III. *de ani morbis*. Fiſtulas cum noſter vinculis curare ſuſciperet, ſæpe imperfecte curavit, cæterum in hac tractatione uberior. De prolapſu ani, hæmorrhoidibus, condylomatibus, phymatibus &c. Gangræna inflammata ſanata lixivio. De laxitate ani, malo quod & ipſe vidi.

L. IV. *de ſcrophulis*. Tactu eas ſanare privilegium eſſe regis Angliæ, a CAROLO II. millies & in Britannia & in Belgio exercitum. De hoc morbo aliisque adfinibus & de ſpina ventoſa, quæ mala noſter ex ſeculi vitios, nimis libere acori tribuit, ſtrumas partim eſcharoticis conſumſit, partim digeſtivis. Imprudenter aliquando anevryſma aperuit, ut vix ullo modo poſſet comprimi; & audacter certe ſtrumas in loco arteriis pleniſſimo excidere adgreſſus eſt. Tumores cyſtici varii, inde (ut ſolet) caries cranii, ſpina ventoſa in maxilla, quam & ipſam auſus eſt ſerra adgredi, & tumentem arteriam amburere, eventu funeſto, cum æger convulſus interierit, a violato procul dubio magno nervo maxillari. Exoſtoſes variæ & carie exempla. Hic labor uberrimus eſt.

L. V. *vulnera*. Non ſemper peregrina corpora extemplo eximi poſſe, eſſe ubi ſuppurationi debeant relinqui: ſed neque nimis curioſe ſanguinem coactum oportere repurgari. Turundas a ſimplici vulnere abeſſe debere. In victus ratione debere aliquid conſuetudini dari. Eſſe quos enecares ſi vino prohiberes. Vermes non metuendos. Cavendum ne vulnus ante diem tertium deligetur. Vulnera ex multis vicinis vulneribus compoſita poſſe conſui, etiam ſutura intorta. Exemplum vulneris in cavum pectoris non penetrantis, magna turunda corrupti, cum vero totum aperiretur, mortis ſecutæ. Vulnus punctorium, profundum, male ſutura curatum, eam noſter reſecuit, ſetaceum per imum fundum trajecit. Vulnus perterebrans femoris facile ſanatum, utrique fini plumaceolis impoſitis. Iterum profundum femoris vulnus rejecta turunda facile clauſum: alia ſimilia

 exempla.

exempla. De vulneribus capitis fuſiſſime. Vulnus non contuſum poſſe conſui, etiam in temporali muſculo. Si contuſum fuerit, plumaceolum leve ſpiritu vini ebrium imponit, quo apoſceparniſmum ſanaverit; grave requirit raſionem. Turundas rejicit, etiam in profundo vulnere ad duram membranam penetrante. Recentes cranii fracturas non requirere, ut fragmenta omnia removeantur. Concuſſionem poſcere trepanum. Duram membranam audacter debere incidi, ſi ſub ea ſanguis effuſus fuerit. Calli renaſcentis initium eſſe membranam. In magnis contuſionibus venam jugularem incidit. Exempla gravium vulnerum capitis, levibus auxiliis percuratis. Labiorum reſectio curationem meretur. Error a ſutura ſagittali pro fiſſura habita. Exemplum oſſis plani læſi, & ut mihi videtur, non ſanati. Trepano admoto, elevato oſſe, quod depreſſum erat, eraſa fiſſura, magna mala curata. Ad punctorium vulnus fruſtra cranium terebratum, omnia ſana. Lacera dura mater, ut labia per externum vulnus exirent, facile ſanata. Calva fiſſa, cum cutis integra eſſet, eadem late mortua diſceſſit, natura per fiſſuram ſe repurgavit eventu felici. Sed nimis copioſa dimitto.

L. VI. *vulnera ſtlopetaria.* Hæc interim omitto.

L. VII. *Fracturæ & luxationes.* Maxillam non poſſe luxari, niſi ad anteriora; facile reponi parte anteriori maxillæ ſublata, poſteriori depreſſa. Exemplum ſanatæ, cum alterum latus diſtortum fuiſſet. Clavicula fere a lapſu luxatur, & facile reponitur humero retrorſum ducto, in ſuam ſedem repoſito capite claviculæ. Laminam ſtanneam ad claviculæ formam fictam commendat, ut retineatur. Humerus vix poteſt elabi, niſi in alam inter bicipitem & infraſcapularem muſculum: antrorſum ſe elapſum vidiſſe, ſed chirurgi forte vitio. Ut manu ſola, ut calce in alam data humerum repoſuerit. Manus introrſum luxata, & proceſſus ſtyliformis ulnæ a radio diſtractus, ut oſſiculum carpi ſe interponeret. Hoc primum ſuum in locum noſter repoſuit, deinde ulnam. Ut tarſi ad luxationes facilitatem calce & medicamentis adſtringentibus ſanaverit. In fractura extendenda advertendum, num duplex adſit fractura &c.

## §. CCCXLVI. Varii.

James Cooke, *mellificium chirurgiæ, or the miror of Chirurgery much enlarged* London 1616. 8. alibi lego *the mirror of chirurgery anatomy and phyſik* 1668. 8. Heister. 1685. 8. Lond. 1685. 8. Boehmer.

Laur. Losens *chirurgiſches Handbüchlein, oder erneuerter* Sebastian *Greif.* Eiſenach 1676. 12. Meinungen 1679. 8. Lehman.

Ej. *peſt balbierer* 1682. 8. Heister.

J. Gipping *antidotarium chirurgicum* Ulm 1676. 4. edente G. H. Welsch.

Georg Thanmuller *experimenta medico chirurgica & antidotarium medico chirurgicum*, cum priori prodiit.

Tum Thomæ Stromaier *experimenta medico chirurgica & collectanea medico chirurgica.*

In

In ROBERTI PLOTT *natural hiſtory of Oxfordſhire*, Oxford 1676. fol. caſus narratur ſphaceli, in manu ſuborti, que ſponte abſeeſſit, ſequentibus paulo poſt brachiis, denique morte.

In *natural hyſtory of Staffordſhire* exemplum manus a gangræna ſicca delapſæ.

BERNARDINUS CHRISTINUS a Juvellina, Cyrnæus, diſcipulus RIVERII, chemicorum medicamentorum magnus laudator, qui ipſe chirurgiam fecit artusque compoſuit, codices primum RIVERIANOS a moriente auctore accepit, & edidit *arcana* RIVERII Genuæ 1676. 4. 1696. 4. *; medicamenta nempe aliqua & inter ea chirurgica. Inſtitutiones potiſſimum in T. II. chirurgica etiam mala tractant. Subjiciuntur medicamenta. In *obſervationibus medicis* proprias ſuas curationes proponit, felices omnes, paucis, & ſæpe ſuis, medicamentis perfectas. Plurimi carbones. Ulcus cancroſum ſaturninis ſuperatum. Crabronum, in calida regione, non innoxii ictus, viperarumque, quos aliquoties curavit. Barbarus ſcriptor, quid vult per venam arterialem, quæ prope auriculam vulnerata fuerit. In vulneribus multum plumbeis uſus eſt. Ambuſtiones aceto ſanavit. Varices absque ferro curavit. Solebat in vulneribus vinum in ſcyphum vitri antimonii infuſum propinare. Integræ familiæ a ſicario varie vulneratæ feliciter ſubvenit, naſum poſt horam adſuit & reconciliavit, arteriæ vulnus impoſito digito conpreſſit. Oculi etiam vulnus vino reguli antimonii eluit & ſanavit. Herniam preſſione & medicamentis adſtringentibus curavit. Suffuſionem inſtillatis guttulis diſſipavit. Terrore excitato uterum elapſum coegit in locum redire. Vulnus ſanavit, de quo inteſtina prodierant & hepar. Ad finem arcana ſua aperit.

## §. CCCXLVII. DISPUTATIONES.

JACOBUS DYCK diſp. *de calculo renum & veſicæ* Leid. 1676. 4. *. Frequenter in canibus a calculo renem conſumi.

ZACHAR. REGIUS *de calculo renum & veſicæ* Leid. 1676. 4. *.

T. STAFFART *de fractura cranii* Leid. 1676. 4. & in collectione VALENTINI.

THEODOR CRAANEN *de calculo renum & veſicæ* Leid. 1676. 4. *,

BERNH. WILH. GEILFUS *de moxa* Marburg 1676. 4. *. An non idem fuerit J. C. GEILFUS, cujus exſtat Germanice *truz podagra* Augſpurg 1697. 12. HEIST.

HIERONYMI NIEMAND diſp. *de ſuffuſione* Argentor. 1676. 4. *.

J. CASPAR WETZEL *de morſibus & puncturis animalium* Argentor. 1676. 4. * & in collectione VALENTINI.

J. MULLER & Auctor FRIDERICH CHRISTIAN BRAUNIUS *de tarantula* Witteberg 1676. 4. *.

MARC. ANTON. HELLOT & JOH. THOMASSEAU *de demorſis a cane rabido colocynthis* Paris 1676. 4.

## §. CCCXLVIII. Diaria.

In Birchianis faſtis Nehemias Grew experimenta fecit in ſolvendis calculis, quorum majores ſpiritus nitri ſolvit, non ita minores.

Oldenburgius retulit de gangræna ex ſecali corniculato nata.

Idem de inteſtino gallinæ inciſo, & aqua vulneraria Rabelii ſanato.

De iisdem claris ſecalinis retulit Dionysius Dodart *in Journal des ſavans* 1676.

## §. CCCXLIX. Nicolaus Blegny.

Amabat ſe vocare Nic. de Blegny, chirurgus, vanus homo, nimiumque laudis cupidus, qui equitem ſe ipſe fecit, & infelicem vitæ finem habuit. Primum ejus opus fuit, *l'art de guerir les hernies* Paris 1676. 12 (plerique tamen annum memorant 1677. 12.) recuſ. 1693. 12. *. Latine *in Zodiaco Medico Gallico* 1679. Libellus ſcriptus ad commendanda bracheria elaſtica, ex laminis frigidis, malleo tuſis & circulo chalybeo parata, quæ ſibi tribuit inventa; & medicamenta quædam chemica, potiſſimum etiam *Prioris de* Cabrieres, qui ſpiritu ſalis profunde inguen exurebat, ut ſubnata dura cicatrix deſcenſum inteſtini porro inhiberet, magnam partem tamen laudis Blegny ſuis bracheriis tribuit. Inteſtinum rectum continet, introducto, deinde inflato ventriculo galli indici. Non debere ligari peritonæi proceſſum. Adnotationes memorabilium caſuum & curationum: hic etiam reperias ſe primum inveniſſe, debere eum proceſſum aperiri, quo inteſtinum reducatur. Herniam veſicæ in anulum elapſæ vidit.

Ej. *la doctrine des rapports en chirurgie* Lion 1684. 12. *. In P. I. modus, quo chirurgi & medici conſulti reſpondent. Nominantur ab archiatrorum comite bini in quavis civitate viri; dantur tamen tribunalia, quæ eos ipſa deſignant; a quibus volunt reſponderi. Matronas deſiiſſe conſuli, poſtquam imperite de femina impraegnata reſpondentes, reæ factæ fuerint mortis fetus. Fuſe contra congreſſum.

In P. II. reſponſa ipſa, de ægroti, dum vixit, valetudine, de periculo, quod a vulnere impenderit. Addita varia de ſuffocatione, de ſuſpenſione, de ſubmerſione, & ut diſcernatur, num eæ violentiæ in vivo homine ſint perpetratæ, num in cadavere. Recte violentia a morte illata diſtinguitur, quod nulla inde ſugillatio naſcatur, neque inflammatio. Chirurgos de vulneribus ſolos reſpondere.

Ejusd. *hiſtoire anatomique d'un enfant, qui a demeuré vingt cinq ans dans le ventre de ſa mere* Paris 1679. 12. *. Ulcus aderat uteri, fetus retentus calloſa cruſta obvolvebatur, in qua tubercula erant quaſi gypſea &c. Noſter etiam alias adnotationes adjecit. Enormem vim ſanguinis grumoſi aliquando poſt placentam manu ſe eduxiſſe. Pro Cæſareo partu.

Idem collegit & edidit *les nouvelles decouvertes ſur toutes les parties de la medecine* Paris 1679, 12. *, & a Bonneto cum titulo *Zodiaci medico Gallici*

*latine*

*latine* verſa Genev. 4. *. Quæ BLEYNYUS propria videtur adtuliſſe, de iis aliqua recenſebimus. De aqua RABELII ſtyptica, quam negat utilem eſſe, aliamque aquam vulnerariam deſcribit a D. BOUCHER inventam, vitriolicam. Sanatus die demum 39 inciſa dura membrana, malo pure emiſſo a D. TRIBOULEAU. Vulnus jejuni inteſtini ſanatum a D. ROBERDEAU. MERYUS de continente cæcum inteſtinum hernia, cujus ſaccum efficiebant aponevroſes muſculorum abdominis. Vulnus enorme penis cum ſcroto reſecti, ſolo muſco admoto ſanatum. BOUCHER commendat ad ſtrumas ſpongias uſtas, utile certe medicamenti genus. Paracenteſis abdominis ad emittendam materiem effuſam feliciter adhibita. Oſſa fetus per abſceſſum cauſtico medicamento ruptum emiſſa. Abſurda hiſtoria de ſabulo oculis inſperſo, quod in calculos increverit. TAMPONNET tota oſſa parietalia abſceſſiſſe, & tamen ſanatum eſſe ægrum. Aliquoties centeni vermes de abſceſſu emiſſi. Cultrivorus Gallus, qui & alia metallica corpora devorabat, iisque ſubnato in ventriculo abſceſſu ſe liberavit, eventu non infelici. GENDROZ calculum ſub lingua excidit. Enorme vulnus: ut ventriculi cerebri a ligneo bacillo transverberarentur, eventu non funeſto. Exemplum calculorum bilariorum per abſceſſum exeuntium. MARQUIS de curandis abſque ſuppuratione vulneribus, per aquam vulnerariam compoſitam, cujus formula hic exhibetur. De lithontriptico BROCARDI, poſt hujus medicamenti uſum perinde calculi in veſica ſunt reperti. BILLOT vidit globum plumbeum totum cerebrum perterebraviſſe, & ſaucium tamen vixiſſe ad diem decimum, cum interim cerebrum pene totum conſumtum fuiſſet. In alio ægro, cui cerebrum inciſum, valetudo reparata.

*Anno ſecundo* diarii ſui BLEGNIUS titulum fecit *le temple d'Eſculape &c.* quo adnotationes anni 1680. continentur. In eo volumine BIMEL Veſicæ punctio abſque cathetere poſtquam calculi feliciter extracti fuerunt. Aciculæ per alvum expulſæ. Inteſtinum ileon adhæreſcens, ut in anum abiret artificialem. CARON abſceſſus abdominalis ſanatus. GERVAISE ex vulnere pectoris aphonia. BLOUDELOT magna ſymptomata ex hirudine deglutita. BAUGRAND ex ulcere pulmonis abſceſſus prope proceſſum maſtoideum. IDEM ſervavit ægrum, cui os depreſſum utramque meningem perforaverat. BLEGNY cancer penis interioris ingens tamen ſanatus. HAMEL vulnus inteſtini craſſi fæces dimittens ſanatum; ſic vulnus ventriculi, & ſectiones duæ Cæſareæ. Una BENNETUS edidit.

*Journal des nouvelles decouvertes* T. III. anni 1681. 12. *. Iterum major pars duorum oſſium parietalium absque ullo malo ablata. FERRAND conſilia aliqua, ut facilius catheter in difficili caſu ſubeat. ROYER de anevryſmate conpreſſione curato. FOURNEAU inteſtinum late gangrænoſum, ut fæces per apertum peritonæum exirent: vita tamen per triennium ſuſtentata. BAUGRAND vulnus femoris cum oſſis fractura. LANGE de venarum ſecandarum ſelectu. PELLERIN maximus calculus exciſus. CARON anus inguinis artificialis ſanatus. Fractura cranii ſanata per uſum trepani. BOYER tetra oſſis tibiæ caries repetita terebratione tandem ſuperata. Poſſe arteriam brachialem ligari, neque continuo mortem inde ſequi.

Cl.

Cl. Portalius Blegnium etiam poſt a. 1682. cum publica auctoritate ei interdictum fuiſſet publicatione diarii, tamen opus urſiſſe, & ejus diarium a Mangeto latine eſſe verſum; ſed in præfatione Genevenſis editionis legimus Blegnyum ab opere receſſiſſe.

Sedem cataractæ in lente cryſtallina non ignoravit.

## §. CCCL. Varii.

Antoine Boirel *traité des playes de teſte* Alençon 1677. 12. * ut ex p. 365. adparet. Chirurgus civitatis Argentan. non rudis homo, neque in arte inexercitatus, præter præcepta numeroſas etiam curationes adfert. Duram matrem incidit, ut puri exitum aperiret, felici eventu. Sub externa calvariæ lamina integra; fracta ex lapſu lamina interna. Non putat calamitatem accidere, niſi quando ſuturæ aboletæ fuerunt. A commotione ſenſus, viſus, auditus amiſſus, vena inciſa reparatus. A lapſu tumor, diſſipatus, cute non inciſa. Quibus ab ictu vel lapſu per aures ſanguis effluit, iis non raro ſanitas reſtituitur. A neglecta fractura magnum malum, & ſanguis ſuper duram meningem effuſus, æger tamen ſanatus. Paralyſis in latere adfecto. Puer convaluit, cui cerebrum a fragmento conpactum & pars amiſſa. Prima lamina depreſſa, interna in multas particulas diffracta.

In diariis Blegnyi pluſcula noſtri ſunt, ut a. 1679. de vulnere pectoris verminoſo, purulento, ſanato. Aliud vulnus pectoris ſanatum poſtquam natura aliquoties corpora membranacea expulerat. A. 1680. Ex lapſu ſtrabismus. Anus artificialis ſubnatus. Muſculus temporalis inciſus abſque malo.

Bernardi Verzaschæ, Medici Baſilienſis, *obſervationum medicarum centuria* Baſ. 1677. 8. * Continet etiam chirurgici argumenti adnotationes; de calculis varias, iſchuriam funeſtam, cum calculus non magnus ureteris aditum obſtrueret. Calculus grandis ex femina egeſtus, cujus iter ipſa ſenſerat, dum a rene in veſicam deſcendebat: de calculo renali conſilium Rolfinkii. Renis ulcus ſanacum. Humor aqueus & una viſus in puero reſtitutus. Emplaſtrum Barbetti ad carbunculos peſtilentes ſalutare.

J. Cornelii Weber, Medici, *anchora ſauciatorum, ſ. liquor ſtypticus ſanguinem confeſtim ſiſtens* Brieg 1677. 8. Merclin. Breslau. 1680. 8. *. Alumen cum phlegmate vitrioli miſcet; hujus medicamenti magnas vires deprædicat.

Marguerite du Tertre, *veuve du* S. de la Marche, *inſtruction touchant les choſes qu'une ſage-femme doit ſavoir pour l'exercice de ſon art* Paris 1677. 12. 1691. 12; aucta a Ludovica Boursier Paris 1710. 12. *. Pleraque elementalia. Si ſitus fetus malus, aut membranæ nimis robuſtæ fuerint, eas jubet lacerare. Unum pedem extrahit, deinde & alterum. Uterum duplicem vidit.

Matthias Hyer *doctrine nouvelle de la poudre vitriolique de ſympathie* Toulon 1677. 12. Bur. Astruc.

Les

*Les fleurs de* GUIDON, *ou ſentences principales de la grande chirurgie de* GUY de CHAULIAC Paris 1677. 8. MART.

J. VIGNOLE *Wundarzney von* J. SCULTET *überſetzt und mit Anmerkungen verſehen* Nürnberg 1677. 4.

ANDRIES BOECKELMAN *noodwendig berigt aangaande het afhaelen van een doode vrucht* Amſterdam 1677. 8.

EJ. *Wederleging van D.* BONAVENTURA *van* DORTMONDS *berigt waer in aangeweeſen word de quade pratyquen van D. D. en dezzelfe onkunde aangaande het afhaelen van een doode vrugt* Amſterdam, 1677. 8. WACHEND. Multo plura ſcripta BOKELMANNI & BON. a DORTMOND HEISTERUS citat, omnino 38.

LUDOVICI v. HAMMEN *de herniis diſſ. academica* Gedan. 1677. 4. maj. *. recuſa Leid. 1681. 12. *. DRELINCOURTII diſcipulus, celebris inventis vermiculis ſpermaticis, & Archiater R. Pol. Ipſe de herniis libellus parum habet proprii. In *epiſtola* ſubjecta ad PECHLINUM agit de tumore cryſtallinis ſpinis aſperſo, ex veſica extracto, cum calculum putaret ſe educere, felici tamen eventu.

J. SOLEYSELII *parfait Marechal* Genev. 1677. 4. *. Paris 1698. 4. morbos habet etiam chirurgicos. Ejus operis vitia recenſet VITTET.

ETIENNE des FORGES *procedés de chirurgie reduits en pratique* Paris 1677. 8. Annum 1673. habet Cl. PORTAL.

GERARDI BLASII *obſervationes medicæ rariores* Amſterdam 1677. 8. *. Celebris anatomes exercitio, & potiſſimum Zootomiæ. In his adnotationibus pluſculæ argumenti ſunt chirurgici. In capite hydatides & tumores cyſtici. Abſceſſus (tumor potius cyſticus) prope aures vinculo & cultro feliciter a ROONHUYSIO exſtirpatus. Sic ſarcoma prope ſcapulam. Hernia inguinalis, peritonæo vere rupto. Teſtis corruptus exſectus. Cerebrum ex lapſu in pus converſum. Veſicæ urinariæ fungus ſuppuratus. Caro fungoſa, fibroſa, de dentis alveolo exciſa. Caput obſtipum, reſecto muſculo maſtoideo reſtitutum. Vulva clauſa aperta. Uterus vere elapſus, ligatus, exſtirpatus, funeſto eventu. Sub tumore cranium carioſum trepano reſectum, æger reſtitutus. Ulcus in uteri vicinia, pro uterino habitum. In labio cancroſo calculi, ſic ſub lingua. Mors ab utroque uretere per calculum obſtructo: alii calculorum caſus.

RAYMUNDUS FORTIS Veronenſis. EJ. *conſultationum & reſponſionum medicinalium* Centuriæ IV. Genev. 1677. fol. *. Paſſim intercedunt inter morbos internos externi, vulnera etiam, luxationes, etiam femoris, calculi numeroſi caſus, cancer &c. Labor auctoris fere eſt in medicamentis.

## §. CCCLI. DISPUTATIONES.

J. MICH. VEHR *theſaurus experientiæ medicæ cum ſpecimine de abortu* Aug. Vindel. 1677. 4. Si huc facit.

ABRAHAM BLENDINGER *de cancro* Erford. 1677. 4. *.

J. VALENTYN SCHEID *viſus vitiatus* Argent. 1677. 4.

EJ. *hiſtoria lienum ruptorum* ib. 1725. 4. eventu fere lethali.

EJ. *de quibusdam viſus imminuti vitiis* ib. 1720. 4. *.

PETRI V. CAMERYCK *de partu difficili* Utrecht 1677. 4.

MICHAEL HENRICH HORN *de ophthalmia* Lipſ. 1677. 4.

PETR. LOMBARD & PETR. LAURENCEAU *E. hydrophobia ſanabilis* Pariſ. 1677. 4.

§. CCCLIII. DIARIA.

In E. N. C. *Ann.* VIII.

J. MATTHIAS NESTER *obſ.* 24 poſt arthritidem utrumque os femoris luxatum.

GEORG ABRAHAM MERCLIN.

De oſſibus per uterum excretis, retenti nempe fetus, *obſ.* 49.

Calculi grandes in meſenterio & pancreate, *obſ.* 50.

*Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 89 concrementum in utero oſſeum.

*Obſ.* 91 fractura cranii circularis trepani ope ſanata.

*Obſ.* 93 ſteatoma genæ feliciter reſectum.

*Obſ.* 94 fiſtula oculi ex ophthalmia nata, curata.

*Obſ.* 184 ſecundæ retentæ per fragmenta rejectæ feliciter ſexta ſeptimana. Mirifica remedia.

*Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 191 partus aliquot difficiles; inter eos *obſ.* 192 ex prolapſu uteri, ejus ore inciſo, fetus eductus.

*Obſ.* 194 cranium depreſſum ſola vulſione reſtitutum.

*Ann.* VI. *obſ.* 220 hydrophobia abſque morſu.

*Obſ.* 221 ſteatoma maximum in pectore natum.

*Dec.* III. *ann.* I. calculi & hydatides renum.

*Ann.* III. *obſ.* 141 calculus de abſceſſu umbilici.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 244 epulis feliciter exſtirpata ferro ignito.

EJUS eſt etiam *Parænesis ad chirurgiæ ſtudioſos de genuina artem illam addiſcendi methodo*, quæ tamquam præfatio ad PANDOLPHINUM de ventoſitate ſpinæ acceſſit.

In *Actorum Hafnienſium volumine* V.

JOH. SILLER Chirurgi *obſ.* 6 de enormi vulnere femoris & abdominis, reſectis muſculis iliacis & abdominis muſculis inciſis, cujus eventus felix fuit.

Ap.

Ap. Birch. T. III. Christophorus Wren glandem plumbeam in aſperam arteriam illapſam expedivit, ægro de pedibus ſuſpenſo.

In *Journal des ſavans* 1677. de tumore de digito manus ex gracili filo pendente a Francisco Bayle dicitur.

## §. CCCLIV. Varii.

Johannis Brown, chirurgi, *compleat deſcription of wounds both in general and particular* London 1678. 4. *. De varia lethalitate vulnerum. Curatio. Telorum extractio. Symptomata. Vulnera ſtlopetaria. Ipſi brachium a vento fractum, quem tranſeuns pila 24 librarum excitaverat. Vulnera ſecundum partes humani corporis. Fere collectitium opus.

Ej. *compleat treatiſe of præternatural tumores both general and particular* London 1678. 8. Gunz.

Ej. *adenochoiradologia*, *ſ. de glandulis & ſtrumis*, *ſ. anatomical chirurgical treatiſe of glanduls and ſtrumes or Kingsevil Swellings* Lond. De privilegio Regum Anglicæ, quo ſcrophulas tactu ſanant.

Radegundus de Vroom *de miſerabili fetus extractione ex utero adverſus ineptias* Boeckelmanni & Ruyschii Utrecht 1678. 8.

In Jacobi Sponii *voyage d'Italie*, *de Dalmatie*, *de Gréce & du Levant* Lion 1678. 12. 2. vol. *. aliqua huc faciunt, ut de oſſibus cranii mire extenuatis & de hydrocephalo, cum quo homo adolevit. Bauda de oſſibus in univerſo corpore molleſcentibus. Tabula interna cranii diſſiliens, dum externa integra erat. Baliſtæ ſimile inſtrumentum, a Ruſſis inventum pro vena aperienda deſcribit. De depilatorio Rusma, de codice Nicetæ. Turcas & Græcos diſtinguere Medicum a chirurgo.

Hoc anno a chirurgo Fry experimentum reſectæ, in vivo animale, pulmonis particulæ factum (*a*) eſt.

J. Ziffel *vom Scharbock*, *Grieſſtein und Podagra* Dresden 1678. 8.

## §. CCCLV. Disputationes.

J. Paul Wurfbain *de ſparganoſi* Altdorf. 1678. 4. (tumore mammarum a lacte).

Jac. Wolf *de urinæ incontinentia* Jen. 1678. 4.

J. Hardov. Hampe *de rhagadibus* Argentor. 1678. 4. Boehm.

Conr. Johrenius *de lithiaſi* Rinteln 1678. 4.

J. Hubrecht *de calculo renum* Leid. 1678. 4. *.



(a) Birch T. IV. p. 345.

§. CCCLV. Diaria.

In *Act. Acad. Nat. Curioſ. Dec.* I. *ann.* IX. X. pro annis 1678, 1679.

Godofredus Samuel Polis, Francofurti ad Viadrum medicus *obſ.* 16 de facie ex cauſa ignota ſphacelo corrupta, funeſto eventu.

Ej. ſpica ſecalina deglutita per tumorem dorſi prodeuns, in eodem vol.

*Dec.* II. *ann.* V. *obſ.* 160 veſicatorio medicamento ſublatus dentium dolor, & 161. cucurbitulis iſchias.

Sigismundi Grass

*Dec.* I. *ann.* IX. *obſ.* 69 de tuberculo calculos & arenulas eructante.

*Obſ.* 71 eryſipelas capitis ſuperatum cucurbitulis.

J. Georg Trumph, Medicus Goslarienſis, *obſ.* 7 iſchuria ſero ſuperata ejecto lapillo.

*Obſ.* 81 gangræna univerſi corporis a cauſa interna nata.

Lucas Schroeck, Lucæ f., Medicus Auguſtanus, *obſ.* 92 de veſicæ calculo, ſponte ut putat, disjecto.

*Obſ.* 164 hernia inteſtinalis ſanata, abſceſſu in inguine ſponte nato.

*Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 19 calculi ex ſuppurata ſarcocele.

*Obſ.* 20 hydrocele medicamentis ſuperata.

*Ann.* IV. *obſ.* 174 oſſium in capo cruſta calculoſa obductorum exemplum.

*Ann.* V. *obſ.* 4 de eodem cervo, cui Dorothea Brandenburgica cor glande plumbea perterebravit, & qui diutiuſcule vixit.

*Ann.* IX. *obſ.* 238 ſutura cranii ex capitis dolore hiſcens.

*Cent.* I. *obſ.* 18 abſceſſus abdominis ſanatus injectionibus.

*Cent.* II. *obſ.* 186 dyſuria a tumore pelvis veſicam conprimente.

*Cent.* III. *obſ.* 92 calculi numeroſiſſimi excreti.

*Cent.* X. *obſ.* 100 calculus circa ingreſſum ureteris retentus.

J. Specht in *Dec.* I. *ann.* IX. ab ulcere veſicæ dyſuria die vigeſimo funeſta.

Samuel Ledel

*Obſ.* 144 calculus ſub lingua.

*Obſ.* 145 veſica in bove poſt urinam retentam diſrupta.

*Obſ.* 148 cantharides cervici admotæ urinam retinent.

*Dec.* II. *ann.* I. ſpica ſiliginea deglutita, excluſa per coſtarum intervallum *obſ.* 144.

*Ann.* II. *obſ.* 35 hæmorrhagia carpi conpreſſa fungo igniario, ex anus conſilio, quæ Brossardi laudes occupavit.

*Obſ.*

*Obſ.* 37 pulmo ſagitta percuſſus ſanatus.

*Obſ.* 41 felix amputatio tibiæ carioſæ.

*Ann.* III. *obſ.* 141 ſtruma manu cadaveris diſſipata.

*Obſ.* 142 puella ab hirudinibus enecta.

*Ann.* IV. *obſ.* 19 hirudinum in variis morbis utilitas.

*Obſ.* 21 graviſſimum oculi vulnus cum oſſium ſtrage curatum.

*Obſ.* 68 mors a ſecundis violente evulſis.

*Ann.* VII. *obſ.* 47 ab igne ad truncum amputati artus admoto mors.

*Obſ.* 51 tumor ſub lingua maximus, in abſceſſum verſus.

*Ann.* X. *obſ.* 101 annoſum ulcus ſanatum.

*Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 59 exemplum ſectionis Cæſareæ funeſtæ.

*Obſ.* 100 de vario ſucceſſu fonticulorum.

*Ann.* II. *obſ.* 50 anus imperforatus fruſtra apertus.

*Obſ.* 51 inteſtinum in hernia apertum, tamen curatum.

*Ann.* III. *obſ.* 19 tumores purgata alvo ſanati.

*Obſ.* 20 tumor ex contuſo teſte curatus.

*Dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 89 a variolis abſceſſus umbilici.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 116 pes ab ulceribus carioſus, ſua ſponte delapſus.

*Obſ.* 117 ad talum dislocatum ſubnatus ſcirrhus.

*Cent.* I. *obſ.* 73 tumor de labio vulvæ feliciter reſectus.

Godofrid. Schulz, Vratislavienſis,

*Dec.* I. *ann.* IX. X. *obſ.* 185 calculi extracti ex ani fiſtula.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 73 magna mala ab ictu araneæ in palato accepto.

*Ann.* III. *obſ.* 93 calculus excretus, inde ſcroti gangræna feliciter ſuperata.

*Ann.* VII. VIII. *obſ.* 125 ex arteria, quæ ex radiali ad volam venit, læſa, magna hæmorrhagia ſtyptico medicamento & conpreſſione ſedata.

In Birchii hiſtoria anni 1678. curatio narratur demorſi a ſerpente candiſono hominis, quæ fit admoto, & aliquamdiu appreſſo igne.

Poſſis huc referre Rainssanti relationem de partu Toloſano in Journal des ſavans 1678.

Thouvenot, Chirurgi, relatio de paracenteſi in aſcite felici, acus ope triquetræ, quam putat a Barbettiana diverſam eſſe: acus eſt recondita, cujus fiſtula accurate poteſt claudi.

De Tarantula, ex diario, ut puto, Nazariano. Theoria mirorum ſymptomatum, quæ hujus araneæ morſui tribuunt.

## §. CCCLVI. Jacobus Young.

Chirurgi, *currus triumphalis e terebintho, or an account of the admirable virtues of oleum terebinthinæ by its application to recent wounds, hæmorrhagies of the venes and arteries, with a new way of amputation and ſpeedie method of curing ſtumps in two letters* London 1679. 8. *. A Spencero & Sprage medicis didicit vim, qua oleum terebinthinæ calidum vulnera arteriarum, etiam majorum, ſuperfuſum ſanat. Omnes alios modos rejicit, quibus chirurgi conati ſunt ſanguinem conprimere, ut injectum in artum vinculum, a quo teterrima viderit ſymptomata. Vitrioli nodulum, quem pariter reprobat, & cauſticum medicamentum; de liquore Denisii nihil ſperat, ut acido, ſic & ignem refutat. Experimentis ſuas olei terebinthinæ laudes confirmat, in arteria labii ſuperioris, a teſtibus reſectis, in magno femoris vulnere, poſt amputationem ſub genu factam, in lacerata temporum arteria, in arteria iliaca. Turcas artum amputatum in fuſam picem mergere. In claſſe regia mercurialibus medicamentis adhibitis, omnes ægros interiiſſe. Satis tamen probat vulgare Tourniquet. Veſicas a terebinthinæ oleo ſubnatas unguento albo camphorato curat. Belgice redditus lib. a Koenerdingio cum tit. *van het heet en coud verus* Amſterdam 1698. 8. *.

In ſecunda epiſtola primum reperias commendatam amputationem cruris, cum reſervata ſura qua truncum operias, auctore C. Lowdham chirurgo Oxonienſi. Hic perbrevis eſt.

Huc referas ex Hookianis *lectionibus* hiſtoriam hominis a pilis plumbeis ſuffocati, quæ in aſperam arteriam inciderant London 1678. 4. *.

Ej. Joungii *wounds of the brain proved curable by the remarkable hiſtory of a child cured of two very large depreſſions with the loss of a great part of the ſkull, and a portion of the brain iſſuing through the wound of the dura and pia mater* London 1678. 12. *. Ephemeris eſt graviſſimi vulneris ab auctore & ejus amico Spencero ſanati. Eam felicitatem cum D. Durston inter fabulas numeraret, noſter ſexaginta omnino paris felicitatis curationes ex ſcriptoribus variis colligit, & Durstoni objectiones refutat, non absque aſperitate.

## §. CCCLVII. Varii.

St. Hilaire *l'anatomie du corps humain avec ſes maladies* Paris 1679. 2 vol. * 1723. 8. 2 vol. *. Morbi chirurgici cum partium anatome deſcribuntur, ſed fere collectitium opus eſt.

Christoph. Voelter's, Chirurgi ducis Würtenbergiæ, *neu eröfnete Hebammenſchul, nebſt Bericht todte Kinder ohne Gefahr heraus zu ziehen* Stutgard 1679. 8. 1681. 8. 1722. 8. *. Credulus, neque a veterum præjudiciis liber, qui omnem perperam ſe offerentem fetum jubeat in caput dirigere. Paſſim tamen adnotationes habet proprias neque inutiles; ita cervicem veſicæ monet frequenter in partu rumpi. Labium leporinum altero a partu die ſecat & conſuit. Aliquoties etiam

etiam ſexta ſeptimana ſe frenum linguæ incidiſſe, exque eo imprudenter inciſo tumorem ſecutum eſſe. Oſſa pubis in partu diſcedere. Fatetur ſe funiculum præeuntem non potuiſſe reponere, & pedibus adtracto fetui corpus a capite avulſiſſe. Ex vulnere vulvæ magna ad tres libras hæmorrhagia.

In hac ultima editione acceſſit lib. *von der Hebammen Stand und Beruf.*

B. MARTIN diſſ. *ſur les dents* Paris 1679. 12. *. morbos etiam dentium recenſet, eorum medicamenta & inſtrumenta quibus curantur. Limam recte rejicit, & monet, nocere dentes nimis confertos, & dentes ſuppoſititios improbat.

J. GEORGII WALTHER *ſylva medica opulentiſſima* Budiſſin 1679. 4. *. Medici Lignitienſis ſpiſſum opus. Lexicon, ut vocant, reale, in quo ad quemque morbum, etiam chirurgicum longa ſeries locorum reperitur, in quibus ſcriptores medici de eo morbo egerunt.

J. DAVID PORTII *demonſtratio brevis medico chirurgica de tumoribus, & in ſpecie de pædarthrocace vel tumore ſpina ventoſa dicto cum adjuncta epiſtola apologetica ad* D. BARNER Leeuwarden 1679. 12. recuſa cum PURMANNO Londin. 1706. 8. & cum MUYSIO Neapoli 1727. 4. Theoria acida.

*Anonymi kurzer begriff der Wundarzney, aus dem Engliſchen durch* JOH. LANGEN *überſetzt* Hamburg 1679. 12. GUNZ.

MATTH. RAMELOV *Beſchreibung des Nierenſteins* Lipſ. 1679. 8.

BENJAMIN SCHARF *toxicologia; ſ. de natura venenorum* Jen. 1679. 8.

EJ. *Gedanken von magnetiſchen Curen* Sonderhauſen 1700. 8.

EJ. in *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *Ann.* X. *obſ.* 21 inciſio hominis calculoſi topho ſabuloſo pleni.

ANTONII FILIPPI CIUCCII *promtuarium medico chirurgicum* Macerata 1679. 8.

EJ. *filo d'Arianna, overo fideliſſima ſcorta al eſercenti di chirurgia, al quale ſi aggiunge un breve trattato della circulazione del ſangue* Macerata 1682. 12. Citat SANCASSANUS.

## §. CCCLVIII. DISPUTATIONES.

GEORG BALTHASAR MEZGER *de anevryſmate* Tubing. 1679. 4. BOEHMER.

EJ. *de fiſtulis* ib. 1682. 4. BOEHMER.

EJ. *ſcrutinium lithogeneſeos in corpore humano ex occaſione ſingularis caſus inſtitutum* ib. 1683. 8. De calculis potius agit bilariis per alvum egeſtis.

J. EISENHART *de die critico vulnerum lethalium* Helmſtatt 1679. 4.

J. ANDR. SCHLEGEL *de venenis & morbis venenoſis* Erford 1679. 4. Medetur per cathartica.

§. CCCLIX.

## §. CCCLIX. Diaria.

Ad annum 1679, qualem Angli eo tempore computabant, pertinet etiam Povey de maxilla inferiori exemta & renata. Apud Birch. T. IV.

In *Journ. des Sav.* 1679. Antonius de Leeuwenhoeck oſtendit cur goſſypium ad vulnerum curationem inutile ſit, plana nempe fila eſſe duasque habere acies. Ej. de moxa aliqua. Id. partum ventralem dixit, cum uterus ante mortem ruptus eſſet & extractus e ventre fetus adultus. *Exp. & cont.* p. 406.

Iterum in *Journ. des Sav.* 1679. d'Emery, medici Burdigalenſis, de lacrumis petrificatis & ex arenulis increſcentibus.

Brocardi liquor, quo calculum promittebat ſe ſoluturum.

## §. CCCLX. Cornelius Bontekoe.

Medicus Hagienſis, inde archiater Brandenburgicus, ex ſecta Cartesiana, ad cujus placida ad fugam acidi adque ſanguinis tenuitatem omnia præcepta etiam chirurgica reformare ſuſcepit.

Ej. *nieuw gebouw der Chirurgie of heelkonſt eerſten deel alwaer t'oude geſtel van de theorie der gezwellen wonden en ulceratien afgebroke word* Haag 1680. 8. *. Doctrina de tumoribus, vulneribus, ulceribus. Contra paracenteſin. Periiſſe ab ea adminiſtratione ægrum, nullo viſcere læſo.

*Vervoolg van het eerſte deel alwaer de practyk der chirurgie van een mennigte van abuyzen en moorddaadigkeit overtuigt, met een voorrede waarin de oorzaken angewesen worden, door welke der medicyn en chirurgie zo onvolmaaktig zyn* ib. 1681. 8. Contra venæ ſectionem, hirudines, ſcarificationem, veſicatoria &c.

*Naareden &c.* Exhortatur ad deſerenda præjudicia.

Germanice Hannover 1687. 8. Boehmer Wolfenbuttel 1697. 8. cum vita auctoris & notis J. Petri Albrecht ſatis copioſis.

Ej. *antwoord aan de Schryvers van de brief onder den naam van* Pieter Bernagie *uytgegeven door welke de pretenſe contradiction tegens het nieuw gebouw der chirurgie wederlegt wierd* Amſterdam 1682. 8. *.

Ej. *korte verhandeling van t menſchen leven, gezondheit, ziekte, en dood begrypende omt lighamen, zyne werkening, om de ziekte en desſelfs oorſaken, over de midedelen om het leven en gezondheit te bewaaren, en de ziekte voor te komen, zynde een vervulling van't nieuw gebouw der chirurgy als mede die verhandeling over de natuur de bevinding en de zekerheit in de genees en heelkonde s'* Gravenhaag. 8. opus ipſum 1684. 4. tres diſſertationes 1685. B. B. Germanice 1688. 8.

Ejusd. *Groudslag van een nieuw gebouw van medicyne en chirurgie* Germ. *Grundſäze der Medicin und Chirurgie* 1721. 8.

In collectione operum omnium 1689. 4. 2 vol. * hæc recurrunt mutatis nonnihil

nihil titulis, valde incommode. Primum opus nunc audit *omwerpſ van't oud geſtell der medicyne, eerſte deel.*

Deinde alterum opus *opbouw der medicynen derde deel,* generalia de chirurgia aliqua.

*Inſtitutie of te kort begryp der gandſche medicyne vierde deel*, ubi de morbis & remediis chirurgicis aliqua.

Ej. *grondslaag van en nieuwe gebouw van medicyne en chirurgie nieuwlyk ontdekt.*

*Derde verhandeling van de gezwellen.*

*Een brief handelende van het koude vuur.*

Theoretica cæterum & vera fere utilitate caſſa omnia. Cum ex ſcala delapſus noſter caput graviter adliſiſſet noluit, ſibi venam ſecari, ſic periit fiſſo cranio, & ſanguine ſuper duram membranam effuſo.

## §. CCCLXI. Stephanus Blancard.

Medici Amſtelodamenſis, in Zeelandia nati, collectoris, ejusdem cæterum ſectæ Cartesianæ, hactenus utilioris, quod undique non theorias meras, ſed rerum geſtarum memorias collegerit.

Primum Nicolai Blegnyi ephemerides Belgice vertit, & auctas reddidit adnotationibus minime contemnendis chirurgorum Batavorum. Quatuor primæ centuriæ prodierunt cum titulo *collectanea medico phyſica oft Hollands Jaarregiſter der genees en natuurkondige aanmerkingen van ganſch Europa beginnende met het jaar* 1680. Amſt. 1680. 8. *. Germanice verſ. Lipſ. 1690. 8. In eo diario ad chirurgiam faciunt Wilhelmi Milland gangrænoſum ſcrotum reſectum, renatum. Sic, curante Krampherro. Particulæ tunicarum inteſtinalium per alvum egeſtæ. Cauterio ſubpreſſa odontalgia. Rotundo foramine calvaria caſu quaſi perterebrata, ut cerebri motus conſpiceretur, ſanata. Os humeri a carie conſumtum callo reparatum. Exomphalos infantis ex colicis doloribus natus. Cornelius van Dyck de ileo inteſtino a ſtlopeto læſo & ſanato. Digitus contuſus ſolo vinculo tepida irrorato curatus. D. Krampherr de cephalæa fonticulo in ſutura coronali ſublata. Theodori Vink inteſtinum rectum ſarcomate clauſum. Wilh. Milland ſanatus, cui pars pulmonis abtruncata. J. Swart fungos cerebri repetito reſecuit, eventu lethali. Emanuel van Yperen de rene ab uno calculo ramoſo repleto. Joh. Swart enormis fractura oſſium ſincipitis. Ex tenero infante calculus. Atreta aperta, & emiſſi menſes. Natium altera cum ultimo inteſtino ab ictu ſtlopi ablata, eventu felici. Ren ab ulcere conſumtus. Genæ funeſta gangræna. Rupta cornea tunica, effuſus humor aqueus, cum viſu reparatus. Aſpera arteria reſecta, vulnus ſanatum. Vigeſimo ſecundo anno pars cultri de brachio exemta. A cucurbitulis funeſta gangræna. D. van Duuren in ſponſa hernia ſubito nata.

*Duæ aliæ Centuriæ* ſecutæ ſunt pro anno 1681. a. 1682. 8. pariter Germanice cum prioribus editæ. Hic nihil porro ſumtum ex BLEGNYO, & ex Belgis medicis atque chirurgis omnia. HERM. BUSCHOF mania moxa curata, tum catalepſis. ALBERTI KYPER atheroma de palpebra reſectum. EJ. fiſtula lacrumalis ſolis medicamentis ſanata. Funeſtus œſophagi abſceſſus. J. HOOLEN calculus ex abſceſſu genæ. IDEM male confervеſcens brachium incidit, forcipe fines oſſium vitioſe coaleſcentes detruncavit, ægro artus uſum reſtituit. Cauteriis & mala varia mala ſanata. C. van DYCK de magno femoris fragmento amiſſo & reparato. BLANCARDI conſilium, quo Cæſaream ſectionem commendat, adductis felicibus exemplis ex CORNELII v. YPEREN fide. Vulnus hepatis extus clauſum inde purulenta ſputa funeſto eventu. Fracta calvaria, in cerebro abſceſſus, funeſta ſymptomata demum die 29 ſe efferentia. Tumor tibiæ, ſputa purulenta. J. B. PINCKET forceps ad reſtituendam coſtam introrſum depreſſam. Vulnus ſtlopetarium penetrans abdominis, ſolis medicamentis curatum. Veſica in ſcrotum elapſa. RUYSCHIUM & BOKELMANNUM vidiſſe herniam veſicæ in ſcrotum illapſæ.

Centuria VII. pro anno 1682. Germanice cum prioribus. Omphaloceles congenitæ varia exempla. SMALZIUM bronchotomen feliciter exercuiſſe. Paracenteſis in ovarii hydrope, equidem inutilis. In inguine abſceſſus, per quem alimenta prodierunt, de ileo inteſtino cum peritonæo connato. Vulnus ſtlopetarium cerebri abſque ſymptomate ſanatum. C. YBEN ſpina dorſi ab enſe diviſa, inde retentio urinæ & fæcum. EJ. mors a lapſu & commotione cerebri. EJ. cum aliquot ejus commotionis exemplis etiam felicioribus. Cum duo oſſis fragmenta duram membranam compungerent, ſymptomata demum die decimo ſexto aliqua. Os coronale deſtructum a lue gallica, ſervata ægra. MOLENSTEIN ſervatus trepano æger, cui globus ſtlopetarius cranium fregerat. Vagina ad genu uſque prolapſa.

EJ. *verhandeling der ziekten der Kinderen* Amſterdam 1684. 8.

EJUSD. *nieuwe Konſtkamer der chirurgie of heelkonſt* Amſterdam 1685. 8. Germanice Hanover 1688. 8. Latine in operibus omnibus, quo loco ea dicemus.

Eodem a. 1688. 8. *. noſter Amſtelodami FIENI duodecim adminiſtrationes chirurgicas & J. BEBBERI fundamenta chirurgica edidit, notasque adjecit.

EJ. *anatomia practica rationalis, ſ. variorum cadaverum morbis denatorum anatomica inſpectio* Amſterdam 1688. 12. *. Duæ ſunt centuriæ undique collectæ, fontibus non indicatis. Plurima ad chirurgiam faciunt, minime inutilia. Vulnus ſtlopetarium diaphragmatis ſero funeſtum, neque alia ciens ſymptomata, præter ea, quæ a colo inteſtino in pectus adſcendente nata eſſent. In alio ægro per tendineam partem transverſi ſepti ventriculus in pectus adſcendit. Ex tumore genu os femoris fractum. Ex vulnere brachii pus per alvum & urinam. Mors ſubita ab ictu capitis, calvaria fiſſa, ſub ea ſanguis effuſus. A lapſu in virgine poſt ſaltationem æſtuante, mors, nulla parte calvariæ læſa. In gibboſo aliquæ

dorſi

dorſi vertebræ carie corruptæ. Ex lapſu poſt ſex demum menſes abſceſſus funeſti in collo & pectore. Ex illiſione ſanguis in abdomen effuſus, triſti eventu. Uterque ren alabaſtrinæ duritiei. Herniofus inciſus: in ſede exeuntis inteſtini adipis pila adnata inteſtinum continebat. Sexto die mors ab ictu, cum cerebellum ſphacelum pateretur.* In frontem ſed violente delapſo, in occipite rima calvam diviſit. Ex vomitu mors; ventriculus in pectus migraverat. Colon ulceroſum, feces exibant per umbilicum. Mors a calculo, qui renem conſumſerat. Exomphalos congenitus, moles carnea inteſtina urgens. Ipſum os ſphenoides a lapſu fractum. Senex vitam ſuſtentabat, cum veſicæ calculus per proprium foramen lotium dimitteret. Strumas internas ſolere cum externis conjungi. Conſolidatum vulnus diaphragmatis, per quod ventriculus in pectus adſcenderat. A ſcirrho veſicæ iſchuria enata. Calculus in veſica octo unciarum. Vulnus per orbitam lethale. Abſceſſus ingens cerebri. Calculi in utraque veſica. Vomica mediaſtini.

In *Lexico medico* ſæpe recuſo, chirurgicas etiam voces interpretatur.

In *collectione operum medicorum theoretico practicorum & chirurgicorum* Leid. 1701. 4. 2. vol. *. redeunt in ſecundo tomo chirurgicæ inſtitutiones, quibus totus artis ambitus exponitur, adjectis paſſim adnotationibus, quarum non paucæ iisdem verbis redeunt, quibus in rationali anatome excuſa fuerant; acceſſerunt tamen & aliæ. Veſica in ſcrotum illapſa. De lithotomo RAOUX, multo magis favens relatio, quam quidem DRELINCOURTII. Proceſſum ſe peritonæi in viro vidiſſe, quem tamen non putat in homine ex naturæ conſilio reperiri. Poſſe inteſtinum in femur elabi, & per peritonæum prope ſpinam dorſi ruptum. In carie pulverem euphorbii opem præſtare. Magnam partem humeri putrefactam reparatam fuiſſe. Oſſa a lue venerea levia reddi & natare. Tumorem linguæ enormem pyrethro & ſalivam cientibus medicamentis ſe ſanaſſe. Non caret adeo ſua utilitate, etſi collectitium opus eſt.

EJUSD. aphoriſmi chirurgici ibid.

In praxi medica una excuſa aliqua argumenti ſunt chirurgici.

## §. CCCLXII. MATTHIAS GODOFRID PURMAN.

Chirurgus Brandenburgicus, deinde Breslavienſis, vir per bella exercitatus, neque vulgaris ſaporis, qui auſus ſit infuſoria chirurgia in propriis ſuis morbis uti: idem hactenus familiari ſui ſeculi ſuperſtitioni nimium tribuit, ut unguento armario & pulveri ſympathetico fidem adhiberet, non ſatis peritus difficiliorum adminiſtrationum, ut tamen apparatu parvo calculum excideret. Nimium aliquanto in cauſarum indagationi ſibi placuit, inque longis formulis.

EJ. *der wahrhaftige Feldſcherer, oder die wahrhafte Feldſcherkunſt* Halberſtatt. 1680. 8. HEISTER. LEHM. Munden 1682. 8. ſuppoſitis pro nomine auctoris literis M. G. P. tum auctius 1690. 8. 1693. 8. ENDT. Jena (Franck. & Leipz.)

 1705.

1705. 8. *. 1721. 8. BOEHMER. Vulnera aliaque mala, quæ in caſtris frequentius ocurrunt, cum medicamentis. Intercedunt a viro plurima experto caſus numeroſi. Vulnera ex ordine & breviter. Sæpius ſe leviora ventriculi vulnera ſanaſſe. Tendines ſe ſæpe feliciter conſuiſſe, quidquid nonnulli objiciant. De fracturis & luxationibus. Gangrænæ. Morbi caſtrenſes, formulæ.

EJ. *aufrichtiger und erfahrner Peſtbarbierer* Halberſtatt 1683. 8. LEHMANN. Francf. Leipſ. 1705. 8. 1715. 8. *. 1721. 8. Præter ea, quæ potius medica ſunt, huc facit curatio bubonum & carbonum peſtilentialium. A carbunculis diſtinguit veſiculas, earumque peſſimum genus, quod vocat *Pfefferkörner*. Adverſus bubones arſenicalibus emplaſtris utitur, tum emollientibus epithematibus. Cucurbitulas reprobat, tum cauteria, neque exciſionis meminit, incidit tamen quoties neceſſitas urſerit, ipſe cæterum in peſtilentia curanda exercitus. Sed etiam carbunculis præter emplaſtra ſaturnina vix opponit quidquam.

Nonne idem eſt l. *Anweiſung peſtilentialiſche Brüche zu kennen und zu curieren* 1686. 8.

EJ. *chirurgiſcher Lorberkranz, oder groſſe Wundarzney* Halberſtatt 1685. 4. Frankfurt 1692. 4. Breslau, ſ. Francf. und Leipz. 1705. 4. *. melius & emendatius. Integer eſt, quod vocant, Chirurgiæ curſus, propriis plenus experimentis & curationibus omnino felicibus, neque vulgaribus. Eo numeres productiſſimum labium ſuperius feliciter decurtatum, gibbum faſciis pene ſanatum. Vitam paracenteſi abdominis ad pluſculos annos productam. Moxæ repetitum uſum, quo plerumque etiam confirmatam podagram ſuperavit. Scabiem, in ſe ipſo injecta in apertam venam aqua cochleariæ devictam. Paracenteſis pectoris felix, cum ſanguis & pus in cavum effuſum eſſet. Vulnus gulæ & aſperæ arteriæ ſanatum. Quibus lingua præciſa, iis apto inſtrumento redditus loquelæ uſus. Lienis vulnus cum naturæ ejus jactura ſanatum. Vulnera faciei non eſſe ſuenda. Auris reſecta reconciliata. Labio leporino ſimile malum ſolo emplaſtro ſanatum; ſic labium leporinum. Vulnera ventriculi ſanata, aliquoties, ut filum de cutis vulnere prodiret. In hydrope umbilicum perforat, & ſub umbilico abdomen. Rupto ſcroto ſanatus hydrops. Tumores cyſticos per medicamenta non ſanari, & omnem in ferro ſpem eſſe. Enucleatus ejusmodi tumor prope genu, & carnes de aure pullulantes. Ab evulſa cum dente maxillæ particula funeſta caries. Fungum in genu ligat, aperit, ut ulcus curat. Fiſtulas cultro dividit, plumbo in curando utitur. Sanatus, cui omnia oſſa majora eodem tempore fracta. Cancrum ſanavit ferro & ſtyptico, in virili tamen mamma, in cancro vaginæ fruſtra fuit. A male ſanato clavo periiſſe PUFFENDORFIUM, id malum in ſenibus periculoſum eſſe. Singularis etiam caſus eſt, quo didicit PURMANNUS, atramentum & vitriolica medicamenta adverſus fiſtulas prodeſſe. Bifidum ad oculum ſpeculum, quale nunc vulgo receptum eſt.

EJUSD. *fünf und zwanzig ſonderbare Schuswundencuren* Breslau (lego etiam Rudolſtatt LEHMANN) 1687. 8, auctæ poſtea ut ſint 50, 1693. 8. Jena

1721. 8. *. Inſignes certe ſunt curationes in bello fere Pomeranico natæ; adjectæ occaſione data etiam aliæ. Videas hic pulmonis, hepatis, lienis ſanata vulnera ſtlopetaria. Sphæras plumbeas neque urere, neque venenum admittere confirmat.

Ej. *chirurgia curioſa* Francfurt 1694. 4. Heister. Jena 1716. 4. *. Iterum ſyſtema integrum chirurgiæ. Veterum fere mores ſequitur, cauteriis utitur & turundis, videas tamen olfeciſſe expertum virum, vulnera etiam breviori modo curari poſſe. Plurimæ iterum propriæ adnotationes. Vulnera capitis. Arteriotome. Trepanum. Mala capitis. Bronchotome a Purmanno in gulæ inflammatione feliciter adminiſtrata. Cataracta, quam & ipſe depoſuit. Sic porro de reliquis corporis humani malis.

Ej. *curioſæ obſervationes chirurgicæ* Jena (Francf. & Leipz.) 1710. 4. *. octoginta adnotationes, additis fere cauſis quare auctor hac, neque alia ratione ægrum curare ſit adgreſſus. Gravia vulnera capitis ſanata, etiam quando utraque meninx inciſa fuerat. A globo ſtlopetario occipitis os findente rima in oſſe frontis, eventu tamen fauſto. A lapſu fracta calvaria, ſymptomata ſæva, felix tamen eventus. Fiſtulæ a dentibus carioſis, etiam infecta maxilla curatæ. Sic vulnus ſtlopetarium, quo linguæ particula deſtructa, cujus curationis duo adſunt exempla. Vena jugularis & gula læſa & ſanata, tum diſſectus, ut puto, larynx, & arteria aſpera. Ancyloblepharon utriuſque palpebræ, contra quam Celsus putabat, feliciter cultello ſolutum. Cancer labii bono eventu reſectus. Naſus, cum de ſola cute hæreret, tamen reconciliatus. Cauterio in vertice admoto ſublata epilepſia. Fiſtula thoracis cum ſterni carie ſanata. Sic vulnus thoracis utrinque ab enſe trajecti. Cancroſa mamma bono iterum eventu amputata. Partus Cæſareus: puer ſervatus, mater a putrefacto utero enecta: & aliud ejus ſectionis exemplum, feliciter a Purmanno & Meibomio peractæ. Fiſtula perinæi cereis ſublata. Clitoris major & putrida reſecta, ſanata, femina non eo ſecius viri cupida concepit & peperit. Hernia, in qua peritonæum ruptum filo ſericeo a Purmanno ligatum fuerit. Enormis calculus 15 unciarum excíſus, æger ſervatus. Fiſtulæ ani compoſitæ inciſione conjunctæ, & ad ſanationem perductæ. Princeps, cui nervus in venæſectione conpunctus erat, & in quo gangrænæ erat periculum, morti ereptus. Fungus ex aure pullulans, & ex tuba Eustachii, ligatus, reſectus. Ut ſpongiæ urantur, a quibus in ſtrumarum curatione plurimum ſperat. Utramque paracenteſin feliciter adminiſtravit. In hernia proceſſum puncto adhuc aureo ligabat. Cauſtica rejicit. Renis & veſicæ vulnera ſanavit. Sphæra plumbea in humeri os inpacta tandem exemta. Anevryſma ingens denique compreſſione ſanatum. Enormia vulnera a rota molendini illata, amputatione facta demum ſublata. Rotula fracta, anulo circumpoſito ſanata. Moxæ in arthritide felix effectus. Scarifatione ſublatum periculum a morſu canis rabidi impendens. Morſus humani periculo pleni. Enorme malum, articuli genu & utriusque oſſis fractura cum luxatione ſanatum. A pila tormentaria ablatæ tibiæ, æger tamen ſervatus.

Chirurgiam curioſam *or operations in chirurgery* cum SOLINGENII iconibus in Anglia recuderunt Lond. 1706. f.

§. CCCLXIII. VARII.

Vir minime mediocris fuit ABRAHAMUS CYPRIANUS, Medicus & Profeſſor Franekeranus, chirurgi filius, qui & ipſe artem paternam manu exercuit, & potiſſimum calculum ſecare ſolebat, homo non exigui ingenii, cujus pauca ſcripta ſuperſunt. EJUS eſt inauguralis diſſ. *de carie oſſium* Utrecht 1680. 4. *.

Et *oratio in chirurgiam encomiaſtica* Franeker 1693. fol. HEIST.

Sed potiſſimum inclaruit *epiſtola hiſtoriam exhibente fetus humani poſt* 21. *menſes ex uteri tuba matre ſalva exciſi*, ad THOMAM MILLINGTON Leid. 1700. 8. *. Gallice Amſterdam 1707. 8. *. Neapoli 1727. 4. cum MUYSIO. Exiguum ſed pretioſum opuſculum. Caſus ipſe eſt aut ventralis partus, nempe in abdominis cavum effuſii, aut in tuba reſtitis, ex ulcere exciſi. Exemplum tubarum cæcarum: tubæ 150 aquæ libras continentes. Placenta ſicca in membranam verſa. Tumorem cancroſum prope aurem exſtirpavit, plenum ſanguine grumoſo. Feliciſſime herniam incarceratam eſſe operatum. In hernia incarcerata gangrænoſa, noſter anulum abdominalem dilatavit, colon adnatum cultro ſeparavit, ægrum reſtituit, argumento, etiam ampliores inciſiones cum ægri emolumento ſuſcipi; inciſiones cæterum ad herniarum curationem factas non probat, quas fere ſubligaculis ſperat poſſe contineri. In ſua magna fetus exciſione cartilaginea involucra tubæ muſculorum abdominis diſſectorum vices tenuiſſe, & inteſtina coercuiſſe.

Habuiſſe medicamentum lithontripticum efficax ex calce & pyrite fermentatis & cryſtallizatis, & tincturam tartaro legas ap. KNIGTH

JOH. HELLWIG *obſervationes medico phyſicæ, quas poſthumas edidit & ſcholiis auxit* LUCAS SCHROECK LUCÆ f. Aug. Vindel. 1680. 4. * editæ; plurimum habent chirurgici argumenti, breves equidem plerumque adnotationes. Mors ex carie oſſis frontis cum obſcura mortis cauſa. Ex caſu ab alto cute integra fracta calva, felici tamen eventu. Ab ictu roſtri gallinacei os temporum perforatum, mors ſecuta. Cutis capillata ab urſo divulſa, reparata. Uvulæ paralyſis, linguæ tumor ſanatus inciſis venis raninis. Loquelæ uſus reſtitutus inciſo frenulo. Tumor aquoſus colli ſectione ſublatus. Fumus picis ſutoriæ ad anum prolapſum efficax. Hernia umbilicalis pueri ſanata conpreſſione. Calculoſorum plurimi caſus: & calculi per urethram, umbilicum, alibi prodeuntes. Ureteres funeſto eventu ſabulo obſtructi. Calculi in utraque veſica. Iſchuria die nono ſublata, expulſo calculo. Calculus in veſica octavum in annum moratus, abſque ſymptomate. Calculi ſquamæ ſingulatim egeſtæ. Veſicæ ulcera. Caſtratio integra ab autocheire ſuſcepta, ſanata. Clitoris nimia raro exemplo reſecta. A venæ ſectione gangræna. Ingentes tumores cyſtici reſecti. Vena poplitea ſponte aperta.

ANTO-

ANTONIUS de HEYDE, Medicus, CORNELII *van de* VOORDE *nieuerlichten de Fakkel* Middelburgi a. 1680. 8. edidit cum notis ſuis. GUNZ.

In *obſervationibus medicis* Amſterdam 1684. 8. *. 1686. 8. *. multa argumenti ſunt chirurgici. Hernioſorum aliqui eventus, etiam funeſti. Abſceſſus in mamma rejectis penicillis celeriter ad ſanitatem reductus. Digerentibus medicamentis ſuperata paronychia. Abſceſſus abdominis in umbilico ruptus, per ſphacelum funeſtus. Abſceſſus ex pleuritide minax, tamen curatus. Corroſiva medicamenta in cancroſo mammæ ulcere funeſta. Frontis lamina exterior ſola depreſſa ab ictu, dum integra erat interior, dura meninx ſana, mors tamen intra ipſa initia ſanationis. Experimento facto vir Cl. duram cerebri membranam incidit, nullo inde nato ſymptomate, præter debilitatem ex amiſſo ſanguine. Sic neque temporalis muſculus inciſus mali quidquam fecit, neque pertuſa aſpera arteria ſe ſananti medico difficilem præbuit. Ulcus teſti vicinum, curatum, eo integro. Calculi excreti. Anevryſma in dorſo funeſtum. Partus aliqui difficiles. Luxatus humerus reſtitutus, & tamen in motu impotentia, a contuſione nervorum. A morſu felis funeſta hydrophobia. A fele rabido ſexto menſe rabiem ſucceſſiſſe, etſi ignis fuerat admotus. Puris anatome. Ab aqua forti cogitur, album ſubſidet, rubrum innatat. Egregia experimenta in fractis ranæ oſſibus & ſubnaſcente callo facta. Malum & ſpongioſum concrementum in humano femore. Ani fiſtula omiſſis penicillis pene ſponte ſanata.

Experimenta facta ad demonſtrandam vim revulſionis in clinicis dicemus.

Obſervationes chirurgicas lego prodiiſſe cum ejus *Nieuw ligt der Apothekers* Amſterdam 1682. 8.

GERHARDUS (Gerrit) BORST Chirurgus Amſtelodamenſis ante annum 1680. primus meminiſſe dicitur, collum femoris frequentius frangi, raro luxari (*a*).

JOSEPHI ZAMBECCARI *Eſperimenti de diverſi viſceri &c.* Florent. 1680. in B. Anat. BONNETI. Genev. 1685. fol. *. & 1699. fol. *. inque E. N. C. *Dec.* III. *ann.* IV. *append.* latine recuſa. Vir Cl. animalibus vivis lienem, renem, fellis veſiculam, pancreas, cæcum inteſtinum excidit, felici ſæpe eventu. Avium oculos perforavit & vidit reparari.

FELICIS PLATERI, antiquioris FELICIS ex fratre nepotis, qui & ipſe medicus fuit Baſileenſis *obſervationum medicinalium mantiſſa*, quam FRANCISCUS PLATER filius Baſileæ 1680. 8. * edidit. Multæ adnotationes ad chirurgiam pertinent. Ex lapſu intortum collum & muſculi cervicis convulſi, non ideo ut auctori viſum, luxatæ vertebræ, tum hoc totum malum facillime ſublatum fuerit. A caſtratione funeſtus ſpaſmus cynicus. Ab ictu equi pericardium (puto & cor) contuſum, funeſto eventu. Tabes ex renibus ulceroſis & calculis obſitis. Fruſtulum vitri cum urina excretum. Iſchuria ex veſicæ ulcere. In nephritico calculus veſicæ permagnus,

(a) TITSINGH *ruſt uuren* p. 394.

magnus, veſica cancroſa. Lapillus ſclopo, ut putatur, in veſicam inpulſus, nullo vulnere, neque itinere conſpicuo, quo ſilex ſubiiſſet. Partus aliqui difficiles, inter eos partus a morte matris. Auctor ipſe periit ex ſtruma cancroſa, ejuſque ultima fata hic deſcribuntur. Scrotum ictu ſclopi percuſſum, teſtis nudatus, malum ſanatum. Ulcera pedis cum oſſium carie ſanata. Hiſtoria cultrivori Baſileenſis, qui varia abſurda devoraverat, ſeroque tandem pœnas luit ſuæ ſtultitiæ. Cultri fragmentum in ventriculo repertum.

Georgii Thomson τρια πειρητηια ſ. *Experimenta admiranda* London 1680. 8. Nominat inter alia pleurotomiam, alchemiæ addictus.

*The compleat midwifes practice* London 1680. 8.

Petri Rommel *de fetibus leporinis extra uterum repertis, aliisque tam de leporibus quam de conceptione extra uterum raris & curioſis* Ulm 1680. 4. *. Vix huc facit. Habet partus fabuloſos.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *Ann.* IV. obſ. 84. de labiis leporinis in porcellis viſis.

*Ann.* V. *obſ.* 146. Calculi numeroſi, etiam aurei ſplendoris, in veſica bovis.

*Ann.* VII. *obſ.* 207. anevryſma brachii ſponte cedens, & in alio exemplo curatum.

*Obſ.* 213 in adulto viro artus flexiles, ut contorqueri potuerint.

*Ann.* VIII. *obſ.* 184 calculus inteſtinalis multis annis geſtatus, tandem ejectus.

*Obſ.* 185 calculus veſicæ duodecim unciarum & ſemiſſe.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 219 maximus mammæ tumor verminoſus, tandem ſanatus.

*Obſ.* 220 alius tumor verminoſus curatus.

## §. CCCLXIV. Disputationes.

J. Georg Pötter *concluſiones ex univerſa clinica & chirurgica medicina* Leid. 1680. 4. *.

Francisci Kleinii *reſolutio quæſtionis an transfuſio ſanguinis ſit utilis & admittenda* Herbipolis 1680. 4.

J. Christoph Maier *de pernionibus* Altdorf 1680. 4. *.

M. Oucides *de hernia uterina* Leid. 1680. 4.

Matth. Henr. Winter *de fonticulis* Altdorf 1680. 4.

## §. CCCLXV. Diaria.

Ap. Birch a. 1680. Calculi ex veſica equi varii. Viperam Britannicam carere viribus noxiis, neque canem demorſum ægrotaſſe.

§. CCCLXVI.

## §. CCCLXVI. François Tolet.

Chirurgus & lithotomus regius in charitatis noſocomio Pariſiis calculum ſecabat. Scripſit *traité de la lithotomie, ou de l'extraction de la pierre hors la veſſie* Paris 1681. 12.* Boecl. & 1682. 12. Beughem, paulum auctum 1708. 12. 1718. 12. 1722. 12. La Haye 1686. 8. Belgice 1693. 12. Utrecht 1689. 12. Heist. Germanice Wolfenbuttel & Hanover 1694. 8. vel 1695. 8. Weſel 1700. 8. Boehm. Anglice London 1683. 8. Varia de calculi generatione circa ferrum, circa glandem plumbeam. Calculus in ſcroto ad ovi molem auctus: calculus in ſacculo perinæi. Calculorum moles ut ſenſim auctior ſit pro ægroti ætate. Calculi mori figura. Calculus in veſicæ orificio in appendicem productus. Calculos rarius adhærere, niſi ſpinas exegerint. Calculum membrana tectum ægre a ſarcomate diſtingui. Calculi aſperi nunquam perinde grandes. Catheterem fallere, & repertum fuiſſe in veſica calculum, cum catheter nullum indicaſſet. Bonnetum Pariſiis feliciſſime alto adparatu uſum. In magno calculo collum veſicæ non tangi. Altum adparatum laudat, & veſicæ ſuper os pubis conpunctionem, quæ fit acu triquetra. Acum invenit pro punctione perinæi ſulco effoſſam, ſuper quem ſtylus, deinde tubulus introducatur. Veſicam ipſam abſque periculo incidi. Succum limonum ad minores calculos expellendos commendat. Chirurgus Jonnot cum urethram incidiſſet, ob calculum in ea hærentem, inciſionem producebat, ut fit in adparatu magno. In feminis per dilatatam urethram, aut paulum inciſam calculum noſter extrahit. Inſtrumentum & adminiſtrationes iconibus expreſſæ.

In *Journ. des Sav.* 1700 deſcribit prolapſum uteri cum ſtranguria & crepitatione calculorum. Veſica cum utero elapſa erat; eam incidit. ſex calculos eduxit, uterum repoſuit felici eventu.

## §. CCCLXVII. Varii.

William Salmon *ſynopſis medicinæ, or compendium of phyſick, chirurgery and anatomy* London 1681. 8. Gunz.

Ejusd. *ſelect phyſical and chirurgical obſervations* London 1689. 8. Osb.

Ej. *ars chirurgica, or compendium of the theory and practice of chirurgery in 7 books to which is added Pharmacopœa chirurgica* London 1698. 8. *. Medicus, qui etiam Americam adiit, idem polygraphus, chirurgiam & medicinam a quadraginta retro annis ait ſe exercuiſſe, maximamque a Francisco Bernard bibliothecam poſſidere; lites vero cum collegio regio medicorum Londinenſium videtur aluiſſe. In medicamentis multus, & parcior in adminiſtrationis præceptis.

Phil. Jacob Schoenfelder, medicus Ingolſtadienſis, edidit Ratisbonæ 1681. 8.* *hiſtoriarum enarrationum & curationum L.* 1. Pauculæ ſunt caſuum chirurgicorum, ſed etiam eæ potius medicamentariæ.

In Nehemiæ Grew *muſæo Soc. Reg. Brit.* London 1681. fol.* aliqua huc faciunt, ut calculorum variorum collectio.

RAYMUNDI RESTAURANT HIPPOCRATES *de inuſtionibus & fonticulis, opus hiſtoriis medicis refertum* Lion 1681. 12.

J. ALBERDING *van de verbrandheit* Leeuwaarden 1681. 8. WACHENDORF.

CAROLI PATINI (GUIDONIS Fil.) *oratio quod optimus medicus debeat eſſe chirurgus* Patavii 1681. 4. BOEHMER.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 19 calculus veſicæ 14 unciarum a lotio ſulco effoſſus.

*Obſ.* 20 vulnus ſtlopetarium inteſtini curatum.

*Ann.* VI. *obſ.* 35 de ſtruma in dorſo rariori.

*Obſ.* 36 In fiſtula lacrumali caries non penitus ſuperata. Suadet noſter ignem ipſis orbitæ oſſibus admovere.

*Lapis animalis microcoſmicus, mineralis & vegetabilis* Strasburg 1681. 8. Germanice.

HILARII LIBERT *Regiment in Steinbeſchwerde* Arnſtatt 1681. 8. BOECLER.

## §. CCCLXVIII. DISPUTATIONES.

BERNARDI ALBINI, Profeſſoris Francofurtenſis, deinde Leidenſis, patris trium Profeſſorum medicinæ, & potiſſimum BERNARDI SIGFREDI ALBINI, ſummi inciſoris, pluſculæ diſputationes anatomicæ huc faciunt.

*De fonticulis* Francof. Viadr. 1681. *.

*De cervo glande plumbea trajecto poſt tres horæ quadrantes quatuor circiter paſſuum millia aufugiente* ib. 1686. 4. *.

*De cantharidibus* ib. 1687. 4. *.

*De hydrophobia* ib. 1687.

*De paracenteſi thoracis & abdominis* 1687. 4. *.

*De tarantiſmo* ib. 1691. 4. *, ubi etiam de hydrophobia agitur.

*De paronychia* ib. 1694. 4. *.

*De polypis* ib. 1695. 4. *. Exemplum polypi palatum mobile ita deprimentis, ut uvula inter dentes promineret & ægrum ſuffocaret.

*Da cataracta* ib. 1695. 4. Acus depingit varias, inter eas elaſtro præditam, quo preſſo in duo abeat crura, quibus forcipis ad modum lens cryſtallina comprehenditur & educitur.

*De ægilope* ib. 1675. 4. *.

*De partu difficili* ib. 1696. 4. *. Uterus in partu diſruptus & fetus extra uterum effuſus. Uterus craſſus, in ſola ſede qua ruptus, tenuis.

*De abortu* ib. 1697. 4.

J. MAU-

J. Mauritius Hofmann, Profeſſor Altdorfinus, *de carie oſſium* Altdorf 1681. 4. *. Vertebræ a ſteatomate carioſæ factæ; ortum fuiſſe malum a ſcabie gallica.

*De procidentia uteri* Altdorf 1695. 4.

*Diluvium hominis particulare*, *ſ. de hydrocephalo* Altdorf 1695. 4. Boehm.

In *diſquiſitionibus anat. parthologicis* varia habet huc facientia, ut de ſinu maxillari, purulento, ſubinde evacuato per dentem caninum carioſum; ſternum purulentum carie conſumtum, funeſto eventu. Vulnera ſtlopetaria pectoris ſanata. Vulnus ventriculi curatum.

In E. N. C. pluſculas edidit adnotationes.

*Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 26 lymphæ ſtillicidium ex venæ ſectione.

*Ann.* V. *obſ.* 206 vulnus ad meninges penetrans ſanatum.

*Obſ.* 208 tumor aquoſus ſpinæ bifidæ ſimilis ſanatus.

*Obſ.* 109 exulceratio umbilici infantis ſanata.

*Obſ.* 110 pilorum faſciculus in meliceride.

*Ann.* VI. *obſ.* 166, vena in carpo ſponte aperta &c.

*Obſ.* 167 ex nimis adſtrictis vinculis gangræna cruris.

*Ann.* VII. *obſ.* 242 maxima hernia.

*Obſ.* 243 ſarcocele.

*Obſ.* 246 cartilago oſſium pubis emollita.

*Ann.* IX. *obſ.* 222 vulnus grave linguæ ſanatum.

*Ann.* X. *obſ.* 182 oculi vulnus, humor aquoſus & gibba oculi figura reparata.

*Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 140 verruca penſilis ſcroti vinculo injecto ſanata.

*Obſ.* 141 vulnus ſclopetarium pulmonis curatum.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 99 tumor fungi ſimilis ſuper genu feliciter reſectus.

*Ann.* VIII. *obſ.* 58 ambuſtiones in homine a fulmine exanimato.

*Obſ.* 61 ſarcoma vaginæ putridum feliciter medicamento cauſtico amputatum.

*Obſ.* 176 ſpina ventoſa, femur ſponte ſua fractum, tum brachium, æger ſanatus, reparata parte femoris amiſſa.

*Obſ.* 178 curatio anevryſmatis a pertuſa arteria.

*Cent.* V. *obſ.* 135 a fiſtula lacrumali os palati ſponte fractum.

*Cent.* IV. *obſ.* 108 oſtium uteri ex vulva elapſum & ulceroſum.

*Obſ.* 110 calculi ſilicei excreti.

*Cent.* VI. *obſ.* 45 calculi veſicæ duo, quaſi articulo conjuncti.

*Obſ.* 48 calculus ex tonſilla exciſus.

*Cent.* VIII. *obſ.* 29 ex oſſe frontis fiſſo epilepſia & mors.

*Obſ.* 30 contuſio graviſſima verticis & thoracis curata.

*Obſ.* 31 ſcirrhus & œdema parotidis.

*Cent.* X. *obſ.* 29 uterus in partu ruptus.

In *Appendice obſ.* 1 calculi in aortæ diviſura.

*Obſ.* 7 globuli minores abdomen percutientes, ſub cute tamen retenti.

*Obſ.* 17 ſteatoma dorſi reſectum.

*Obſ.* 21 vulnus ventriculi ſanatum.

*Obſ.* 22 globulus plumbeus circa claviculam adactus, per lumborum abſceſſum exiit.

*Obſ.* 28 portio oſſis tibiæ ſponte poſt contuſionem decedens.

*Obſ.* 32 vulnus tarſi palpebræ ſanatum.

*Obſ.* 33 vulnus pectoris cum amiſſa parte mediaſtini oleo lini ſanatum.

*Obſ.* 36 acus in vaccæ corde reperta.

*Obſ.* 42 colici dolores ſublati veſicatorio ad umbilici ſedem admoto.

*Obſ.* 45 olecrano cæſim vulnerato, tumor aqua herbæ vermicularis cum nitro diſpulſus.

## §. CCCLXIX. Varii.

A. v. Waard *de ſpina ventoſa* Leid. 1681. 4.

Francisci Sorand & J. Poisson *E. calculus a caſeo* Paris 1681. 4.

Samuel Stiegler *de οσχεοκηλη, ſ. hernia ſcroti* Argentor 1681. 4. *.

J. Caspar Eisenschmid *περι χοιραδων* ſ. *de ſcrofulis* ib. 1681. 4. *.

Nic. Ant. Flach *de callo* ib. 1681. 4. Menz.

J. Frischmuht *Ep. de anthrace, carbunculo, bubone & altauna* Jen. 1681. 4. Boehm.

Matth. Henr. Winter *de fonticulis* Francf. Viadr. 1681. 4. Platn.

## §. CCCLXX. Diaria.

Huc revoces Sigismundi Koenig hiſtoriam numeroſorum calculorum, qui de alvo & de veſica Margaretæ Lauer deceſſerunt, deque iis relationem in Philoſophicarum collectionum n. 111. a. 1681. editam, alteramque in n. 181. *Phil. Tranſ.* uberius auctam recuſam cum titulo *λιθολογιας humanæ ſpeciminis.* 1689. 12. *. Experimenta etiam ſua recenſet, negatque ab ullo præter nitri ſpiritum liquore calculos ſe diſſolvi paſſos eſſe, cujus etiam liquoris, utique aqua abunde diluti uſu ægra hactenus convaluit, ut tamen in idem malum relaberetur. Varia

ria etiam alia experimenta tentavit, & aliorum calculorum addidit hiſtorias, analyſinque laminarum, quæ potiſſimum terra conſtarent. Acceſſerunt pluſculæ de hoc argumento KOENIGII ad varios medicos epiſtolæ, & eorum reſponſiones.

In eadem BIRCHII hiſtoria ad annum 1681, FRIDERICUS SLARE in omnibus calculorum generibus ait ſe alcalina elementa reperiſſe.

IDEM in *Phil. Trans.* n. 157. compendium dedit operis de calculo humano, quod nunquam prodiit. Neque a calore calculum gigni, neque a viſcore, neque ab acido, aut ab alcali, neque a fermento putri, neque a tartaro vini. Ex calculo ſpiritum ſtillare adfinem ſpiritui cornu cervi, ſalem etiam volatilem ſiccum inde obtineri, & oleum empyreumaticum, neque ullum in capite mortuo ſalem fixum eſſe. Levem eſſe calculum, una quarta parte ponderoſiorem aqua; a ſolo ſpiritu nitri diſſolvi. Videri originem trahere a liquore ſero ſanguinis ſimili, qui imbiberit particulas craſſas & ponderoſas: concrementum oſſi eſſe vicinius, minus tamen ponderoſum.

IDEM ib. deſcribit calculum, qui renis abſumti locum tenuit. Alius calculus renalis ramoſus.

In T. IV. BIRCH. & in *Ph. Tranſ.* nimis conpactos eſſe KOENIGII lapillos, & vix videri humanos eſſe, dare tamen nonnihil alcalini liquoris.

In *obſſ. on bezoar ſtones* London 1715. 8. * analyſin tradit bezoaris & ægagropilæ.

D. FORDIS de calculis aurei coloris lamellatis ex veſica bovis.

## §. CCCLXXI. MARTINUS LISTER.

Archiater Anglicus, conchyliorum potiſſimum anatome & hiſtoria celebritatem meruit. Apud BIRCHIUM ad a. 1681. agit de calculis bubulis. De calculo tamen in univerſum paſſim egit, & potiſſimum *in nova & curioſa thermarum & fontium medicatorum Angliæ deſcriptione* Eborac. 1682. 4. Leid. 1686. 12. *. & *exercitatione altera* Lond. 1684. 8. Leid. cum priori excuſa. Calculorum partem magnam metallo conſtare, & potiſſimum ferro, ut omnino uſti calculi non exiguæ, neque paucæ, micæ magnetem ſequantur. Alterum principium concretionis calculi eſſe calcarium. Similia habet in BIRCH a. 1683.

In EJUS *Exercitationibus de morbis chronicis* London 1694. 8. *. Genevæ 1696. 4. *. notitia eſt de hydrophobia. Caſus aliquot accurate enarrat, funeſtos quidem pleroſque. Tunc medicamenta recenſet, quibus tanto malo obviam eſt itum, ſed quibus ipſe parum tribuit. Hiſtoriam etiam hydrophobi dat *Ph. Tranſ.* n. 147.

In *Phil. Tranſ.* 168. de acu, cui calculus in veſica pueri circumcrevit.

Apud BIRCH. a. 1685. experimenta ſuadet facere veſicæ ipſius incidendæ, ad calculum eximendum.

In *Phil. Tranſ.* n. 233. de venenato vulnere dente delphini inflicto.

In *Journal of a voyage to Paris* Lond. 1699. 8. * aliqua de F. Jacobi lithotomia ſatis infelice.

In diſſ. *de conchyliis bivalvibus utriuſque aquæ* Lond. 1696. 4. * diſſ. reperitur de calculo humano, quem conatur mitibus purgantibus medicamentis, aſellis & coccinella ſuperare. Ferrum repetit continere, exque eo & ex terra calcaria conſiſtere. Lithontripticorum catalogus. Quos craſſa urina crebro urget iis fere veſica eſt incraſſata.

## §. CCCLXXII. Varii.

Heydentryk Overkamp M. D. *nieuw gebouw der chirurgie of heelkonſt* Amſterdam 1682. 4. Eller. Germanice vertente J. Scheyer Leipz. 1689. 8.

Redit idem inter Opera omnia *alle de medicinale, chirurgicale en philoſophiſche Werken* Amſterdam 1694. 4. *. Germanice *mediciniſche und chirurgiſche Schriften* Leipz. 1705. 4. Eisenmann.

Theoria chirurgiæ fermentationi & hypotheſi alcali & acidi ſuperſtructa. Odioſiſſima vero pars opuſculi mihi fuit epicriſis ſeveriſſima in expertiſſimi viri G. F. Hildani curationes aliquas chirurgicas, quas noſter ad ſuam hypotheſin reformat.

Petri van de Stylle, Chirurgi Francofurti ad mœnum, *chirurgiſches Handbuch* Francfurt 1646. 8. 1682. 8. *. Verum annum ignoro. Antwerpiæ medicinam fecerat, ſeculo XVI. & curationi Principis Guilielmi Arauſionenſis interfuerat. Multum laborat in re medicamentaria, quam inter multa habet Paracelſica. Aliqua tamen graviora vulnera deſcribit. Fatetur, ſibi cum denudata terebræ uſu dura membrana cerebri ſana viſa fuiſſet, periiſſe tamen vulneratum, & fœtidum in cerebro apoſtema fuiſſe. Exempla graviſſimorum malorum, quæ conpunctum in digito nervum ſecuta ſunt. Guilielmi Naſſowii vulnus, & hæmorrhagiam ex eo natam non digito impoſito, ſed turunda curatam fuiſſe. Modeſtus homo, neque glorioſus.

Julius Malvicinus, Medicus Venetus, in *utilibus collectionibus medico phyſicis* Venet. 1682. 4. * excuſis etiam collecta aliqua de Chirurgia loca habet, & ſubinde ſententiam ſuam interponit. Calculum in rene ſiniſtro frequentiorem eſſe. Vulnus arteriæ brachialis digitis inpreſſis ſanatum. Contra nimiam vulnerum perſcrutationem. Vulnus ventriculi vena ſecta & diæta tenui ſanavit.

Dionysii van der Sterre M. D. *Voorſtelling der noodzackeligheit der Kayzerlyke Snee .... van de baaring* Leiden 1682. 12. *. Cum propria fetui vita ſit, omnino debere matrem parturientem incidi, & de ſepulchro effodi, ut fetus eximatur, qui ſæpe de matre mortua extractus convaluerit.

In L. II. agit de partu difficillimo: etiam ob uterum obliquum, aut retrorſum inclinatum, cujus oſtium nimium antrorſum vergit, præaltoque loco ponitur.

tur. Partum pedibus præcedentem non eſſe difficiliorem. Pro viris obſtetriciam exercentibus, ob ignorantiam obſtetricum neceſſariis. Se ex vivente beſtia fetum per inciſionem eduxiſſe. Exempla feminarum ex hæmorrhagia pereuntium, cum fetum educere ceſſaretur. Non neceſſario requiri, ut facies oſſi ſacro obvertatur. Caput in utero relictum expedit, alutæ portione inciſione in medio ſignata & introducta, qua caput comprehendit.

Ej. *genees en heelkonſtige practyc der medicynen* Amſterdam 1687. 8. *. Germanice Dresden 1701. 8. Heb. cum titulo novo *praxis chirurgica & medica.* Centum & duæ ſunt adnotationes, pene omnes chirurgici argumenti. Minutiſſime ſolet de morbo narrare, ut aliorum mala conſilia ipſe emendaverit, & ſuis arcanis feliciter ſit uſus. Cranium infantile abſque noxa depreſſum manſiſſe. Nullos a fragmentis cranii in duram membranam cerebri adactis dolores ſecutos. Pericranio nudatæ calvariæ novum tegumentum ſubnatum, ex punctis rubris, quæ confluxerint. Pannus oculi inſperſo hepate antimonii deletus. Calculus, qui in urethra hæſerat excretus. Mortes ex ulceribus ſerius apertis. Contra turundarum uſum, ut de manus dorſo turundam extraxerit, quæ maximos dolores civerat. Belgas nimis duriter oſſa fracta deligare. Pes ſponte per gangrænam abſceſſit. Cancer oris & linguæ ſanatus. Cancroſa mamma tota cum univerſa cute ſubito feliciter amputata. Reſtituto ſitu, in quo æger vulnus acceperat, oſtendit noſter vulnus in pectoris caveam non penetrare. Abſceſſus circa renes validis medicamentis purgantibus ſanatus; ſic ulcus calculoſæ veſicæ. Scrotum a gangræna deſtructum reparatum. Tumor genu medicamento veſicas trahente, & euphorbium recipiente, diſſipatus. Mors ex duritate cartilaginea œſophagi. In abſceſſu brachii quotidie calculi ſubnati. Caries profunda tibiæ terebra curata. Abſceſſus in dorſo per negligentiam funeſtus, fuſiſſime. W. van Schouten de theoretico Dionysii ingenio paſſim conqueritur.

Janus Abrahamus a Gehema, Medicus Regis Poloniæ, Cartesianæ ſectæ addictiſſimus. Ejus eſt *eroberte Gicht durch die chineſiſchen Waffen der Moxa* Hamburg 1682. 12, alii 1683. 12. 1680. 12. Lehm.

Ej. *der wohlverſehene Feldſcherer* ib. 1684. 12.

Ej. *obſervationum chirurgicarum decas* I. & II. ib. 1686. 12. Moeller. Francfurt 1690. 12.

Ejusd. *decas obſervationum medicinalium* Brem. 1686. 12. *. Hydrops ad veterum morem uſtione curatus, quæ moxa Chinenſi facta eſt. Iterum pro innocentia moxæ.

Ej. *grauſame mediciniſche Mordmittel, aderlaſſen, ſchrepfen, clyſtiren &c.* Brem. 1688. Lehm.

Fleurimon *moyens de conſerver les dents belles & bonnes* Paris 1682. 12.

Antonii Novarini *chirurgia curioſa* Rotenburg ad Tubarim 1682. fol.

Edward Maynwaring *of iſſues and ſetons* London 1682. 8.

Emanuel

EMANUEL KÖNIG, Profeſſor Baſileenſis, in *regno animali* Baſil. 1682. 4. & 1698. 4. excuſo agit de animalium rabidorum & venenatorum morſu.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 35 volvulus ſuperatus inciſo tumore, reſtitutis inteſtinis.

Plura paſſim habet, quæ omitto.

## §. CCCLXXIII. DISPUTATIONES.

GOTTLIEB FRIDERICI *de gangræna & ſphacelo* Leid. 1682. 4.

S. CROMWELL *de tumoribus in genere* Leid. 1682. 4.

J. CASPAR WIDMARCKER *de inflammatione* Erford. 1682. 4. PL.

JAC. HOCHREUTINER *generalis ſcirrhi deſcriptio* Baſil. 1682. 4.

MAGNUS MANSON *de procidentia uteri* Altdorf 1682. 4. PL.

JEREM. LOSS, Profeſſor Wittebergenſis, *de cancro mammarum* Witteb. 1684. 4. HAENEL.

EJ. *De inflammatione* 1683. 4.

AUGUSTINI QUIRINI RIVINI, Profeſſoris Lipſienſis, diſputationes aliquæ, ut *de iſchuria* Lipſ. 1682. 4. *de thoracis empyemate* Lipſ. 1686. 4 MENZ.

In EJUSD. *notitia morborum compendioſa* Lipſ. 1682. 12. breve compendium continetur, etiam, chirurgiæ univerſæ ad vulnera lethalia, luxationes &c.

FRID. BEKMAN *de nephritide* Leid. 1682. 4. *.

THOMÆ ALLWEGII *de nephritide* Leid. 1682. 4. *. Ren calculoſus, calculus ramoſus totam pelvim occupans, colon inteſtinum a pure perforatum, qua reni incumbit.

C. C. SPINOWSKI *de calculo renum & veſicæ* Leid. 1682. 4.

DIONYS. DODART & J. BOUDIN, *Ergo cancro hydrargyrum* Paris 1682.

## §. CCCLXXIV. DIARIA.

Cum hoc anno ceperunt Lipſiæ edi *Acta Eruditorum*, in quorum numeroſis voluminibus, præter relationes de libris novis, etiam aliquæ hiſtoriæ propriæ rariorum caſuum reperiuntur, quas recenſebimus. Excerpta ſunt hæc chirurgica, & alia medica &, ſeorſim excuſa Venet. 1740. ſeqq. 7. vol. 4.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* I. SEBASTIANI SCHEFFER, Medici Francofurtenſis, tumor carneus prope uvulam reſectus, hamo ſcindente in globulum terminato *obſ.* 15.

CHRISTIA-

Christianus Menzel, Archiater Brandenburgicus, *obſ.* 31 exempla ſecundarum longo tempore in utero retentarum, quæ in membraneam naturam contabuerunt.

*Obſ.* 16 in cerebro damæ lapillus.

*Ann.* III. *obſ.* 14 crus craſſiſſimum, quale in ora Cochinenſi frequens eſt.

J. Petrus Albrecht, Medicus Hildeſienſis.

*Obſ.* 79 hydrops ſolutus, aqua per hypochondrium ſibi viam aperiente.

*Obſ.* 83 ren abſceſſu conſumtus, qui per urinam pus ſuum emiſit.

*Ann.* VI. *obſ.* 10 cerebrum ſuppuratum per nares putat effluxiſſe.

*Ann.* VIII. *obſ.* 167 teſtimonia pro cultrivori Pruſſici hiſtoria, ex actis publicis deſumta.

*Ann.* IX. *obſ.* 79 peſſos hæmorrhagias uteri optime compeſcere.

*Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 152 magna ſymptomata a morſu viperæ in Thuringia ſubnata, tamen ſanata.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 22 abſceſſus hepatis, quem opio ſumto tribuit, inciſus & ſanatus.

*Obſ.* 23 hepar a pila ſtlopetaria diſſipatum.

*Dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 2 hernia in pube male tractata.

*Obſ.* 3 funeſtus levis morſus canis non rabidi.

*Obſ.* 6 lien a forti percuſſione ruptus.

*Obſ.* 7 hernia terrore ſubito ſanata.

*Dec.* II. *ann.* I. J. Conradi Peyer, magni inciſoris Scaphuſini, *Obſ.* 84 uterus vere prolapſus non inverſus, contra Kerkringium alioſque: deinde ipſa veſica urinaria.

*Ann.* IV. *obſ.* 99 ovis prægnantis diaphragma ruptum.

In *Pæonis & Pythagoræ exercitationibus anatomico medicis* Baſil. 1682. 8. *. Varia de calculo, ejus ortu in genere, calculorum exemplis, etiam in cerebro gallinæ repertorum. Ceraſorum nuclei per urinam egeſti. Calculoſi inciſio; tumores varii.

*Dec.* II. *ann.* I. Christophorus Seliger.

*Obſ.* 141 uterus improvide ab obſtetrice evulſus.

J. Baptista Scaramucci.

*Obſ.* 142 calculus circa funiculum in veſica concretus.

Ej. *Lettera ſopra un idrofobo* Macerata 1702. 8. latine verſa in E. N. C. *Dec* III. *ann.* IX. X. *app.* Ex vehementi indignatione orta fuerat hydrophobia.

*Dec.* II. *ann.* I. GREGORIUS HILLING.

*Obſ.* 161 calculi a puero egeſti.

*Obſ.* 160 ungues monſtroſi.

J. LAURENTIUS FEHR, Medicus Swinfurtenſis.

*Obſ.* 165 imperiti lithotomi conatus, calculum in urethram urgentis.

*Ann.* VI. *obſ.* 56 laudat herniæ curationem cum caſtratione.

*Ann.* VII. *obſ.* 229 cataractæ in utroque oculo ad receptum morem depoſitio.

*Obſ.* 230 tumor adnatæ tunicæ ſublatus.

*Ann.* VIII. *obſ.* 97 hernia umbilicalis ligata ſed funeſta.

*Obſ.* 99 Vulnus corneæ tunicæ: humores effluxerunt, funeſto eventu.

*Ann.* X. *obſ.* 76 cancroſarum mammarum fruſtra tentatis omnibus eventus funeſtus.

*Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 114 vulnus circa articulationem brachii funeſtum.

*Dec.* III. *ann.* VII. VIII. *obſ.* 67 felix ſectio Cæſarea fetus mortui de viva matre exciſi.

In *collectionibus philoſophicis* n. 7. H. P. M. D. agit de calculo maximo, reperto in veſica urinaria equi, pondere librarum quinque.

In BIRCHII collectione & in *Phil. Tranſ.* n. 145. WINKLER de cancro linguæ, frequente equorum & armentorum malo.

In *diario*, quod Abb. de la ROQUE edidit, & deinde T. BONNET complevit a. 1682.

J. JAC. WEPFER fetus ex tuba, ut videtur, uteri, in ventrem effuſus.

RIVALIER de fetu retento, diſſoluto, per abſceſſum umbilici ſimulque per vulvam fruſtillatim edito. Seorſim prodierunt obſervationes medico phyſicæ tres excerptæ ex epiſtola PETRI RIVALIER ad J. SPONIUM Nemauſ. 1683. Aliud exemplum ſimile fetus per umbilicum educti.

DARLES chirurgi, de corpore cuniculi ſimili, ſed cauda carente, & cruribus in abſceſſu femoris viri reperto.

Ej. vulnus ſtlopetarium femoris cum plurima ſanguinis effuſione, tamen curatum.

PELERIN de calculis nonnullis rarioribus, circa acum natis, pilis obvolutis, paſſim in abſceſſibus repertis.

Ab alapa mors, ſanguine in cerebri membranas congeſto.

DESLANDES

Deslandes mors a vulnere per orbitam inflicto.

Bourbon vulnus ſtlopetarium capitis, cum cerebri jactura, ſeptimo menſe ſubito per nervorum diſtentiones mortem inferente, cum ſaucius homo interim orthoſtadios vixiſſet. Globulus intra cerebrum latuit.

Ab ulcere tibiæ ſanato funeſtum ulcus tonſillarum.

Sphacelus, femoris luxatio, caries oſſium poſt variolas.

A morſu canis rabidi venenum diu latens, denique pene ſubito in maxima mala erumpens.

Fuſe litigioſa ſcripta, quæ chirurgos inter & pharmacopolas Lugdunenſes edita ſunt, de cujuſque artis limitibus.

## §. CCCLXXV. Gunther Christoph. Schelhammer.

Acris ingenii vir, & ſubtili philoſophiæ deditus.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 131 in eodem homine & in veſicula fellea calculi & in cerebro.

*Ann.* V. *obſ.* 9 hepatis vulnus ſanatum.

*Obſ.* 10 lumbrici ex inguinis abſceſſu. *

*Obſ.* 11 iterum hepatis abſceſſus, ſed funeſtus.

*Ann.* IX. *obſ.* 149 partus ex prolapſo utero.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 89 fetus mortuus, abſque noxa per duos menſes geſtatus.

*Ann.* III. *obſ.* 168 ex lapſu cranium fractum, cerebrum corruptum, ut per nares efflueret, ſenſibus hactenus integris.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 220 carioſum dentem plumbo diu poſſe defendi.

*Ann.* VIII. IX. *obſ.* 81 calculoſa materia de urina decedens.

Porro Cl. viri diſputationes.

*De ſuffuſione* Jen. 1691. 4. Hænel. Exemplum cataractæ ſubito obortæ.

*De epulide & parulide* ib. 1692. 4. recuſ. in Valentini *prax. med. infallib.* & in meæ collect. T. II. Recudi meruit ob numeroſos utileſque caſus, quos Wepferus cum Franco communicavit, qui videtur diſputationis auctor eſſe. Multa exempla ſanatarum epulidum, ſed etiam funeſtarum. Delapſi etiam condyli, ut maxilla vacillaret mobilis.

*De fonticulis* Kiel 1696. 4. Boehm.

*De proportionibus in corpore humano deſtructis* Kiel 1706. 4. De ſcirrho brachii, qui ægrum enecavit, cum ad pectus progreſſus eſſet.

Ej. & auctoris, ut videtur, Friderici Jonsii *de ſpina ventoſa* Kiel 1698. 4. *

Mors ex carie maxillæ inferioris per epilepſiam. Ipſe JONSIUS cariem in metatarſo paſſus eſt.

*De odontalgia tactu ſedanda* Kiel 1701. 4. *.

In *via regia* ſtadium 6 eſt de chirurgia ib. 1708. 4.

EJ. *ογκολογια parva, ſ. de corporis humani tumoribus* Jen. 1695. 4. * Eleganter ſcripto libro potiſſimum aliorum placita dijudicat, ſecutus HILDANUM. Proprias adnotationes rarius reperias. Scrophulas habet pro ſcirrhis cancroſis glandularum congeſtarum. Eſſe ſibi liquorem ſanguinem compeſcentem, qui non alteri cedat. Paronychiam non raro ſolis emplaſtris ſuperari. Strumam adgnovit, quæ pro cancro habebatur &c. Gangrænæ inteſtinorum ex frigore obortæ. A ſtruma ſternohyoidei & ſternothyroidei muſculi deleti.

In poſthumo opere *de re medica* inque Tomo III. de chirurgia agit. Cancrum gingivæ ſe feliciter reſecuiſſe, nullo ſuperſtite malo. Vidiſſe ſe ſimul & ſemel omnem aquam hydropicam effuſam abſque malo. Vinculo ferreo trium articulorum cum ſcuto ligneo accurate comprimente herniam, ſe id malum ſanaſſe. MEIBOMIUM cucurbitulam cum igne ad verticem in apoplexia feliciter admoviſſe. A tumore compreſſa aſpera arteria, æger pene ſuffocatus, ſervatus tamen, cum pus viam ſibi paraſſet.

## §. CCCLXXVI. VARII.

GUILIELMUS ten RHYNE, Belga, Sylvianus, qui in India orientali utramque fecit medicinam Londini 1683. 8. *. aliquot libellos edidit, inter quos eſt *de arthritide & de acupunctura.* In illo quidem morbo vetat uti cantharidibus, feliciter autem moxam in China & Japonia teſtatur admoveri, de qua fuſe agit. Inuſtam partem aqua ſalſa contrectant. Eſſe qui moxa repetito cutem non niſi contingant. Locum ſub umbilico eſſe, quem ſi uſſeris, virilitatis jactura immedicabilis impendeat. Inde acupuncturam Japonicam accurate deſcribit, quam etiam vidit exerceri, & inſtrumenta deſcribit, modumque, quo acus malleo adigitur.

Germanice pars chirurgica reddita eſt *Beſchreibung wie die Chineſer vermittelſt des moxa brennens und nadelſtechens das Podagra curiren* Lipſiæ 1690. 8. HAENEL.

DAVID van der BECKE, Medicus Hamburgenſis, magnam litem cum JOH. GARMERS aluit de uteri prolapſu. Noſter cum SCHUTZIO & aliis medicis reſponderat, vaginam utique prolabi poſſe. Ediderat diſſ. *anatomico practicam de procidentia uteri ab erroribus* J. GARMERI *vindicata* Hamburg 1683. 8. *. GARMERUS uterum prolabi poſſe defendebat, etiam abſque magnis ſymptomatibus: negat noſter aut facile prolabi, aut abſque gravibus malis, ſecutus JOHANNEM v. HORNE & alios ejus ſeculi Belgas, quorum etiam libellos recudi fecit. Vaginæ membranam internam utique prolabi poſſe; in præſente vero caſu non potuiſſe in uterum virginis obſtetricem digitos dare, ut GARMERUS putaverat.

J. GAR-

J. GARMER, phyſici primarii, *diatriba de quæſtionibus quibusdam medicis ad D.* v. der BECKE &c. ib. eod. anno. Defendit uterum procidere poſſe, non ita vaginam, niſi quando una uterus elabitur. Reſpondit noſter.

Repoſuit GARMERUS *diatriben de quæſtionibus phyſico medicis ſecundis curis auctiorem* Hamburg 1684. 4. & *auctarium diatribes de quibusdam quæſtionibus medicis* Hamburg 1684. 4. Addidit aliqua facultatum medicarum ſuffragia.

Reſpondit iterum D. v. der BECKE GARMERUM ex GARMERO *ad vivum & verbum deſcriptum* Hamburg 1684. 4. HÆNEL.

Viciſſe GARMERUM P. AMMAN, *renunc. vuln.* p. 116. 117. 118. *obſ.* 20 L. I. & ZITTMANNUS *obſ.* 7. Cent. III. ubi GARMERI libellus recuditur. BECKIUM ſuperiorem diſceſſiſſe J. NIC. PECHLIN (*a*). Verum ſatis innotuit, poſſe & uterum prolabi & vaginam.

THOMÆ SYDENHAM, magni viri, *de podagra & calculo* l. Londin. 1683. 8. Ipſe morbum paſſus deſcribit, & medicamenta indicat, quibus malum tolerabilius redditur.

J. FRANK, Medicus Ulmenſis, edidit Auguſtæ Vindelicorum 1683. 12. *. *Bericht vom Schnurziehen worum ſelbige zu ziehen und wie ſich dabey zu verhalten ſey.* Utilitatem ſetacei & ex aliorum ſcriptis confirmat, & ex ſuis experimentis, quæ producit. De adminiſtratione parcus eſt, & ipſe libellus perexiguus.

NICOLAI FRANCHIMONT a FRANKENFELD, Prof. Pragenſis & Equitis Boemi, *lithotomia medica, ſ. tractatus lithontripticus de calculo renum & veſicæ* Prag. 1683. 8. *. Farrago medicamentorum. Habet etiam illud auxilium promovendorum per ureterem calculorum, quod ſperatur a cucurbitula ſicca, ex ordine inferius repetito admota.

AM. BOURDON in ſua *deſcription anatomique* Paris 1683. 12. * magna incommoda vidit a repreſſo in mulieribus parturientibus coccyge nata.

In *obſervationibus miſcellaneis medicis, anatomicis* &c. quas DAVID MENO MATTHIAS cum ſuis *experimentis* edidit Francfurt 1683. 12. * pluſculæ ſunt chirurgici argumenti, ut enormis herniæ exemplum. Sphacelus utriuſque cruris, a quo utrumque etiam de viva puella crus delapſum eſt, vita ſuperſtite: mali cauſa interna, quam MENO terrori tribuit. Tibia exemta & reparata.

SIMON PINHEIRO MORAM ex Prov. Beira. EJUS eſt *tratado das Bexigas e ſarranpo* Lisbon 1683. CAP. de VIL.

ELIÆ WESTPHALEN *Schifsbarbier* 1683. 8. HEISTER.

## §. CCCLXXVII. DISPUTATIONES.

RUDOLF JACOB CAMERARIUS, ELIÆ R. filius, Profeſſor Tubingenſis. EJUS ſunt aliquot diſputationes chirurgici argumenti.

(a) Obſ. 20. L. I.

Ut diſp. *de renibus, veſica &c.* Tubing. 1683. 4. * qua etiam morbi veſicæ traduntur, ut renum ſuppurationes: anguſtia & dilatatio ureteris, craſſa & exigui cavi veſica &c.

*De calculis renum & veſicæ* Tubing. 1698. 4. RIV.

*De clavo* ib. 1703. 4. HÆNEL.

*De embryulciæ & lithotomiæ rationibus* ib. 1708. 4. *. Videtur reſpondentis eſſe SIMONII, hominis certe artis obſtetriciæ gnari. Exemplum ſectionis Cæſareæ citat ex avunculi magni chartis.

*Theſes medico chirurgicæ* ib. 1708. 4. *.

*De alyſſo clavo* 1709. 4. *. nempe clavo, quo demorſi a cane rabido Altingæ uruntur, cui tamen noſter auxilio parum tribuit, quoties in recente vulnere ſcarifatio aliave præſidia neglecta fuerunt.

*De vomica crebri* ib. 1711. 4. PL.

*De bubone & carbone* ib. 1713. 4. HÆNEL.

Poſſis etiam huc referre diſſ. *de fœtu 46 annorum* ib. 1722. 4. * quam in anatomicis diximus.

In *Eph. Nat. Cur. Cent.* II. *Ann.* VI. *obſ.* 99 de oſſibus intumeſcentibus per ſeceſſionem laminarum denſiſſime congeſtarum a cranio, parum firme connexarum.

*Cent.* III. *obſ.* 10 ſtrangurioſi veſica craſſa, carnoſa, cavea minima, abſque calculo.

*Cent.* VI. *obſ.* 82 ſpacelus ſenilis ſponte ſubſiſtens.

*Cent.* X. *obſ.* 73 atreta, cui membrana ſanguinem menſtruum retinebat, inciſione curata.

*Obſ.* 74 a lapſu amiſſus crurum uſus.

CORNEL. de BLOM *de abortu* Leid. 1683. 4. *,

TOBIAS HOFER *de inflammatione* ib. 1683. 4. PL.

CONRAD CASPAR EHINGER *de odontalgia* Altdorf 1683. 4. *.

GEORG LANE *de unguento armario* Lipſ. 1683. 4. HEFT.

J. PAUL SEBIZ *de fractura oſſium in genere* Argent. 1683. 4. *.

GEORG BENJAMIN GLOXIN *de paracenteſi* ib. 1683. 4. MENZ.

J. GEORG SCHLEYERMACHER *de juvene ophthalmia laborante* Gieſſ. 1683. 4.

PHILIPPI MATTHÆI *de pulmonum vulneribus* Franeker 1683. 4.

GEORG ULRICH MILLER *de dolore nephritico* Baſil. 1683. 4. HEFT.

§. CCCLXXVIII.

## §. CCCLXXVIII. Diaria.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* II.

Andreæ Cleyer, qui Bataviæ Javanæ medicinam fecit, deſcriptio elephantiaſis novæ, *obſ.* 5 morbi nempe tuberoſi, quem Angli Yaws vocant.

*Dec.* II. *ann.* IV. *obſ.* 1. de moxa ex artemiſia parata, quæ etiam ex abſinthio poſſit parari.

*Dec.* II. *ann.* II. Matthiæ Tiling, Medici Rintelienſis.

*Obſ.* 71 periculum ex morſu irati anſeris.

J. Lechel.

*Obſ.* 158 & in occipite & in ima dorſi ſpina tumor aquoſus.

J. Paul. Wurfbain, Medicus.

*Obſ.* 136 folliculus lacteus de mamma eductus.

*Ann.* III. *obſ.* 182 oſſiculum ramoſum ex ſteatomate.

*Obſ.* 183 inſignis lapis ex abdomine exciſus.

*Ann.* VI. *obſ.* 237 pro maxilla inferiori callus cartilagineus renatus, & in oſſeam naturam ſenſim confirmatus.

*Ann.* VII. *obſ.* 252 maximum ſteatoma abdominis.

*Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 167 octavo & decimo demum anno fragmentum maxillæ inferioris decedens.

*Ann.* IV. *obſ.* 131 inteſtini ulcuſculum ſanatum.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 300 ferramentum, quod 17 annis in ſinu frontali retentum & tandem per nares excretum fuit.

*Ann.* VII. VIII. *obſ.* 221 tumor maximus ſub ala exſtirpatus.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 225 hallux in ſene feliciter amputatur.

Paul. Jalon *Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 129 de incontinentia urinæ ex fabrica vitioſa partium uriniferarum, tumidiſſimis ſuperne ureteribus, veſica tota reticulata.

In *Phil. Tranſ. n.* 151 William Musgrave experimentum citat inteſtini cæci catellæ abſque malo effectu reſecti.

In Ejusd. l. *de arthritide anomala* Exoniæ 1701. 8. * ſæpe recuſa, agitur de abſceſſibus ani, de calculo, de odontalgia ex materie arthritica natis.

## §. CCCLXXIX. Michael Bernard Valentini.

Profeſſor Gieſſenſis & collector.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 162 de abſceſſibus in capite nuper natorum.

*Ann.*

*Ann.* VI. *obſ.* 68 in veſicula ſeminali calculus.

*Obſ.* 69, 70 oculi hydrops paracenteſi ſanatus, & *obſ.* 71 hypopyon.

*Ann.* VIII. *obſ.* 77 glans ſtlopetaria facta ex vitro antimonii, adeoque venenata.

*Obſ.* 81 maximus tumor femoris ex congeſto ſanguine factus; ut videtur, funeſto eventu.

*Obſ.* 83 hæmorrhagia inteſtinalis ex ulceribus tibiæ clauſis.

*Dec.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 124 omentum per foramen diaphragmatis in pectus migrans, in cane.

*Ann.* VII. VIII. *obſ.* 50 punctura in perinæo felix adverſus iſchuriam, adhibita acu triquetra.

*Obſ.* 51 cervi venter globo plumbeo trajectus, neque occiſum animal.

*Cent.* IX. *obſ.* 65 de cultrivoro Harburgenſi.

*Cent.* X. *obſ.* 95 vagina in gravida conſervens.

In *Miſc. Berol.* T. I. agit de parulide epidemica, quam ſectione curare neceſſe fuerit.

Idem de *moxa* libellum edidit Leid. 1686. 12.

Porro diſputavit *de herniis arcano Regis Galliarum abſque ſectione curandis* Gieſſ. 1697. 4. * quæ recuſa eſt in *Polychreſtis exoticis* Francf. 1700. 4. *. Caſum narrat memorabilem viri, cui a vulnere ſtlopetario magnus in ſepto transverſo hiatus perforatus fuerat, ut tamen interim maneret orthoſtadios, & uxorem duceret, in cujus amplexibus concitato ſpiritu inflammationem & ulcus pulmonis contraxit, Spiritum ſalis Cabrerii hic iterum exponit.

Inde Francfurt 1707. 4. * edidit *Pandectas medico legales, ſ. reſponſa medico forenſia ex archivis academiarum depromta.* Reſponſa ordinum medicorum Germaniæ continet, quorum ſectio VII hactenus huc facit, quo de finibus artis chirurgicæ, de medicationibus, quæ non ſpectant ad chirurgos; de circumforaneis & herniotomis coercendis, de obſtetricum erroribus & officiis agitur. Aliqua purius chirurgica intercedunt, ut de arteria loco venæ percuſſa, quam ſecuiſſe oportuerat. De malis curationibus chirurgicis, & de chirurgis male etiam accuſatis. Qui ſola pulſione pollicis occiſus ſit, cum empyemate laboraſſet.

Ejusd. operis *pars altera* Francfurt 1701. 4. * mere chirurgica eſt, agitque de inſpectione & renuntiatione vulnerum lethalium & infanticidiorum. Hæc reſponſa non adtinet hic repetere, nimis numeroſa, cum reorum defenſionibus conjuncta. Utilitate tamen ſua non caruerint.

Ejusd. *Novellæ medico legales, ſ. reſponſa medico legalia ex archivis facultatum* Francf. 1711. 4. * quæ quaſi prioris operis eſt appendix. Intercedunt etiam chirurgici caſus, de quibus reſponſum eſt, ut contrafiſſura, nempe tabula interna fracta

fracta, cum exterior integra eſſet. Lien a ſcutica fractus, id vulnus pro non lethali pronuntiatum; quæſtiones etiam ad dignitatem & officia chirurgorum ſpectantes.

In *appendice* HUNDESHAGII diſp. *de cruentatione vulneris ad præſentiam homicidæ recuditur.*

Hæc duo opera cum titulo *Corporis Juris medico legalis* recuſa ſunt Francfurt 1722. fol. *. Acceſſerunt aliqua, ut authenticæ medico legales, quibus pauculæ aliquæ reſponſiones continentur: de vagina ab imperita conſolidatione clauſa, de prolapſu uteri, num ad ſolvendum matrimonium ſufficiat: de morte concitata ex devorato cultro. Deinde diſp. GOELICKII *de mutilo medicinæ corpore reſarciendo.*

EJUSD. *chirurgia medica, quæ eſt praxeos medicæ infallibilis* P. II. Francf. 1715. 4. *. Parvum compendium eſt chirurgicum ex nuperis collectitium, cum inſertis integris caſuum narrationibus & reſponſis. Oſſicula per abſceſſum umbilici prodeuntia. Fetus retentus ſenſim eductus felici eventu. Calculus adhærens, cum ſibi per aliquos dies fuiſſet relictus, facile potuit eximi. Eadem de ventriculo per diaphragmatis vulnus in pectus migrante relatio, quæ p. 464. Lis de lethalitate vulneris ventriculi ſero mortem inferentis. Deinde de ſuturis, faſciis & ligaturis brevis libellus & myrothecium caſtrenſe.

Inde *continuatio noſocomii Academici* cum qua ad ductum l. *art de faire les rapports* diſputationes recuſæ dantur.

In EJUSD. *medicinæ infallibilis* P. I. Francf. 1704. 4. *. 1711. 4. 1721. 4. * multa etiam ſunt argumenti chirurgici, tumores varii, morbi infantum. Inter adnexa etiam eſt diſp. filii CHRISTIANI BERNHARDI *de fulmine tactis* Gieſſ. 1717. 4.

In *medicina novantiqua* Francfurt 1698. *. Pars VIII. eſt de chirurgicis operationibus & de arte obſtetricia breve compendium.

## §. CCCXXX. JOHANNES MUYS.

Medicus Arnhemienſis. EJUS *praxis medico chirurgica rationalis cum decadibus obſervationum quatuor* primum prodiit Leid. 1682. 12. alibi lego 1684. VATER, BEUGHEM, & rectius ita legi puto, deinde cum quinque Leid. 1683. 12. Acceſſit ſexta & ſeptima ib. 1690. 12. denique duodecim omnino decades fuerunt in edit. Amſterdamenſi 1695. 8. *. Germanice *chirurgiſche Obſervationen ſamt einem Geſpräche zwiſchen Podalirio und Philiatro*, vertente CHRIST. HORCH Francf. 1688. 8. Berlin 1699. 4. Anglice Lond. 1686. 8.

EJUS *Podalirius redivivus, ſ. dialogus inter Podalirium & Philiatrum, in quo multa medico chirurgica illuſtrantur* Leid. 1686. 8. Recuſum utrumque opus Neapoli 1727. 4.

Laudat SANCASSANUS (*a*). Theoriam equidem ſequitur acidam, & ætiologias ſuis obſervationibus ſubjecit, expertus tamen vir, & qui graves morbos ſuis con-



(a) *Dilucidaz.* l. p. 218.

conſiliis ſuperaverit. Ex centum & viginti adnotationibus paucas decerpo. Cariem ſuperavit igne adhibito. A multo labore tendinis adfectus, ut ſub premente digito crepitet. Ulcus tibiæ carioſum cum eryſipelate ſpontanea hæmorrhagia oborta mitigatum, denique ſanatum. Caries oſſis maxillæ euphorbio & ſimilibus calidis medicamentis ſuperata. Plumbum utique diu abſque malo inter carnes noſtras morari, ferrum non item. Ex enormi femoris ulcere hydatides. Contuſio oculi ſubito curata repetito fotu aquæ frigidæ. Herniam in pueris ſæpe ſolorum vinculorum uſu ſanari. Calculi ex tumore circa malleolum. Cubitus a cauſa interna luxatus, laxatis ligamentis. Nunquam ſe contrafiſſuram vidiſſe. Tibiæ os a ſclopo comminutum feliciter curatum. SYLVIUM maluiſſe abſque acubus labium leporinum curari, & felices eventus ſe ipſum vidiſſe. Vulnus vaſculi lymphatici in talo curatum replicito vaſculo, quod vulneratum fuerat. Mors a levi vulnere tali per chartam contortam illato ex ſtlopo emiſſam. Os callo male confirmatum, fractum & rectius conſervens. Vulnus ſinus frontalis ſtabili cicatrice obductum. De fungo pulmoneo maximo brachii: negat noſter unquam debere aperiri. Fungus in planta pedis, cujus omnia oſſa carie infecta erant. Fungus cranii deſtructus oſſe ipſo exuſto. Cancer mammæ bono eventu amputatus. Mors per hæmorrhagiam ex vulnere arteriæ intercoſtalis. Fungus cerebri de fracta calvaria erumpens pulvere ſubacri conpreſſus. Humerus ſponte de corpore delapſus, vulnus a natura clauſum. Fiſtula inteſtini a lumbricis eroſi. Vulnus colli veſicæ a lithotomia ſuperſtes ſanatum. Abſceſſus ſub lingua minax per emollientia medicamenta ruptus. Noctambuloni a lapſu ſanguis effuſus per terebrationem remotus feliciter. Bronchocele verior ab aere per aſperam arteriam recepto intumeſcens; ſpina bifida. Fungus inſignis oculi exſtirpatus. Fracta maxilla abſque faſciis ſanata. Hepatis abſceſſus ſanatus. Ex fiſtula inguinali acicula devorata.

## §. CCCLXXXI. VITUS RIEDLIN.

Medicus Ulmenſis, Poliater Auguſtanus, deinde in patria, VITI chirurgi f.

In *E. N. C. Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 134. agit de nummo deglutito per biennium in œſophago circumgeſto.

De piſo in aſperam arteriam illapſo germinante, vomitu rejecto.

*Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 126 empyema feliciter ſectum.

*Obſ.* 127. 128 calculorum varietates.

*Ann.* II. *obſ.* 171 fuſi particula manui infixa ſponte demum prodiit.

*Ann.* IV. *obſ.* 130 felices calculorum ſectiones.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 242 calculus ſublingualis.

*Obſ.* 242. * horminum ad vulnera recentia ſananda efficax.

*Obſ.* 243 calculus veſicæ adglutinatus, tamen exemtus.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 145 calculi de naribus educti.

*Obſ.*

*Obſ.* 146 digitus pedis exemtis oſſiculis carioſis ſanatus.

*Obſ.* 148 iſchuria cum cervice veſicæ accurate clauſa.

*Obſ.* 150 de herniarum ſignis aliqua,

*Cent.* III, *obſ.* 46 iſchuria ſuperata repetito catheteris uſu.

*Cent.* V. *obſ.* 68 mictio pultacea, inde ulcera dorſi, abſceſſus, ut videtur, renis.

*Cent.* VII. *obſ.* 56 fruſtranea paracenteſis.

*Cent.* VIII. *obſ.* 224 in iſchuria ſenili ſalus a catheteris uſu.

*Cent.* X. *obſ.* 20 ab abdomine baculo percuſſo mors ſubita.

*Obſ.* 59 noxa frequentis uſus catheteris.

*Vol.* I. *obſ.* 7 hydrophobia morſui canis rabidi ſero ſuperveniens.

*Obſervationum medicarum centuria* 1682. 12. BOEHM. Non ſatis novi num chirurgici quid contineant. *Centuria* II. Ulmæ 1721. 12. ſucceſſit.

EJ. *obſervationum medicarum centuriæ* III. Aug. Vindel. 1691. 12. *, quæ patris ſunt.

EJUSD. *lineæ medicæ ſingulos per menſes quotidie ductæ, quarum* anni prodierunt ſex, a. 1695, 1696, 1697, 1698, 1699, 1700. Aug. Vind. 8. Singulari inſtituto ſuſcepit quotidie lineam ducere, nempe adnotationem aliquam medicam literis conſignare. Curationes ſunt, inter eas nonnullæ chirurgicæ. Ita a. 1700. fiſtula maxillæ inferioris: maxilla a ſtlopo percuſſa, evulſa parte corrupta ſanata. Femina felici auſu ſibi umbilicum aperuit, & aquas hydropicas emiſit. Tumor pedum ſcarifando diſpulſus. Sphacelus in pede a cauſa interna celeriter funeſtus. Pro calculoſo ſectus eventu funeſto. Injectum in veſicam oleum amygdalarum cum bono eventu. Ulcus ad umbilicum felici eventu ruptum. Calculi ex colli tuberculo. Luxatum ex lapſu femur, caput nempe fractum, & de acetabulo ejectum. Solebat fere ea deſcribere, quæ ſponte ſe offerebant.

EJ. *de embrochis* Ulm 1706.

EJ. *curarum medicarum millenarius* Ulm 1709. 4. *. Ejuſdem indolis & multa continet interſperſa chirurgica. Gluten vulneri non bono eventu admotum. Herniotomus partem inteſtini excidit. Ex nimia pedum divaricatione ani fiſtula. Ejusmodi multa. Glans plumbea ex ſclopo pulſa totum dorſum perambulans. Recuſus eſt cum titulo, *obſervationum phyſico medicarum ſylloge ad modum* F. HOFMANNI *conſcripta* Lipſ. 1746. 4.

IDEM avi ſui nomine, GEORGII, *obſervationes chirurgicas* rariores edidit Aug. Vind. 1702. 8. *. Breviſſimæ. Calculus labii bis exciſus & toties recrudeſcens. Ventriculi vulnus ſanatum, & calvariæ depreſſæ fiſſura. Sic inteſtini vulnus. Hydrops per umbilicum funeſto eventu erupit. A ſtlopetario vulnere caput femoris colliſum, ut abſceſſerit, funeſto eventu. Ex fungo cerebri convulſiones & mors.

Ampliſſima particula oſſis frontis deceſſit, non malo eventu. A patella fracta claudicatio.

Una prodiit *iter medicum* VITI R. in quo etiam chirurgica aliqua reperias, ut ſphacelum ſcroti inciſione facta ſanatum. Ex ictu alterius lateris paralyſis, cujus cauſam in vertebris ſubluxatis fuiſſe putat, quæ tamen extenſæ fuerunt & reſtitutæ. Sphacelus a nimis arcta deligatione, cujus culpam SCULTETO imputat. Fractura patellæ: genu antrorſum labaſcebat.

## §. CCCLXXXII. THEODORUS ZWINGER.

Profeſſor Baſileenſis, celebrium medicorum & nepos & pater, paſſim chirurgiam adtigit.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 186 ſarcomata uteri evulſa felici eventu.

*Ann.* VI. *obſ.* 233 caries maxillæ inferioris gravis ex dente imperite excuſſo.

*Ann.* IX. *obſ.* 227 grando palpebræ diſcuſſa.

*Obſ.* 137 calculi & arenulæ in ſecundis.

*Ann.* X. *obſ.* 200. grando palpebræ feliciter diſcuſſa.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 104 fuſe de homine a cane rabido demorſo, & altero menſe exſtincto.

*Obſ.* 105 de rabie, ut putat, a verme nata.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 10 fiſtula oſſis ſquamoſi ſanata.

*Obſ.* 277 ex coſtæ fractura hydrops pulmonis funeſtus.

*Ann.* VII. VIII. *obſ.* 11 graviſſima cruris fractura & luxatio tali ſanata.

*Obſ.* 12 fiſtula lumbalis ad renem calculoſum pertinens, funeſta.

*Obſ.* 13 fiſtula urethræ ſanata.

*Cent.* VII. *obſ.* 30 a valida contuſione illæſa cute veſica rupta funeſto eventu.

*Vol.* I. *obſ.* 80 uterus prolapſus exciſus.

Inter diſputationes, quarum *faſciculus* Baſil. 1710. 8. * prodiit, eſt etiam *de nephralgia*.

In *Pædoiatreia practica* Baſil. 1722. 8. * non adeo morbos pueris proprios tractat, quam eos, quicunque in eam ætatem incidunt, etiam omni ætati perinde infeſtos. Inter eos morſus eſt canis rabidi, quem noſter feliciter diuturna ſuppuratione ad tutam ſanationem perduxit: herniæ, oculorum morbi, atreſiæ, alia. Inter morbos magis puerili ætati proprios, eſt etiam hæmorrhagia ex umbilico, quam ſæpiuſcule viderit: & vermis umbilicalis, parum nota beſtia: tum ſpina bifida & alia. Frequenter proprios ſibi fere viſos caſus deſcribit.

In

In ejus *theatro Praxeos* Baſil. 1710. 4. 2. vol. * & in compendio *der ſichere und geſchwinde Arzt* Baſil. 1686. 8. & alias edito morbi, chirurgici etiam locum ſuum tenent. Amabat autem vir Cl. ſe in varietate medicamentorum continere.

## §. CCCLXXXIII. Gabriel Carolus Le Clerc, Alii.

D. Medicus facultatis Monſpelienſis.

Ejus eſt *l'Ecole du chirurgien, ou les principes de la chirurgie Françoiſe* par G. C. L. C. Paris 1684. 12. *. Compendium chirurgiæ breviſſimum.

Ejusd. *la chirurgie complete, la methode de preparer le cerveau par* M. Duncan, *pluſieurs reflexions & nouvelles machines de* M. Arnauld, *une pharmacie &c.* Paris 1698. 12. 1706. 12. 2. vol. *, qua in editione Josephi Duverney obſervationes continentur, pertinentes ad oſſium morbos, tum 1720. 12. 1724. 12. 1739. 8. *. Leid. 1731. 12. Bruxelles 1749. 12. 2. vol. Belgice 1695. 12.

Germanice *Wundarzneykunſt* Dresden 1699. 8. Boehmer 1707. 8. Vater.

Anglice *compleat ſurgeon* London 1727. 8.

Non debet confundi cum Planquii chirurgia completa, quæ Paris 1744. 12. prodiit, & a. 1757. 12. 1770. 4. ut puto recuſa eſt. Chirurgia in primis editionibus perbrevis & elementaris, in poſterioribus multum acceſſit ex materia chirurgica, etiam tractatus de re obſtetricia & de reſpondendo de jure aliqua exempla. Inter Arnaldi machinas reperi, quæ patellam fractam continent. In lamina compreſſoria nodulus replens cavum. Laus emplaſtri de cicuta. Porro crux ferrea ad fracturam claviculæ. Conſilia aliqua ad fracturam maxillæ inferioris & ad tibiæ fracturam, ad vertebrarum luxationes. Tibiis rachiticis confirmandis ocreæ. Tibiarum inferiores fines primum tumeſcere, & frangi qua plicentur, iterumque conferveſcere, ut ſuperſint fracturarum veſtigia. Caries cranii ab anevryſmate. Frequens caries in noſocomiis. Tibia ab epiphyſi ſeparata ab intimis putreſcit, maxima exoſtoſis genu. Luxationes femoris ad omnes partes admittit. Ruptum ligamentum vertebræ. Machina ex ferro ſtannato fabrefacta, ad continendam luxatam maxillam. Exemplum ubi ex articulatione vitio nata homo artum flectebat & extendebat. Arnauld machina claviculas retrorſum urgens.

In *tr. des maladies des os*, quam coram video, multa bona reperio. Multa exempla cariei cranii, etiam ab anevryſmate. Exoſtoſium maximarum exempla. Oſſa emollita & fragilia. De gibbo & vertebrarum luxatione ornate. Contra Sylvestrium; non fuiſſe novas articulationes, quas putabat. Clauſo pene vulnere, exfoliatione facta, demum fractura repoſita & inceſſus reſtitutus.

Nicolaus Lequin *traité des hernies ou deſcentes* Paris 1685. 12. Gunz.

Antonii Le Quin *chirurgien herniaire contenant un nouveau traité des deſcentes*

*tes des femmes & des filles* Paris 1684. 12. 1690. 12. HEISTER. 1697. 12. *. Opuſculum eſt NICOLAI LE QUIN a ANTONIO nepote recuſum. Laudes bracherii facti ex filis ferreis, quæ aliis BLEGNYANIS ex ferro tuſo fabricatis noſter præfert. Medicamentum P. de CABRIERES paucis profuiſſe. Strangulationis exemplum a tumore duro factæ tunicarum inteſtini, qui tegumentis adhæſerat, & quo ſoluto hernia reponi ſe paſſa eſt. Multæ curationes ab auctore peractæ (ANTONIO).

Suſpicor ex ipſis ANTONII verbis, alium eſſe ab iſto libello NICOLAI, a. 1684. editum.

M. M. M. (MOVII) *felix puerpera, ſ. obſervationes medicæ circa regimen puerperarum & infantum recens natorum ad* DRELINCOURTIUM Leiden. 1684. 12. GUNZ.

ELIAS PRATTS *rationarium chirurgicum nohtwendiges Handbuch des Wundarztes, wie er Bericht an die Obrigkeit thun ſoll, von aderlaſſen und Schäden u. ſ. f. aus dem engliſchen* Hamburg 1684. 8. BUCHN. 1690. 8.

THOMÆ BRUGIS *vademecum chirurgicum, oder Reiſegefährt eines Wundarztes zu Waſſer und Land*, iisdem annis ex Anglico verſ.

ISAACI AYME' *trichiaſis admodum rara, ſ. obſervatio pilorum abdominis fiſtula & alvo per plures annos redditorum* London 1684. 8. BUR.

CHRISTOPH HENR. RUPERTI *æquum reſponſum ad iniquas de cura ſua bene geſta correctiones* Venet. 1684. 12. GUNZ.

## §. CCCLXXXIV. DISPUTATIONES.

J. EBERHARD PAPELIER *de dyſtocia* Argentor. 1684. 4. *.

EJ. *æger ſuffuſione laborans* ib. 1684. 4. HEFT.

PAUL. GOTTFR. SPERLING *æger ſuffuſione laborans* Jen. 1684. 4. HÆNEL.

EJ. *de incontinentia urinæ* ib. 1694. 4. ſi huc facit.

EJ. *de ſtrumis & ſcrophulis* 1707. 4. ib. *.

EJ. *de carie oſſium* ib. 1707. 4. *.

JOH. HEGGEMAN *de partu difficili* ib. 1684. 4.

DANIEL LEGER *de iſchuria* Leid. 1684. 4. *.

CHRIST. ETNER *de pede emortuo* Thorun. 1684. 4. HEFT.

## §. CCCLXXXV. Diaria.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* III.

Cornelii Spielman, pro Batavis Indiæ orientalis gubernatoris, de telis macaſſaricis deleterio veneno imbutis *obſ.* 45.

Adam a Lebenwald.

*Obſ.* 68 improbabile calculi remedium.

*Obſ.* 69 viperæ morſus ſanatus.

*Ann.* IV. *obſ.* 79 mortes a morſu lupi rabidi.

*Dec.* II. *ann.* III, Jacob Augustin Hunerwolf.

*Obſ.* 92 vulnus oculi ſola ſaliva curatum.

*Ann.* VII. *obſ.* 88 calculus ureteri ſummo impactus.

*Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 113 maximus vulvæ tumor ſponte ruptus.

*Obſ.* 114 de utero prolapſo partus.

*Obſ.* 119 fiſtula funeſta ex hæmorrhoidibus male curatis.

*Dec.* II. *ann.* III. J. Christian Fromman.

*Obſ.* 167 fumus tabaci in tibiarum ulceribus ſalutaris.

Jacob Burgius.

*Obſ.* 174 calculus ex radice penis exciſus.

*Ann.* IX. *obſ.* 155 humeri os ſurſum luxatum.

*Obſ.* 156 moxa ſubito conpreſſi dolores.

*Obſ.* 157 veſicis excitatis aquæ hydropicæ quidem emiſſæ, ſed cum funeſta gangræna.

*Dec.* II. *ann.* III. Joseph Acoluthus.

*Obſ.* 182 calculus in puero ſenſim per urethram eductus.

*Ann.* VI. *obſ.* 22 de ſpina ventoſa.

*Ann.* IX. *obſ.* 110 magna ſymptomata a lapſu ab alto, tamen ſanata, & *obſ.* 161 contuſio ingens omnino abſque ſymptomate.

*Obſ.* 162 fiſtula pectoris aperta & ſanata.

*Obſ.* 163 a caſu ab alto iſchuria.

*Dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 56 tumor maximus ſcroti ulceroſus ſanatus, exſtirpato teſte.

*Obſ.* 57 magna epulis ferro & igne ſuperata.

*Dec.* II. *ann.* III. Daniel Cruger.

*Obſ.* 195 lien in homine exciſus.

*Ann.*

*Ann.* IV. *obſ.* 14 plurimi a femina egeſti calculi.

*Obſ.* 65 morſus viperæ ſanatus ſudoriferis.

*Obſ.* 66 gravia mala ab araneæ morſu.

*Ann.* V. *obſ.* 26 mortes ex iſchuria renali.

*Dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 127 ſexaginta libræ per paracenteſin detractæ ſcirrhusque ſuperatus.

*Dec.* III. *ann.* VII. VIII, *obſ.* 108 leniſſimum ad calculum remedium.

*Obſ.* 116 & aliud ad calculum pellendum improbabile.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 150 moribunda ſuſcitata veſicatorio toti capiti admoto.

In Phil. Tranſ. n. 164. DAWBENCY TURBERVILLE, celebris medicus ocularius, pluſculas obſervationes non vulgares dat breviſſime expoſitas: calculum ex oculi ulcere, magnete eductam de cornea tunica micam ferream; ſabulum cretaceum ex oculi puſtula.

Apud BIRCHIUM hoc anno refertur de calculo veſicæ humanæ 35. uncias pendente.

Calculus a COLEBRON chirurgo exciſus, ut ipſa veſica incideretur.

Canis convaluit, cui non exigua pulmonis particula exciſa fuerat.

## §. CCCLXXXVI. ROSINUS LENTILIUS.

In Curlandia primum, deinde in Suevia medicinam fecit, vir minime aut indiligens aut obtuſi ingenii. Paſſim chirurgica interſpergit.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 200 funeſtam efficaciam deſcribit cylindri chartæ ſcriptoriæ a ſtlopo exploſæ, quæ arterias iliacas rupit.

*Ann.* IV. *obſ.* 160 tumor genæ feliciter reſectus.

*Obſ.* 162 variæ formulæ liquorum ſtypticorum, vitriolici omnes.

*Ann.* V. *obſ.* 204 ab inepto peſſo adverſus uteri prolapſum intruſo veſica compreſſa, calculo pene accurate ei adglutinato.

*Ann.* VI. *obſ.* 4 calendarium ſauciatorum perpetuum.

*Ann.* VII. *obſ.* 237 fetus oſſa per umbilici abſceſſum. Hernia.

*Ann.* VIII. *obſ.* 223 cerea materies e regione lumbari.

*Obſ.* 224 cancer a verruca male curata.

In *append. ad annum* X. aliqua loca parallela habet ad obſervationes in iis actis excuſas. Sic in *Dec.* III. *ann.* I. III. V. VI. VII. VIII. & *Cent.* I. II.

*Dec.* III. *ann.* VII. VIII. *obſ.* 77 lapides aurei nitoris in bovis veſica reperti.

EJ. *Miſcellanea medico practica tripartita* Ulm 1698. 4. *. Inter numeroſa conſilia

conſilia hic reperias etiam, quæ ad chirurgica mala pertinent, ut calculum, ulcera veſicæ, gibbum, vulnus palpebræ, gangrænam ex præfervido ovo admoto, metaſtaſin tumoris a brachio in pedem, calculos in equo & mure repertos, exciſam epulidem; de cruentatione cadaveris; epilepſiam per abſceſſum occipitis ſanatam. Inter adjectas adnotationes SALOMONIS BRAUN eſt de fetu mortuo educto. Pleraque autem brevia ſunt, & in medicamentis fere conſiſtunt.

EJ. ad L. C. GOCKEL *de hydrophobiæ cauſſa & cura diſſ.* Ulm 1700. 8. *. Caſus erat hydrophobiæ, non certo ex morſu natæ, nullo in faucibus enecti reperto vitio. In eum caſum a GOCKELIO communicatum LENTILIUS commentatur: hypotheſin omittimus. Quinquies ait ſe demorſos a rabido cane homines tutos conſtituiſſe. Conſilia aliqua dat, nullo facto experimento.

EJ. *Eteodromus medico practicus anni* 1709. Stutgard 1711. 4. *. Inmenſus ægrotorum numerus, in faſtos diurnos a LENTILIO relatus: inter eos morbos etiam pluſculi chirurgici. Ordo non commodus, cum morbi hiſtoria in plurimos dies diſtrahatur.

EJ. *Jatromnemata theoretico practica, quibus obſervationes, reſponſa, conſilia, caſus, epiſtolæ, diſquiſitiones continentur* Stutgard 1712. 8. *. Collectio fere ut in miſcellaneis. Hydrophobiæ exemplum & ſcholia, deinde ætiologia mali; epiſtola BREYERI, ad quam noſter nonnulla reponit. De gibbo avertendo. Ulcus veſicæ: ulcus auris poſt morbillos. Abſceſſus renum funeſtus. Ex rudiore obſtetricis auxilio abſceſſus in uteri oſtio. Calculoſus, cui jam ſectus fuerat calculus. Ren abſceſſibus plenus, ureter ampliſſimus.

## §. CCCLXXXVII. JOHANNES MERY.

Celebris chirurgus & academiæ ſcientiarum ſocius, vir minime vulgaris. In faſtis academicis pluſculæ ejus adnotationes reperiuntur, eas inter cicatrix in principio urethræ, iter impediens lotii, quale vitium noſter vulgo putat pro caruncula haberi.

EJ. *obſervations ſur la maniere de tailler dans les deux ſexes pour l'extraction de la pierre, pratiquée par le* F. JACQUES Paris 1700. 12. *. Belgice *aanmerkingen over de wyze van ſteen ſnyden van frere* JACQUES. Amſterdam 1700. 8. WACHENDORF. Egregius libellus. Florebat eo tempore fama F. JACOBI, eremitæ, qui rudibus inſtrumentis, anatomes undique ignarus, tamen ob lateralis apparatus prærogativas ſæpe feliciter maximos etiam calculos educebat. Noſter in cadaveribus eorum, qui non pauci tamen interibant, vitia adminiſtrationis ejus empirici detexit, ſolam, ut videtur, veritatem ſecutus. Separatam vidit a veſica urethram, bis perforatam vaginam, magna vaſa inciſa, neque tamen MERYUS non ſenſit hujus novi apparatus commoda. Non diſplicuit perito viro, quod totam proſtatam, collum veſicæ & partem aliquam veſicæ ipſius JACOBUS incideret, ut per amplum vulnus facile etiam grandes calculos educeret: inſtrumentorum vitia pervidit, ut corrigi poſſent monuit. In feminis adminiſtrationem eremitæ undi-

que rejicit. A methodo lithotomi RAOUX novam iſtam non longe abludere ſenſit. Adjectæ ſunt NOELIS relationes de calculoſorum ſectionibus, ab eremita Aureliani adminiſtratis.

In *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1701. MERYUS inſignem dedit de hernia diſſertationem. Peritonæum conſtanter produci in proceſſum, qui ſaccus ſit hernialis, & teſtis tunicis adnaſcatur: muſculos abdominis ſuis tendinibus ei ſacco exteriora involucra circumponere: ſæpe adhærere inter ſe peritonæum, omentum & inteſtinum, aut omentum ad teſtem. Feminam ſervavit idem, cui partem inteſtini ad aliquot pedes longam amputaverit. Veſicam etiam ſupra os pubis felici eventu conpugit.

In *Mem.* de 1703. agit de productione corneæ tunicæ, in carnoſum concrementum abeunte.

In *Mem.* 1706. exoſtoſin enormem in utroque condylo femoris deſcribit, & ſceleton feminæ, cujus oſſa emollita varie incurvata fuerant & contorta.

A. 1707. de nova cataractæ theoria diſquirit. Exemplum lentis cryſtallinæ opacæ, quæ ſolita fuerit in cameram anteriorem exire, quam CAROLUS de S. YVES inciſa cornea tunica exemerit. Quare glaucoma, ita enim vocat, ſuadet per inciſam corneam educere. Cataractam membranaceam intra iridem vidit & corneam tunicam: iridemque corneæ tunicæ adhærentem: nuperorum theoriam rejicit.

A. 1708. Ut honoratum virum decet, priora ſua revocat, & cataractam, quæ membranacea putabatur, vere fuiſſe vitiatam lentem cryſtallinam candidus fatetur, ut certe glaucomatica lens deponi poſſit.

A. 1709. Etiam manifeſtius adgnoſcit, lentem fuiſſe cryſtallinam, quæ cataractæ nomine depoſita fuerit.

A. 1713. de emphyſemate, ejusque in celluloſa tela ſede. Herniæ veſicæ tria exempla.

A. 1716. de magna hernia umbilicali congenita.

A. 1720. manus a ſpina ventoſa mire corruptæ hiſtoria.

## §. CCCLXXXVIII. LAURENTIUS VERDUC. ALII.

LAUR. PATER, chirurgus, qui a. 1693. obiit; EJ. eſt *la maniere de guérir les fractures & les luxations par le moyen des bandages* Paris 1685.12.* alii 1684.12. 1689. 12.* 1712.12.* *Pariſiſches verbandhuys* Amſt. 1691.8. Modus reponendorum artuum, qui elapſi ſunt, fere brevis & vulgaris, faſciæ etiam, quæ ad venæ ſectionem pertinent, & ad anevryſma. Intercurrunt aliquæ propriæ adnotationes. Inflammatio palpebrarum gangrænam minans, curata inciſis palpebris, fotu aromatico. Faſciam *la Capelline* paulum corrigit. Ad ambuſta unguentum nutritum laudat. Sæpe ſcapulam in multa fragmenta diſſilire. Ex phimoſi gangræna repetitis

petitis inciſionibus, deleta bona parte glandis tandem coercita. Ancyloſis in genu aptis faſciis, motu paulatim reſtituto, & fotu emolliente ſuperata. Enormis & repetita fractura tibiæ, gangrænam minans: hæc ſuppreſſa, pars tibiæ decedens exemta, caries oſſis igne coercita, æger tandem ſanatus. Tranſverſam patellæ fracturam aliquoties ſanavit. In caſtris viſæ in oſſe ſacro fracturæ. Gangræna ſpontanea pedis, felix reſectio cuneo, malleo, cauteriis. In gangræna ſpontanea pars tarſi cuneo detruncata & malleo.

In editione 1689. acceſſit tractatus de vulneribus ſtlopetariis, noſter enim in caſtris militaverat. Multum medicamentorum.

PAUL PORTAL *la pratique des accouchemens* Paris 1685. 8. *. Belgice *Practyq der vroedmeeſters* 1690. 8. WACHEND. Primum artificia deſcribit, quibus partus naturalis & præter naturam expeditur. Deinde adnotationes ſequuntur octoginta, inter quas multæ hæmorrhagiæ, fetus varie monſtroſi, placentæ veſiculares &c. Propius ad rem obſtetriciam ſpectat conſilium, non urgere labores, & naturæ auxilium patienter exſpectare. Cæterum omnes partus naturales expedit, dum pedibus puerum extrahit, quos inter pluſculi ſunt capite incuneati, alios quo ex utero prolapſo fetum eduxit, aliquos in quibus placenta vehementer adhærebat, ubi os uteri ab improvida obſtetrice diſruptum erat. Unco etiam uſus eſt. Paſſim VIARDELLUM caſtigat. A BRUHERIO correptus defenditur a TITSINGIO in *Diana* p. 218.

GEORG SIMON WINTHER *hippiater expertus, ſ. medicina equorum abſolutiſſima* Nurenberg 1685. 4. De vulneribus, tumoribus, fracturis, luxationibus.

ISAAC BEBBER M. D. Dordracenus, *waare en vaſte gronden der heelkonſt*, quem libellum S. BLANCAARD cum notis ſuis edidit Amſterd. 1685. 8. *. Theoria Carteſiana.

*Diſſ. ſur les fievres pourprées par les medecins de Dijon, diſſ. ſur les ulceres des reins & de la veſſie* Dijon 1685. 12. PL.

GIDEON HARVEY, Medici regis & celebris ſatyrici, *moſt memorable caſe of a nobleman deccoſed, the art of curing the moſt dangerous wounds by the firſt intention* London 1685. 12. *. Acris ſcriptor, neminique parciturus, itinera fecerat, noſodochia erat ſecutus, manu ſua faſcias admoverat. Vulnus erat de quo agit, per abdomen deſcendens in inguen, valde dolorificum. De chirurgo gallo queritur, qui ſpecillum intruſerit & turundam, LOWERUM non quidem nominat. Multum propinatum eſt opii. A diureticorum uſu ſupervenit verus diabetes, & hectica conſumtio. Noſter demum vocatus nervum magnum læſum fuiſſe pronuntiavit, ex eo nervo pituitam defluere. Cucurbitulas admovit, cauſtico medicamento ei pituitæ exitum conatus eſt aperire. Cum æger melius ſe haberet, relapſus urinam reddidit purulentam & periit. Ren ſanus erat. Pſoas muſculus ſphacelatus. Ad vulnera ſtyptica medicamenta laudat, Regisque guttas vulnerarias.

rias. Stypticum commendat ex vitriolo ad rubedinem calcinato alumine & ſale prunellæ cum ſpiritu vini maceratis.

Idem in l. *vanities of phyſik* London 1700. 8, a Stahlio cum titulo recuſa *ars ſanandi cum exſpectatione* Paris 1730. 8. *. Contra catheteris uſum. Nocere, neque certa de calculo docere, qui ſæpe medicos & chirurgos latuerit. Varia contra mala, & urinæ impedimenta medicis imponere; ut calculum ſuſpicentur adeſſe.

In Samuelis Collins *ſyſtemate anatomico* London 1685. f. * paſſim aliqua huc faciunt. In hyſterica femina gypſea materia plena ovaria, tubæque. Ulcus uteri in rectum inteſtinum communicans.

Joachim Beccheri *wohlerfahrner Wundmedicus* Leipz. 1685. 12. Buttner.

## §. CCCLXXXIX. Disputationes.

Anton. Luders *de rabie vulgo dicta hydrophobia* Leid. 1685. 4. *.

J. Wilhelm Ott. Eggers *de carcinomatis malignitate ejuſque cura* Altdorf 1685. 4. *.

Andreas Pet. Conradi *de partu difficili* Helmſt. 1685. 4. *. A femina debili fetum mortuum ad tres pedes projectum, ſola vi contracti uteri.

Friderici Schrader, Profeſſoris Helmſtadienſis, diſp. *de partu difficili* Helmſtatt 1685. 4. *.

Ej. *de vulnerum cura* ib. 1695. 4. *, Fuſe de D. Vivieni liquore ſtyptico, cujus ſcripturam Carolus II. magni redemit.

J. G. Anthoni *æger nephritico dolore laborans* Gieſſ. 1685. 4.

## §. CCCXC. Diaria.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* IV. *obſ.* 74.

J. Jacob Wagner mirum exemplum refert chirurgi, cui utrumque os humeri exemtum fuerat, brachio tamen ſuo utentis.

*Obſ.* 76 gangræna præputii vinculo ſtricti.

*Ann.* V. *obſ.* 104 calculus ramoſus in bovis rene.

Benedictus Hermann.

*Obſ.* 90 de vi raphani ruſticani ad varios tumores diſſipandos efficace.

*Dec.* III. *ann.* VII. VIII. *obſ* 10 magnum & multiplex uteri ſarcoma.

*Dec.* II. *ann.* IV. Christoph. Schroeder.

*Obſ.* 106 & 107 partus difficilis, fetus rudi unco extractus.

Christian. Lud. Goeckel.

*Obſ.* 112 vermibus inteſtinum perforantibus, abſceſſus inguinis.

*Cent.*

*Cent.* VI. *obſ.* 100 grave vulnus cerebri cum depreſſione cranii.

*Dec.* II. *ann.* III. MARTIN JOH. HAESBART.

*Obſ.* 127 lumbrici pariter effractores.

*Ann.* X. *obſ.* 75 atretæ ano & vulva, hæc ſanata, illa per vulvam feces egerens.

*Dec.* II. *ann.* IV. J. THEODOR MOEREN.

*Obſ.* 128 calculi in lumbis reperti.

*Obſ.* 129 vulnus cerebri ſanatum.

GABRIEL CLAUDER.

*Obſ.* 142 143 ſuturarum diſceſſus, a cephalalgia, a partu.

*Obſ.* 145 dolor intenſiſſimus a formica, quæ in aurem irrepſerat.

*Ann.* VI. *obſ.* 181 vulnus funeſtum pectoris, cultro per ipſam coſtam trajecto.

*Ann.* VII. *obſ.* 159 a tormenti majoris globo contuſio ſubito lethalis, quem eventum magicæ adverſus vulnera arti noſter adſcribit.

*Dec.* II. *ann.* IV. J. BERNH. GRÜNDEL.

*Obſ.* 167 ex levi vulnuſculo gangræna funeſta.

*Ann.* VII. *obſ.* 203 octavo anno a morſu canis erupit hydrophobia inter variolarum molimina, cum quarum eruptione receſſit.

In *Phil. Tranſact.* n. 169. ROGER HOWMAN de funeſta hydrophobia cum paralyſi muſculorum capitis ex morſu vulpis rabidæ.

N. 170 de calculis per anum egeſtis SAMUEL THREPLAND.

N. 171 calculus in veſica viri unciarum 35. dr. 6.

Utcunque huc facit n. 176. GEORGII ASH puella, de cujus corpore undique cornua efflorefcebant.

N. 178. calculus unciarum trium pondere, qui ſponte de urethra feminæ exiit.

N. 269. PETRI SYLVESTRE uterus in partu ruptus.

Ap. BIRCH. a. 1685. de fragmento fiſtulæ tabacariæ ex veſica exciſo.

In *Nouv. de la Rep. des lettres* 1685. refert idem de femina, cui infans in utero remanſit per quatuor annos & per muſculos tangeretur.

SYLVESTRE porro de fractura, qua nova articulatio alieno loco nata eſt.

## §. CCCXCI. J. JACOB HARDER.

Profeſſor Baſileenſis, in anatome comparata potiſſimum excelluit, cæterum varia contulit ad rem chirurgicam.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *Ann.* IV. *obſ.* 116 epiſtolam dat ad REDUM, in qua experimenta ſua recenſet in viperis facta, quarum morſum in variis animalibus funeſtum comperit, etiam a morte viperæ, ut omnino mala, quæ eum morſum ſequuntur, non ſint ab ira.

*Ann.* VI. *obſ.* 102 colon in herniam delapſum.

*Ann.* IX. *obſ.* 93 vulnus ſtlopetarium gulæ & pulmonis feliciter ſanatum.

*Dec.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 136 uterus in partu ruptus, ut per vulnus fetus exiret.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 62 mors a vulnere ſtlopetario coli, ciſternæ & renis.

EJUSD. *apiarium obſervationum medicarum centum* Baſil. 1687. 4. * & cum titulo *theſauri* ib. 1736. 4. Multa continet chirurgica. Ex vulnere muſculi temporalis convulſio alterius lateris. Vulnus funeſtum ſtlopetarium per nares cum impotentia glutiendi. Ex lapſu in ſpinam dorſi urinæ & fæcum ſuppreſſio, deinde funeſta incontinentia. Ab ictu mors & ſanguis aliquis effuſus. In alio a vulnere capitis latus alterum reſolutum. Sic in alio. Vulnus pulmonis gladio icti ſanatum. MORELLUS eo ævo omentum elapſum ligabat. Inteſtinorum gangrænæ etiam a vermibus. Vulnus tenuis inteſtini exquiſita victus ratione ſanatum. Iterum a verme effractum inteſtinum, & tumor in dextro inguine. Calculi renales in tenero infante. Lapides ſuppoſititii. Hæmorrhagia ex vena crurali ſponte aperta. Mors in ipſa adminiſtratione anevryſmatis cauſa ſuſcepta. Infantis abſceſſus umbilici ſanatus. Sanatum inteſtinum, cum fæces ex hernia exiiſſent. Partus difficilis a tumore ſanguineo capitis fetus.

## §. CCCXCII. ANTONIUS NUCK.

Profeſſor Leidenſis, quem ob cadavera nitide inciſa BOERHAVIUS ſolebat laudare, dedit Leidæ 1686. 12. * libellum de *ductu ſalivali novo*, recuſum & auctum a. 1695. 8. & 1722. 8. * cum titulo *ſialographiæ*. In eo libello aliqua habet de vulneribus ductuum ſalivalium, & de diuturnorum liquoris fluxuum moleſtia, ut corrodentibus medicamentis demum uti neceſſe fuerit. Novum hoc malum, nova fuit curatio. Simile etiam malum in lacrumali ductu vidit, in quo neceſſe fuerit, punctum lacrumale coalitum reſecare. Humorem aquoſum oculi frequenter abundare.

In EJUSD. *adenographia curioſa* Leid. 1696. 1722. 8. *. Pluſcula, neque vulgaria huc faciunt. In veſicam animalis globulum depoſuit ligneum; circa eum aliquo poſt tempore calculum vidit generari. Exemplum calculi circa turundam nati, & circa fragmentum fiſtulæ tabacariæ. Paracenteſis in hydrope celluloſæ telæ peritonæo circumjectæ felix: in aſcite aliquoties infelix, tamen & felicior. De peritonæi diverticulis in feminis, in quæ inteſtina deſcendant herniam factura.

EJUSD. *operationes & experimenta chirurgica* edidit J. T. (TILING) medicinæ ſtudioſus Leid. 1692. 8. Jenæ 1698. 12. *. Leid. 1714. 8. *. 1733. 8. Germanice

nice *chirurgiſche Handgriffe* Lubek u. Wiſmar 1709. 8. & cum HENRICI BASSII notis *der erläuterte* NUCK Hall. 1728. 8. Multa inſtrumenta deſcribit, & noviter a NUCKIO, ut putat, inventa; acum catаractæ deponendæ deſtinatam obtuſam, pharyngotomum aliquantum mutatum. Prelum adverſus incontinentiam urinæ in feminis, catheterem multis locis perforatum, laqueum ad vaſa conprimenda, tubulos ad ſanguinem transfundendum. Frenuli ſectione raro opus eſſe. De fungis ex meatu auditorio pullulantibus.

Porro experimenta quæ vocat, ſunt encheireſes ad chirurgicas curationes. Fonticulum in concurſu ſuturæ coronalis & ſagittalis inurendum deſcribit. Eſſe expertum virum, qui omiſſa adminiſtratione aqua calcis polypos narium repetito tangat. Colli incurvati erectionem deſcribit, primo, quæ proprio collari peragitur, tum ſolis fere Belgis dictam, quæ fit reſecto maſtoideo muſculo. De vulneribus vaſorum lymphaticorum ſanatu oppido moleſtis. Tendinis ſutura. Arteriam in artuum amputatione non vult ligari. Arteriotomen laudat. Anulum abdominis jubet digito dilatare.

*Opera* conjuncta Leid 1733. 8.

## §. CCCXCIII. CORNELIUS STALPAART van der WIEL.

Medicus Hagienſis, qui etiam manu curavit. EJUS ſunt *centum & quinquaginta adnotationes chirurgicæ*, quæ primum cum titulo *Zeldſame aanmerkingen ſoo in de genees als heel en ſnykonſt* Hagæ 1686. 8.* prodierunt, addito titulo *eerſte hondert getal*, & *eerſte deel van het tweede hondert getal*. Deinde latine verſæ *obſervationes rariores medicæ, anatomicæ & chirurgicæ prodierunt* Leid. 1687. 8. 1727. 8.*. Gallice vertente D. PLANQUE Paris 1758. 12. Vir omnino expertus & anatomes peritus. Solet autem ad quamque propriam adnotationem ſubjicere variorum ſcriptorum conſentientes locos, aut alia, quæ ipſe eo ſpectantia vidiſſet. Monet ne incidantur abſceſſus in fronte infantum teneriorum, qua per ſuturam dura membrana cum pericranio adhæret. Magnæ oſſium particulæ per abſceſſus venereos labefactatæ & deciduæ. Apoſceparniſmo ſeparata oſſis in capite particula, cum hæreret, chirurgi manu divulſa. Depreſſa infanti frons, ut etiam multis poſt annis inſignis fovea excavata ſupereſſet. Contuſio abſque violatione calvariæ cutisve, abſque terebratione ſanata, & contra in principe ex Naſſoviorum ſtirpe 27es cranium terebratum. Abſceſſus, ut putat, cerebri per aurem expurgatus, funeſto eventu. Turunda ex naribus emiſſa, in ſinum procul dubio frontalem depacta. Ab ictu multum aquæ per aurem effluit. Ranula ægre curata. Ambuſtio palati ſanata, cum aliqua oſſium fragmenta deceſſiſſent. Ex colli abſceſſu pus per nares. Vulnus ſterni, pus in mediaſtino collectum, ſterno perfoſſo emiſſum. Vulnus, quo pectus trajectum, facile ſanatum. Aphonia ex pectoris vulnere, plane ut in VESALII experimento. Ex pectoris abſceſſu pus per alvum & per veſicam. Vulnus infimi ventriculi felicis eventus. Grandis lapis bilarius per abſceſſum hepatis egeſtus. Poſt urinæ vomitum die decimo ſexto

urinæ

urinæ iter egeſto calculo liberatum. Hernia inguinis pro bubone inciſa. Uterus in partu ruptus, & a rudi obſtetrice extractus & inverſus. Aliud exemplum uteri non inverſi, ſed prolapſi. Pſeudoprolapſus uteri, qui vaginæ fuit. Cancer de uteri collo ligando remotus. Veſicæ vulnus facile ſanatum, & in partu ruptum. Calculus per inguinis vulnus. Tibiæ os terebra perforatum, & amiſſum atque reparatum. Patella ſecundum longitudinem fracta. Mors ex morſu felis rabidæ, & ingens ſimilium caſuum collectio.

In alterius centuriæ prima parte. Magna ſymptomata cranio illæſo, ex concuſſo cerebro aut effuſo ſanguine: ſanguis ab ictu accepto effuſus, terebra admota eductus, bono eventu. Doctus anatomen, adgnovit vulnus frontalis ſinus. Mors ab evulſis vibriſſis. Gladii magna particula in orbitam infixa, ægro ſuperſtite. Tumor labii pituita plenus, exciſus, quem morbum pro cancro habuerant. Coli inteſtini vulnus curatum abſque ſutura. Uterus in fundo laceratus, fetus in abdomen effuſus. Hernia umbilicalis congenita. Spina bifida. Hypoſpadiæus. Calloſa impedimenta urethræ. Magna tibiæ exoſtoſis. Tendo conſutus aliuſque ruptus, uterque facillime & abſque ſymptomate ſanatus. In venæ ſectione vaſculum lymphaticum læſum, lymphæque ſtillicidium ægre compreſſum. Filo ferreo curvo feliciter extractum oſſiculum in œſophago hærens. Nævus cauſtico medicamento deletus.

## §. CCCXCIV. Varii.

*L'art de ſaigner accomodé aux principes de la circulation du ſang, par un Me. Chirurgien de Paris* (Henri Emanuel Meurisse). Paris 1686. 12.*. 1689. 12. 1728. 12. quam editionem M. de Vaux auxit. Nitida eſt editio a. 1686. Selectus venarum. In venæ temporum inciſione ægre os vitari. Encheireſis in quaque vena peculiaris. Ipſa ſectio. Faſciæ. Infelix venæ ſectio: tendinis læſio & arteriæ. Arteriæ injectum vinculum. Teſtimonium de invento a. 1674. prelo *Tourniquet*. Cucurbitulæ, hirudines, varices.

*Anweiſung wie man alle Arten der böſen peſtilenziſchen Drüſen curiren könne* 1686. 8. Boecl.

In Johannis Chardin itinere Perſico, Londin. 1686. fol. de ſtatu chirurgiæ in Perſia. Fere eſſe barbitonſores. L. VI. de modo excæcandi, pugione nempe pupillam excidi.

J. Andreæ Stisser *de machinis fumiductoriis curioſis* Hamburg 1686. 4. * quibus nempe fumus tabaci in anum pellatur.

T. Turner *the feminine phyſician* London 1686. 8.

*Le manuel des chirurgiens, ou l'art de guérir methodiquement les playes* Paris 1686. 12.

§. CCCXCV.

## §. CCCXCV. Disputationes.

Frid. Gott. Sylvestris Erkels *de inflammatione in genere* Baſil. 1686. 4. Platn.

J. Philip. Cnopius, alias Blakenhorn, *de calculo renum & veſicæ* Gieſſ. 1686. 4. *.

Barth. Deuxivoye & Nic. de la Carliere *E. demoliendo difficili enterocele emeticum* Paris 1686.

J. Wilh. Hansen *de rabie canina atque hydrophobia* Duisburg 1686. 8.

J. Conr. Leonh. Peyer *de exulceratione* Altdorf. 1686. 4.

## §. CCCXCVI. Diaria.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* V.

Ern. Sig. Grass *obſ.* 45 inteſtinum, quod vermes perruperant, ſanatum.

*Ann.* VI. *obſ.* 143 mirifica hiſtoria ſpinæ dorſi fractæ, callo male confirmatæ, quam empiricus ferro inciderit, ſpinam rectam præſtiterit.

*Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 21 calculus, ut puto, felleus per anum egeſtus.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 14. boni effectus medicamentorum veſicas trahentium.

*Dec.* II. *ann.* V. Georg Heintke.

*Obſ.* 59 felices ſcarifationes hydropicorum.

*Ann.* VI. *obſ.* 124 neceſſe putavit eo ævo demonſtrare, omnino fetum in utero verti poſſe.

*Dec.* II. *ann.* V. Philip. Jacob Hartman, vir egregius, Profeſſor Regiomontanus *obſ.* 61 feminæ calculoſæ inciſio.

*Obſ.* 69 & herniæ, ut videtur ſpinalis.

*Obſ.* 71 & calculoſæ feminæ.

*Obſ.* 73 puerique cui ren ſanus.

*Ann.* VII. *obſ.* 30 ſcirrhorum tunicatorum circa nucleum connatorum anatome.

*Obſ.* 35 a pinguedine indurata partus impoſſibilis.

*Obſ.* 38 hernia gallinæ.

*Ann.* IX. *obſ.* 14 gangræna ex veſicæ ſphacelo.

*Ann.* X. *obſ.* 108 in ſarcocele teſtis in cartilagineam naturam degener.

*Obſ.* 160 calculoſi inciſio, ureter totus calculis obſtructus.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 192 hernia maxima pulli gallinacei.

*Ann.* III. *obſ.* 122 inciſio calculoſi. Lithontriptica inutilia: augmenta calculi per tunicas mucoſas adpoſitas.

*Dec.* II. *ann.* V. DANIEL BSCHERER.

*Obſ.* 107 calculi ex fiſtula abdominis.

GEORGII HANNÆI placenta hora 36 ſponte decedens, *obſ.* 173.

*Ann.* VII. *obſ.* 150 lien ictu cultri ablatus, eventu non lethali.

*Ann.* VIII. *obſ.* 110 vulnus œſophagi poſt ſeſquiannum demum ſanatum.

*Obſ.* 111 improbabilis hiſtoria halitus, qui perruptum corticis capitis cutem, eruperat in homine a colubro demorſo.

*Obſ.* 112 magnus inteſtini prolapſus.

*Dec.* II. *ann.* V. CHRISTIAN ERNST CLAUDER.

*Obſ.* 197 mira hiſtoria concrementi calculoſi circa lumbricos teretes nati, & per anum excreti.

*Obſ.* 198 lapides maximi ex femina excreti.

J. DANIEL GEYER, Medicus Saxo & Archiater,

*Obſ.* 228 membranacea lacinia cum lotio egeſta.

*Obſ.* 231 calculus adhærens funeſto conatu exciſus.

*Ann.* VIII. *obſ.* 159 vulnus circa ſuturam ſpuriam ſquamoſam ſtlopetarium non funeſtum.

EJ. *de harundinatione der ſchilfflegelcur* Helmſtatt. 1734. 4. Si IDEM eſt.

In EJUSD. *müſſiger Reiſeſtunden guten Gedanken* Dresd. 1735. 4. Diſcurſus XI. eſt de curatione HUBERTIANA hominum & canum, a rabido cane demorſorum. Vulnera inciduntur & uruntur, dantur ſudorifera medicamina.

In *Thargelo Apollini ſacro* Francf. 1687. 4. *. ſecunda diſſ. eſt *de cantharidibus.*

*Dec.* II. *ann.* V. CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULLINUS collector, non ſatis incredulus miraculis rerum.

EJ. *obſervationes medico phyſicæ curioſæ in appendice anni* V. etiam chirurgica aliqua, ut exemti calculi ex pene toto inciſo.

Iterum in *Appendice ann.* VI. & VII.

In *Giornale de'letterati*, quod anno 1686. Parmæ prodiit, referunt *Philexotici Brixiani de* curata puella, quam vipera momorderat.

In *Journal des Savans* 1686. de la ROQUE litteris indicatus N. D. L. R. D. L. aliquas rariores adnotationes inſeruit, ut aciculæ in urethra repertæ.

Hæmorrhagiæ per ſympathicum pulverem ſanatæ exemplum.

CARBONEAU acicula in ſcroto hernioſi.

§. CCCXCVII.

## §. CCCXCVII. J. Jacob Waldschmidt.

Carteſianis placitis addictus, Profeſſor Marburgenſis, paſſim chirurgiam adtigit. Ejus eſt *chirurgus* Cartesianus *detegens aliquot in chirurgia errores* Marpurg 1687. 4. *. Pro curatione vulnerum ſimplici, & excludendo aere. Vulnera ſtlopetaria veneno carere.

Ej. *de pernionibus* ib. 1687. 4. *.

Ej. *de calculo renum* 4. abſque anno.

Ejusd. *notæ ad* Pauli Barbette *praxin chirurgicam, & ad caſus* B. Timæi Francf. 1690. 8. Riv. 1695. 4. perbreves & fere medicamentariæ.

In *Epiſtolis inter* Waldschmidium & Dolæum *amoebeis, ſ. decade epiſtolarum de rebus medicis & philoſophicis* Francfurt 1695. 4. *. aliqua huc faciunt; de ophthalmia ſetacei uſu ſuperata: tumor ductus ſalivalis Whartoniani inciſione ſanatus, alia.

Redeunt iſta in viri operibus omnibus Francf. 1707 8. 2. vol. *. excuſis.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VI. *obſ.* 152 paracenteſeos hydropicæ eventus varii.

Georgius Helmhart v. Hochberg in magno opere *adelichen Landleben* Nurnberg 1687. fol. & alias excuſo paſſim præcepta & conſilia medica & chirurgica tradidit, in Tomi I. libro VII. In Tom. II. L. VIII. hic pro equis, in T. III. L. III.

Antonio Antenori, octogenarii chirurgi, *ragioni di dottrine e deciſive contra la ſtampa* da Ercole Capredoni *medico chirurgo* Padovæ 1687. 4. *. Noſter chirurgus Brixianus Capredonum acriter refutat. Pugnatur de curatione tumoris genu ex ictu nati, de quo os corruptum prodierat, & cujus curam Capredonus geſſerat. Noſter curationes ſympatheticas rejicit: ſe antimonio & mercurio præcipitato feliciſſime uſum eſſe abſque nimio dolore teſtatur. Addit numeroſa teſtimonia. Non indoctum opus.

Franciscus Maria Nigrisoli *ad anchoram ſauciatorum* J. Cornelii Weber *obſervationes medici Ferrarienſis* addidit Ferrar. 1687.

Ej. *dell' anatomia chirurgica delle glandule* Ferrar. 1681. 1682.

Conrad. Phil. Limmer *de fonticulis, ubi irrationalis eorumdem in vulgari medicorum praxi uſus oſtenditur, necnon ex fabrica corporis humani infallibiliter demonſtratur* Serveſt. 1687. 4. Riv.

*Der volkommene und wohlerfahrne Wundarzt, aus der holländiſchen Sprache überſetzt* Minden 1687. 8. Gunz.

Tobiæ Schützen *chirurgiſcher Handleiter* Leipz. u. Francf. 1687. 8. Lehm. augente J. Daniel Gohl Berlin 1714. 8. *. Auctor Schuzius curavit circa a. 1670. Homo ex Paracelsi ſchola, quem Gohlius paſſim caſtigat, etiam

ob rudiorem Chemiæ imperitiam. Decocta vulneraria. Varia habet & aliquas abſurdas compoſitiones. His ſuis medicamentis felices curationes tribuit, ut vulneris ſtlopetarii pulmonis. Laudat liquorem de ſanguine humano ſtillatitium ad gangrænam, emplaſtrum ad antiqua ulcera. Addit GOHLIUS ſua medicamenta, lapidem martialem. De venæ in pede ſectione.

J. MULLER *Bericht von Winterkrankheiten, inſonderheit wie die Fontanellen in Kopffſchmerzen, Schwindel und Schlag ſollen angebracht werden* Francf. 1687. 8. BOEHMER.

*Curious obſervations on that part of chirurgery relating to the teeth* London 1687. 4.

POMPEII SACCHI *medicina therapeutica* Parma 1687. f. 1696. f.

EJ. *novum ſyſtema medicinale* Parm. 169 .

EJ. *practica rationalis* ib. 1707. fol. Utique etiam chirurgica continet.

J. ERN. WALTHER de TSCHIRNHAUSEN, nobilis Saxo, in *appendice ad medicinam corporis* Lipſ. 1687. 4. 1695. 4. * egit de vulneribus. Ea ſola quiete, aere excluſo, & admoto perpetim corpore aliquo oleoſo vult ſanari. Ophthalmiam a ſtudiis natam pertinaci oculorum uſu ſuperari.

In LUCÆ TOZZI *medicinæ practicæ parte altera* Avenione 1687. 8. * etiam chirurgica tractantur aliqua, ut de hydrophobia, de trepano ad maniam, de calculo.

## §. CCCXCVIII. J. DE VAUX.

JEAN DE VAUX, Chirurgi Pariſini, viri ſatis literati, qui multa vertit & edidit; *l'art de faire les rapports en chirurgie* Paris 1703. 12. *. Minime malus libellus. Primum vulnerum & morborum dat breves deſcriptiones, & de iisdem judicia & relationes juridicas. Inde leges aliquæ. Verum hiſtoriæ morborum fere imperfectæ ſunt, & raro exitus additur, neque cadaverum inciſiones. Omnis autem generis caſus hic reperias, multos etiam ad medicinam ſolam ſpectantes. Ex vulnere arteriæ intercoſtalis mors. Altera editio cum nomine auctoris prodiit 1743. 12. *, multum omnino aucta, potiſſimum a MORANDO. Varia acceſſerunt ex BLEGNYO, GENDRYO & nuperioribus reſponſis. Editor multa omiſit, quæ ad medicorum honores ſpectabant, & quæ in ea editione non reperias. Medicorum præſentiam ad legitimam relationem requiri. MORANDUS de virginitate aliqua emendavit. Adjectæ ſunt adpendices, ut cadaverum regiorum inciſiones, hæ ex GUILLEMÆO; tum duæ leges, altera, qua a. 1723. chirurgo primario Regis redditur privilegium legatorum ſibi per civitates ſubſtituendorum, altera, in qua academia chirurgica a. 1743. conſtituitur.

EJ. *Index funereus chirurgorum Pariſienſium* Trevoux 1714. 12. Paris 1729. & cum *recherches ſur l'hiſtoire de la chirurgie* Paris 1744. 4. *, qua in editione elogia ſunt chirurgorum Pariſinorum ab ipſo retro PITARDO. Verum inter eos viros,

ſtos, alii ſunt medici, alii de barbitonſorum, quos noſter ſpernit, collegio. Multorum mera nomina, celebriorum elogia addidit, celebreſque ſubinde curationes, hiſtoriam ornamentorum chirurgiæ Gallicæ fere adjecit.

Scripſit etiam contra ANDRYUM epiſtolam *Lettre à M. ſur le huitiéme extrait du Journal des Savans* 1726.

Monet PORTALIUS noſtrum edidiſſe Paris 1720. 12. *de l'operation Ceſarienne* diſſertationem, tum aliam cum VERDUCI operationibus, *concernant la chirurgie des accouchemens, tant ſur ſon origine, que ſur les progrés qu'elle a faits en France juſques à preſent* Paris 1727. in DESMORET, *Memoires d'hiſtoire & de litterature* T. III.

In *elogio*, quod cum indice funereo prodiit, citatur noſtri *epiſtola objurgatoria adverſus* PHILIPPUM PEU Paris 1687, vel 1695. 8. qua ſe tuetur ob malam adminiſtrationem accuſatum.

Dicitur calamum commendaſſe EMANUELI MEURISSE *art de ſaigner*, qui Paris 1728. 12. * prodiit. Sed etiam SAVIARDI & GUILIELMI *de la* MOTTE *des accouchemens & de la chirurgie complete*, & FAUCHARDI *chirurgien dentiſte* calamo adjuvit.

Conſilia EJUS aliqua interiiſſe lego, inter quæ de hernia ventriculi.

Vertiſſe C. BONTEKOE *elementa medica*, GLADBACHIUM, MUSITANUM *de lue venerea*, HEISTERI *compendium anatomicum*, DEIDIER *de lue venerea & de tumoribus*, *Aphoriſmos* HIPPOCRATIS, ALLENIUM, VERCELLONUM, COCKBURNE *de lue venerea*, FREINDII *emmenologiam*, GUALTHERUM HARRIS *de morbis infantum*, BOERHAAVII *tr. de viribus medicamentorum.*

Ejus vitam nuper ſcripſit Cl. SUE Paris 1772. 8. * tum GOUIET, & exſtat in M. S. ejus vita a BERTRANDO ſcripta.

## §. CCCXCIX. DISPUTATIONES.

ADAM FREER *de partu difficili* Leid. 1687. 4. *.

PETRI SNAAKENBURG *de renum & veſicæ affectibus* Leid. 1687. 4. *.

ECCARDI LEICHNER *diſputatio de cancro* Erfurt 1687. 4. HAENEL.

EJ. *de atrociſſimo & tantum non intolerabili dentium dolore* Erfurt 1688. 4. HAENEL.

HENR. WISVILLER *miſcellanea ex ſingulis partibus medicinæ ſelecta* Leid. 1687. 4. *. Etiam chirurgica.

JOACHIM TARGIER *de abortu* ib. 1687. 4. *.

SYBRAND HANT *de duelech, ſ. de lithiaſi.* ib. 1687. 4.

J. JAC. OSWALD *de pædarthrocace* Baſil. 1687. 4. PL.

§. CCCC. Diaria.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VI. *obſ.* 34 Sylvestris Samuel Anhorn Sangallenſis ſaccus abdominalis, forte ex ovario altero degenere natus.

*Ann.* IX. *obſ.* 174 fuſa relatio de vulnere capitis, cum fracto cranio & fungo denique funeſto.

*Ann.* X. *obſ.* 19 enorme de cervice ſteatoma pro plica evaneſcente ſubnatum.

*Dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 73 viſcerum pene omnium funeſti abſceſſus.

*Cent.* I. *obſ.* 6 reſecta parte coli anus artificialis paratus.

*Obſ.* 7 nux calidiſſima hæmorrhagiam dentis evulſi comprimit.

*Cent.* IX. *obſ.* 100 tumores abdominis diuturni. Paracenteſis abdominis, quam mors ſecuta eſt.

Theodorus Caroli.

*Dec.* II. *ann.* VI. *obſ.* 67 funeſta per cariem luxatio tibiæ.

J. Jacob Martini.

*Obſ.* 74 abſceſſus, ut putat, cerebri.

Johannes la Serre.

*Obſ.* 77 in cane globulus plumbeus cordi adjacuit, quo dudum fuerat trajectus.

Caroli Joseph Muller.

*Obſ.* 162 calculi ex aure alibique.

Frideric Wilhelm Clauder.

*Obſ.* 191 inteſtina a vermibus eroſa.

Caroli Richier *obſ.* 196 fiſtula tabacaria calculo incruſtata, eadem hiſtoria, quam & Nuckius habet.

*Obſ.* 198 omenti ligatura feliciter omiſſa.

Alard Mauric. Eggerdes.

*Obſ.* 205 auditus recuperatus per vulnus capitis.

*Obſ.* 209 chyli ex vulnere pectoris fluxus.

*Dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 9 inteſtinum quod in hernia apertum fuerat, ſponte curatum; ſic

*Obſ.* 16 inteſtina alias perforata.

*Dec.* II. *ann.* VI. Sigismund Ledel.

*Obſ.* 211 poſt calculum exciſum alter ſubnatus funeſto eventu.

*Ann.* VIII. *obſ.* 19 a percuſſione aphonia ſenſim recedens.

*Dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 49 cephalalgia veſicatorio ſanata.

In

In *Philoſ. Tranſ. n.* 187. ROB. GOURDON arcanum adverſus morſum canis rabidi indicat, a DAMPERIO & MEADIO repetitum, nempe otiten cum pipere.

Omitto abſurda adverſus idem malum arcana THEODORI MAYERE, dicta in n. 191.

In *Giorn de letterati Parmenſi* 1687 J. MARIANUS GHIARESCHI arcanum liquorem ad reſolvendos cyſticos tumores ſe ait inveniſſe.

CAR. ANTON. TORTONUS in eo diario jam habet tres ſecures hirudinis.

In *Mem. avant* 1699 DIONYSIUS DODART retulit de cranio variis tumoribus obſeſſo, carie calvariam inficientibus.

In *nouv. de la Republ. des lettres* 1687 ex abſceſſu luxatum femur.

In *actis academiæ novæ Philexoticorum* Brixiæ 1687. 12. * editis, multa ſunt, quæ poſſis ad chirurgiam referre. Meliſſæ recente ſucco feminam a vipera ictam & graviter laborantem ſanatam fuiſſe. Lapidum animalium multæ hiſtoriæ. Numeroſiſſimi calculi geniti in virgine ſana, & per urinam redditi. A virgine maximus lapillus feliciter egeſtus: etiam a viro. Calculus ſalivalis. Calculus veſicæ (ſuſpectus), cum aureus dicatur fuiſſe, quales in bobus ſunt, in talcoſas micas delapſus. Cranium antiquiſſimum filis aureis fragilibus plenum, reliquiis ut videtur, cerebri. Calculi de alvo equi. Fabuloſa curatio parotidis, cum porcus faſcias devoraſſet, quibus chirurgus ad id malum deligandum eſſet uſus. Calculo ſecti. Subnatus in maxilla calculus.

## §. CCCCI. VARII.

PETRUS CHIRAC, Archiatrorum Comes, acri vir ingenio, amans gloriæ & hypotheſium, carus PHILIPPO Aurelianenſi, quem curaverat, cum in carpo vulnus maxime dolens accepiſſet. Ad a. 1688 refert PORTALIUS, ſerius tamen chirurgica ſcribere adgreſſus eſt. EJUS ergo eſt *quæſtio medico chirurgica, utrum abſoluta vulnerum ſuppuratione ad promovendam cicatricem præſtent detergentia ſalino aquea ſarcoticis aliis oleoſis & pinguibus quibuſdam medicamentis* Monſpel. 1707. 12. *. Gallice cum tit. *Obſervations de chirurgie ſur la nature & le traitement des playes* Paris 1742. 12. *. Plenus libellus acidæ theoriæ. Aquas hic Balarucenſes laudat, quibus vulnera tendinum foveas, quod ipſum auxilium in Duce Aurelianenſi efficax expertus erat, ceterum non diverſum a FELICIS PALATII conſilio. In univerſum ſimplicem vulnerum curationem commendat, primæque intentionis, ut olim vocabant, pulvereſque digeſtivos diſſuadet. Lixivium poſſe aquæ Balaruccenæ vicibus fungi.

Aliqua chirurgici argumenti ſunt inter Conſultationes medicinales, quæ cum SYLVÆ conſiliis Paris 1744. 12. 2 vol. * prodierunt, de auris abſceſſu, de ſcirrho mammæ.

JOSEPHUS LANZONI, Ferrarienſis, varia edidit huc pertinentia, quæ conjuncta prodierunt in *operibus omnibus* Genevæ 1738. 4. 3 vol. * editis.

In

In l. *de venenis*, qui in I. vol. continetur, recenſentur fere omnia animalia, quorum morſus veneno creditur nocere. Collectaneum fere opus, in quo de tarantulis BAGLIVIO credat &c.

Hactenus huc pertineret *l. de clyſteribus* Ferrar. 1691. fol.

In T. II. conſilia ſunt, quorum aliqua ad morbos oculorum, ad vitia cutanea, ad calculum renum, ad alia mala chirurgica pertinent.

*Obſervationes medicinales* primum prodierunt inter *Acta Academiæ naturæ curioſorum* in operibus omnibus recuſæ.

*Dec.* II. *ann.* VIII. *obſ.* 199 calculi renales maximi, quibus INNOCENTIUS XI laboravit. In altero rene novem unciarum calculus fuit, in altero ſeptem.

*Ann.* IX. *obſ.* 49 pus ex femoris abſceſſu per alvum repurgatum.

*Ann.* IX. *obſ.* 29 vulnus ſinus frontalis curatum, cum ſquamula oſſea per nares deceſſiſſet.

*Ann.* X. *obſ.* 86 cephalea ſanata vulnere capitis.

*Obſ.* 90 intra octiduum a virgine excreti calculi 69.

*Obſ.* 95 fiſtula ſub ſcapula ſanata exemto prælongo cereo, qui 20 ante menſes in vulnus inmiſſus fuerat.

*Obſ.* 124 Inteſtinum in inguine apertum, ſanatum.

*Obſ.* 134 ſolo ſpiritu vini ſanatum vulnus.

*Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 20 mors a vulnere ſcorpii inteſtino recto inflicto.

*Obſ.* 34 arthritis urticatione ſublata.

*Obſ.* 46 fæces per umbilicum ex coli ulcere.

*Ann.* II. *obſ.* 39 lignum, ut videtur, deglutitum ex tumore epigaſtrii exemtum.

*Ann.* IV. *obſ.* 70 poſt triennium globulus plumbeus ex inguinis abſceſſu prodiit.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 126 hydrops ſanatus ſcroti ſcarificatione.

*Obſ.* 281 pus abſceſſus brachii per alvum.

*Obſ.* 282 mors ab aperto ano, qui clauſus fuerat.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 20 cachexia ſublata ulcere ſpontaneo brachii.

*Cent.* I. II. *obſ.* 43 acicula deglutita cum lotio exiit.

*Obſ.* 64 difficile vulnus ex veſpæ punctura.

*Obſ.* 66 poſt calculum veſicæ exciſum, calculus in abſceſſu maxillæ.

*Cent.* III. IV. *obſ.* 60 exempla felicis arteriotomiæ aliqua.

In MANGETI *bibliotheca medico practica Chirurgicæ adnotationes.*

*Obſ.*

*Obſ.* 231 furor & mors ex morſu rabidæ felis.

*Obſ.* 241 ſqq. varia euporiſta ad ſananda vulnera.

*Obſ.* 244 funeſtum ſignum eſſe, ſi caput læſum lumen non tulerit.

*Obſ.* 245 calvaria fracta, cute integra.

*Obſ.* 246 curatio ſola aqua admota peracta.

*Obſ.* 247 ex thoracis vulnere pus per lotium.

*Obſ.* 248 epilepſia ſanata vulnere capitis cum gravi cranii fractura.

In T. III. ad O. Borrichii de calculi generatione ſcholion.

Sic ad Henrici van Moinichen obſervationes, hæc fuſa, cum ſimilium exemplorum congerie, quorum aliqua ſunt auctoris.

Ejusd. *animadverſiones variæ ad medicinam, anatomiam & chirurgiam maxime facientes* Ferrariæ 1688. 8. primum editæ.

*Obſ.* 8 non probat abdominis paracenteſin.

*Obſ.* 12 tumor occipitis cum carie cranii, ut motus duræ meningis tangeretur, tamen ſanatus.

*Obſ.* 15 iterum cranium fractum, cute integra.

*Obſ.* 81 cephalea ſanata temporum arteriotome.

*Obſ.* 98 iterum acicula deglutita cum lotio reddita.

*Obſ.* 114 oſſa fetus partim per vulvam, partim per anum egeſta.

*Obſ.* 115 in graviſſima angina bronchotomen admittit.

*Obſ.* 118 hydrocephalus externus emplaſtro ſanatus.

*Obſ* 137 varia mala veſicatoriis emplaſtris ſublata.

*Obſ.* 147 nullum eſſe vulnerum ſclopetariorum venenum.

Jean Bienaise (ita Portal) *operations de chirurgie par une methode courte & facile* Paris 1688. 12. & paulo aliter, *nouvelle methode d'operations de chirurgie* Paris 1693. 12. (in Belgio.)

Celebris chirurgus & ex tendinum ſutura notus, exque curato arteriæ brachialis in perſona illuſtri vulnere. Brevior & dilucidus. Scarifationem in hydrope laudat. Fiſtulam ani comprehendit ſtylo argenteo inflexo. In arteriis vinciendis nervus ne comprehendatur monet. Omentum jubet ligare. De milite invalido, cui anus artificialis in latere patuit. Paracenteſin in hydropicis, etiam in thorace feliciter a Duverneyo juniori adminiſtrari.

Justus Vesti, Profeſſor Erfordienſis.

Cum *collegio chymico* Caspari Crameri Francf. & Lipſ. 1688. 4. * edidit *decadem obſervationum*, in qua nonnulla chirurgica, ut ſtruma ſubito nata. Vulnus pectoris, quo diaphragma bis transfixum fuerat.

Ejusd. diſp. *de calculo renum & veſicæ* 1688. 4. Hef.

Ej. *de hydrocephalo* Erfurt 1688. 4. Boehmer.

Ej. *de abortu* ib. 1690. 4.

Ej. *de δυςοκια* ib. 1693. 4. Menz.

Ej. *de doloribus vehementiſſimis partum præcedentibus* Erfurt 1696. 4. Boehm.

Ej. *de odontalgia* 1697. 4. Heft.

Ej. *de paronychia* ib. 1704. 4. Hænel.

Ej. *de bubone* ib. 1707. 4. Pl.

Ej. *de lapide bezoardico orientali* ib. 1707. 4,

Ej. *de lapicidina microcoſmica, ſ. calculi renum & veſicæ* Erfurt. 1709. 4. Heft.

Ej. *de vulneribus ſclopetariis* ib. 1711. 4. Heft.

*Les operations de chirurgie par une methode courte & facile, avec deux tr. ſur les maladies de l'eſtomac & ſur la verole* Paris 1688. 12.

D. D. K. (David Kellner) *Unterricht von geſchwürigen offenen Schenkeln und alten Beinſchäden* Nordhauſen 1688. 12.

Nonne idem Ejus *curioſer Schenkeldiener* Francfurt. u. Lipſ. 1690. 12. Lehman.

*Hebammenordnung* Strasburg 1688.

## §. CCCCII. Disputationes.

Christoph Jansen *de manuali operatione obſtetricum in partu difficili* Hardervic. 1688. 4. Boehm. Eſſe C. J. Langii Platn.

Daniel Paridom Kramer *de hydrophobia* Leid. 1688. 4. *.

J. J. David. Streitlein *de dentitione* Altdorf. 1688. 4. *.

J. Joachim Kast *de gangræna & ſphacelo* Argentor. 1688. 4. *.

Magnus Masson *de procidentia uteri* Altdorf. 1688. 4. Heft.

Robert Merlet & Car. Contugi *E. fiſtulæ ani venæ ſectio* Paris 1688.

## §. CCCCIII. Diaria.

Georg Tobias Durr in *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VII. *obſ.* 62 anus clauſus ferro apertus.

*Obſ.* 60 calculus ſponte de femina decedens.

*Ann.* VIII. *obſ.* 171 ſphacelus capitis cum ſuturarum disjunctione lente funeſtus.

*Ann.*

*Ann.* IX. *obſ.* 216 ulcus veſicæ ſanatum ſuctione.

*Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 86 calculus incumbens diaphragmati.

*Ann.* VII. VIII. *obſ.* 148 hydrophobia anno poſt morſum erumpens.

*Dec.* II. *ann.* VII. J. CHRISTIAN MACK.

*Obſ.* 122 ſubitus tibiæ totius ſphacelus.

*Ann.* VIII. *obſ.* 229 inteſtinum per vulnus in latere apertum & patulum.

*Ann.* X. *obſ.* 102 vulnus pulmonis ſanatum, rejecta aſperæ arteriæ particula.

*Dec.* II. *ann.* VII. CHRISTIAN SCHUCHMANN.

*Obſ.* 111. gravia mala a ſerpentis morſu, curata.

*Ann.* VIII. *obſ.* 210 viperæ morſus periculoſus, cum ſummo frigoris ſenſu, tandem ſuperatus.

*Obſ.* 211 dolor omnis evitatus in amputatione ſolo arctiori vinculo.

*Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 103 ex hæmorrhagia ſuppreſſa abſceſſus circa umbilicum ſponte ruptus.

MAXIMILIAN PREUSS, Medicus Vratislavienſis,

*Dec.* II. *ann.* VII. *obſ.* 142 ſpina ventoſa digiti amputatione ſublata.

*Obſ.* 143 cum ex ſuis ſignis calculus in veſica exſpectaretur, nullus fuit.

*Dec.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 220 a curru tranſeunte viſcera integra cute rupta.

*Cent.* III. *obſ.* 13 ventriculi perforati vulnus in aperto & conſervente hepate clauſum.

*Obſ.* 17 materiæ calcariæ metaſtaſis ad mammam.

*Obſ.* 19 anevryſma genu inciſum, ſanatum.

*Obſ.* 20 tumores infantilis capitis carioſi.

EJUS *Cent.* VIII. *obſ.* 91 cum calculo renali ureterem obſtruente hydrops abdominalis.

*Obſ.* 93 epulis peſſima ſanata.

Sic *obſ.* 94 empyema, inciſione.

*Obſ.* 95 cum globulus per ſummum naſum perque calvariam penetraſſet neque extrahi potuiſſet, æger ſanatus.

*Cent.* IX. *obſ.* 19 fetus rupto in abdomine elapſus.

EJUS eſt *vulnerum aliarumque læſionum violentarum & externarum lethalium, vel minus talium ſciagraphia breviſſima* Breslau 1712. fol.

J. JAC. WOLF.

*Dec.* II. *ann.* VII. *obſ.* 187 mors a paracenteſi abdominis.

*Obſ.* 188 iterum fruſtra tentata.

*Ann.* IX. *obſ.* 94 uterus muliebris prolapſus & reſectus, felici eventu.

Hieronymus Ambrosius Langenmantel.

*Dec.* II. *ann.* VII. *obſ.* 235 oſſa emollita.

In *Journal des Savans* 1688. Josephus Courtial refert de ſpica hordei, quæ de latere pueri germinaverit.

In Ejusd. *nouvelles obſervations anatomiques ſur les os* Paris 1705. 12. *. Morbi oſſium etiam tractantur; de emollitione oſſium, de eorum fragilitate, incurvatione. In obſervationibus una editis, etiam chirurgicæ ſunt, ut de hernia incarcerata gangrænoſa, ſanata. Fetus in ventre inventus, cum uterus non videretur violatus fuiſſe.

## §. CCCCIV. Johannes Munniks.

Profeſſor Ultrajectinus. Ej. *Chirurgia ad praxin hodiernam adornata* Ultraject. 1689. 4. *. Genevæ præfixo titulo Amſtelodami 1715. 4. *. Venet. 1751. 4. Germanice *vollſtändige Wundarzney* Francf. 1700. 8. Collectitium opus & fere medicamentarium. Raro aliquam ſuam adnotationem interponit, judicium vix unquam. Os femoris a cauſa interna ex nixu fractum, eventu funeſto. A febre maligna corrupta tibia & gangræna. In luxatione tibiæ, qua talo committitur, artum amputari neceſſe fuit. Pro uteri prolapſu.

L. Le Monnier *traité de la fiſtule de l'anus ou du fondement* Paris 1689. 12. *. Chirurgus Felicis expertam in Rege adminiſtrationem docet, in ultimum inteſtinum datum ſyringotomum longum, inque ſtylum flexilem productum, & quodcunque angulo ſyringotomi interceptum erat, id ſyringotomo reſectum. De hæmorrhoidibus aliiſque ani malis. Multum medicamentorum.

Hugh Ryder *practical chirurgery being a methodical account of direct eminent obſervations, caſes and cures* London 1689. 12. Gunz.

*Der erfahrne chirurgus und Wundarzt* Hamburg 1689. 8. Gunz.

Nicolai Grimberg *obſervationes medicæ* Amſterdam 1695. 12. Ejusdem *obſervationes medicæ anatomico practicæ* Hafn. 1695. 4. *. In formulis fere verſatur; chirurgiam tamen paſſim adtingit. Ut de procidentia uteri, de ſtrumis, calculo renum, penis ulcere, varicibus.

Ej. *kurze Beſchreibung des Nieren und Blaſenſteins* Hafn. 1695.

*Relazione dell' ultima infirmita e morte* d'Innocentio XI. Rom. 1689. 4. Cin. Calculi maximi in veſica utraque.

Candide Romain *diſcours ſur les effets merveilleux de la pierre divine* Paris 1689. 12. Falc.

Franc. Veratti, Chirurgi & Chemici, *Giuſtificazione* Modena 1689. fol.

In Dominici Gagliardi *anatomes oſſium* P. I. Rom. 1689. 8. * proprio primum

primum capite agitur de oſſibus petrificatis accurate, & ad ipſam naturam. Deinde de feminæ oſſibus ſponte in mollem naturam tranſeuntibus, ut flecterentur, abſumta gypſea natura, a qua oſſium duritas pendet.

Diſſ. *ſur la goutte tant chaude que froide* Paris 1689. 12. Laudat urticationem.

J. Bernier *eſſays de medecine* &c. Paris 1689. recuſum cum titulo, *hiſtoire chronologique de la medecine* 1691. 4. *. Hiſtoriam medicinæ alias dicemus. Caput intercedit de chirurgis, contra quos medicorum privilegia tuetur; de obſtetricibus.

In Gualtheri Harris *l. de morbis acutis infantum* London 1689. 4. *. paucula huc faciunt, de difficili dentitione, quo in malo gingivas jubet diſſecare.

Ej. nunc depoſiti ſenis *diſſertationes medicæ & chirurgicæ habitæ in amphitheatro C. R. M.* London 1725. 8. *. Chirurgiam crudeliorem valde averſatur, etiam anevryſmatis vulgarem curationem, chirurgos etiam exagitat, eorumque aliquas infelices curationes carpit. Turundas in pleriſque caſibus reprobat, & ſimplicem Magati medicationem laudat. Cæterum huc faciunt diſſ. *de varice & anevryſmate.* Varicem frictione multa, myrrhæ tinctura, aliisque medicamentis curare ſuſcipit. Diſſ. IX. *de œdemate & ſcirrho.* Ipſe auctor œdema adſtringentibus curat medicamentis. In ſcirrho dat mercurium dulcem. IX. De cancro. A levi guſtu liquoris cancroſi mors miſerabilis, & ab odore. Non placet noſtro cancroſæ mammæ amputatio. XI. De gangræna & ſphacelo. Sola demerſione in frigidam pes ſervatus qui amputationi deſtinatus fuerat (nempe ex frigore). XII. De herniis. Operationem habet pro periculoſiſſima. Ex partu difficili ſæpe hernia. XIII. De chirurgorum erroribus. Contra trepani nimium uſum. Contra ignis commendationem Severinianam. Moxam vehementer laudat.

## §. CCCCV. Disputationes.

Jacobi Roman *de renum & veſicæ affectu calculoſo* Leid. 1689. 4. Riv.

Alexandri Pfister *diſp. de hydroſarcocele* &c. Baſil. 1689. 4. Lew.

J. Gerdes *idea errans & furibunda in hydrophobia conſpicua* Roſtock 1689. 4. Plin.

## §. CCCCVI. Diaria.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VIII.

Marcus Gerbez *obſ.* 70 ſanatus hydrops abſceſſu in ſcroto ſubnato.

*Obſ.* 72 Ej. gangræna inteſtini recti prolapſi.

*Ann.* X. *obſ.* 62 a dente oculari evulſo oculus, deinde & alter, vehementer adfectus.

*Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 129 gangræna ſpontanea pro podagra habita.

*Obſ.* 133 ſaccharo ſaturni ſumma oculi ab aqua forti irritatio ſedata.

*Ann.* II. *obſ.* 165 calculus collo veſicæ impactus urinæ iter interceperat, ſupervenit gangræna, & calculus ſponte in ſcrotum illapſus lotio liberum iter reddidit.

J. CONRAD BRUNNER, inde v. BRUNN de HAMMERSTEIN, Archiater Palatinus, magni nominis medicus & anatomicus, *obſ.* 100, paracenteſis in hydrope felix.

*Cent.* I. *obſ.* 71 & 97 caruncúlas cum medici exſpectaſſent, nihil præter cicatrices & arctatam urethram reperiſſe.

*Cent.* IX. *obſ.* 2 calculoſi inciſio. Veſica eroſa.

In l. *de duodeni glandulis* monet paracenteſin thoracis ſæpe funeſtum habuiſſe effectum, ſe tamen empyema aperuiſſe, & quinto die bona ſigna adparuiſſe, etſi eventus ob alias cauſas funeſtus fuit. De ſtrumis & œſophagi ulceribus, ſcirrhis pylori.

J. GEORG. GRUBEL.

*Dec.* II. *ann.* VIII. *obſ.* 34 abdominis abſceſſus curatus.

*Obſ.* 39 a variolis abſceſſus thoracis, eo aperto ſanatus.

*Dec.* II. *ann.* X. *obſ.* 40 fonticulus inter ſuturam ſagittalem & coronalem fruſtra adverſus cephalalgiam excitatus.

*Dec.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 143 renes conſumti & fruſtatim egeſti.

J. CHRISTOPH. BAUZMANN.

*Dec.* II. *ann.* VIII. *obſ.* 51 funeſtus eventus fuſtigationis.

*Dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 234 recti inteſtini funeſta gangræna ex vulnere ſtlopetario, inteſtino non perforato ſed in gangrænam verſo.

CHRISTIANUS VATER, Profeſſor Wittebergenſis.

*Dec.* II. *ann.* VIII. *obſ.* 147 mors a percuſſo liene.

*Obſ.* 198 vulnus diaphragmatis in centro nerveo in cane adeo non funeſtum, ut multo poſt tempore ſanus ſupervixerit.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 17 LANKISCHII partus Cæſareus.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 162 anevryſma magnæ arteriæ a contuſione ortum, Sic *obſ.* 164 cor ruptum.

EJUSD. viri numeroſæ exſtant diſputationes academicæ, & inter eas chirurgicæ non pauciſſimæ.

*Hiſtoria & curatio bubonis inguinalis cum perforatione inteſtini & eruptione lumbricorum*

*ricorum* Witteberg 1693. 4. *. Pro hernia habitus, admotum bracherium, inteſtinum apertum, lumbrici erumperunt. Colo inteſtino rupto, abſceſſus natus, ſanatus.

*Hiſtoria & cura ſarcomatis monſtroſi & cancroſi* ib. 1693, 4. *. Feliciter amputatum.

*De Cæſareo partu & fetus ex matre viva ſectione* 1693. 4. *. Hiſtoria de qua LANKISCH.

*De contracturis* 1696. 4. PL.

*De abortu* 1698. 4. HEFT.

*De cerebri commotione* 1699. 4.

*De ulcere cancroſo* 1700. 4.

*De ulceribus fiſtuloſis* ib. 1700. 4.

*De trachomate* ib. 1704. 4. MENZ.

*De gangræna* ib. 1707. 4. *. Hernia ex ſinu pudoris pendens, gangræna omnium viſcerum abdominis, lotium in abdomen effuſum. Uterus gangrænoſus, veſica rupta,

*De ulceris veſicæ originibus, ſignis, remediis* ib. 1709. 4. *.

*De vulneribus eorumque ſymptomatis* ib. 1712. 4. *.

*De partu hominis poſt mortem matris* 1714. 4. BOEHM. Felicis ſectionis Cæſareæ exemplum.

*De ſuffuſione oculorum* ib. 1715. 4. HÆNEL.

*De gangræna* ib. 1717. 4.

*De nephritide vera ejusque curatione legitima* ib. 1718. 4. HÆNEL.

*De curatione gravidarum & puerperarum* ib. 1723. 4.

## §. CCCCVII. PETRUS DIONIS.

Delphinæ chirurgus, antea demonſtrator anatomes & chirurgiæ in horto Regio, magna ſuo ævo fama floruit. Huc reponas, quod anatomicum opus hoc anno 1690 primum prodierit, chirurgicum enim, *cours d'Operations de chirurgie demontrées au jardin du Roi* ſerius prodiit Paris 1707. 8. Bruxelles 1708. 8. Paris 1714. 8. 1736. 8. 1740. 8. cum notis Cl. LA FAYE ib. 1751. 8. 1765. 8. 2. vol. Germanice vertente SELINTE Augſpurg 1712. 8. 1722. 8. auct. ab HEISTERO, tum Francfurt 1734. 8. Anglice Lond. 1733. 8. Belgice *verhandeling over alle de chirurgicale operation* Rotterdam 1710 8. LAMBERGEN. Senis opus, rotundi & ſinceri hominis, non quidem inventoris, ſani tamen judicii viri. Totum artis ambitum amplexus ad minima quæque deſcendit. Encheireſes dilucide proponit, & ſuas non paucas adnotationes interſpergit; paſſim etiam inventorum hiſtoriam dat, ut in tr. de hernia, de ani fiſtulis. Inſtrumenta etiam dat delineata,

delineata, qualia eo tempore in uſu erant. Jam MARECHALLIUM omentum reſecuiſſe nullo injecto vinculo. Relatio de ano artificiali, per quem inteſtinum patebat. Paracenteſin commendat & bronchotomen. Aquas hydropicas ſubito abſque malo emitti. Sponte in hydrope cutem hiſcere, ſed fere funeſto per gangrænam eventu. Alia relatio de utero rupto, & fetu in ventrem effuſo, ejusque oſſibus ſenſim per abſceſſum prodeuntibus. A partu matres exſangues. Hydrocelen connatam cedere fomentis vinoſis. Contra vinculum ſacco herniali injiciendum, & contra punctum aureum, niſi una teſtis auferatur: ſaccum ſupra ſpecillum ſulcatum jubet aperiri. Adnatum inteſtinum difficulter ſolvi. Feminas frequentiores pati hernias. In umbilici hernia rumpi peritonæum, non dilatari. Contra Cæſaream ſectionem. Calculos fere naſci in pueris, & iis ruſticis. Etſi F. JACOBUM non laudat, ſatis tamen ſuadet veſicæ corpus incidere. Calculos ſæpe cis finem urethræ retineri. Contra chirurgum LOISEAU, qui HENRICI IV. caruncula ſe curaſſe gloriabatur. BLEGNYI fata, ventoſi hominis. Ut noſter ſtrangulatum inteſtinum facta inciſione repoſuerit. In eo caſu, etiam quando inciſio facta eſt, quoties fæces non obſequuntur, purgantia medicamenta dari vult. Nuper frequentiores factas eſſe ani fiſtulas. Syringotomum in ſtylum abeuntem nuper inventum eſſe. Ut FELIX in cadaveribus prius tentata adminiſtratione LUDOVICUM XIV. ani fiſtula liberaverit. Noſter ſola commoda ſitus ratione effuſo ſanguine pectus liberavit: alium, cui fruſtra ſanguinem exſuxerant, ampliato vulnere ſervavit. Pectoris vulnere dilatato ſanatum, cui multus ſanguis in caveam effuſus erat. Suctio non ſuffecit. Ut HELVETIUS hominem, in quo empyema ſupponebat, inciſione occiderit; ſed cur funeſta fuerat ea inciſio id erat docendum. Cancrum mammæ in ſacrarum virginum cœnobiis perfrequentem eſſe. De variis cancri antidotis: ſanari obſtructas glandulas, ſed eas non debere pro cancris haberi. Cancrum ſola manu juſſit ſuſtentari, dum cultro reſecabatur. Anthracem in collo regis natum ſanatum eſſe, qui valde doluerit. LULLIUM ex anthrace periiſſe. Debere continuo ſcarifari, ſcarifationem repeti, aquam phagedænicam adhiberi. Gibbos in puellis ſæpe ex debilitate ſequi. Exempla trepani ab auctore feliciter adhibiti. Hydrocephalus externus ſcarifando ſanatus. Naſus pene totus amputatus ſutura facta coaluit. Ab inciſo linguæ frenulo funeſta hæmorrhagia. Contrafiſſura in occipite, cum frons ictum eſſet paſſa. Utique calvariam velamento in pueris tegi poſſe, abſque ſquamæ deceſſione. Trepanum continuo debere admoveri, ſed in urbe raro bene evenire. Uvulam exſtirpari non poſſe, neque norvegicum pharyngotomum locum habere. Polypum narium etiam in aſperam arteriam propendere, & metum facere ſuffocationis. Arteriotomen molitus eſt, raram eo ævo adminiſtrationem. Fuſe de venæ ſectione. Exemplum chirurgi, qui arteriam inciſam preſſione ſola & diuturna deligatione ſanavit. Undecies in uno anno celebrem chirurgum arteriam pro vena inciſiſſe. De ſcuto ſ. ponte BOURDELOTII, per ſulcum ſanguinis motum permittente. Nodulo vitrioli ad comprimendum in artuum amputatione ſanguinem Pariſinos vulgo uti, ſed præſtare vinculum arteriæ injicere. RABELII aqua non ſuffecit in femoris amputa-

amputatione. Infeliciter cum curaſſet juſſus eſt abſtinere. Aliquot empiricorum infauſtus exitus. A veſtium fragmentis in vulneribus ſtlopetariis diuturna incommoda, ſoli exciſioni ceſſura. Corpora peregrina continuo extrahenda, non tamen de oſſe glandem. Fragmenta globi ferrei (bombe) inevitabilem fere mortem inferre. Non amputandi digiti, ſi vel de filo hæſerint. Itinera glandium plumbearum longe proceſſurarum, ſi ab oſſe repulſæ fuerint. In principe Regio contuſa genu & abſceſſus, quem aperire neceſſe fuit. Laudes emplaſtri diabotani Blondelliani. Contra ſcarifationem, ſetacea & cucurbitas. Contuſiones maximæ à magnis globis ferreis cominus prætereuntibus. Non dari os inter & perioſteum propriam paronychiam. Cyſtidum ſuppuratarum debere involucrum conſumi cute cauſtico aperta. Non ligari pediculum tumoris, ſed utique reſecari. In abſceſſibus frigidis cauteria prodeſſe. Setaceum non adhiberi.

Ej. *traité générale des accouchemens* Paris 1718. 8. approbatio eſt a. 1716. 1724. 8. Osb. Bruxelles 1724. 8. *. Belgice verſum Leyden 1735. 8. *. nihil à gallica diverſa ed. etſi aucta dicitur. Germanice Augſpurg 1723. 8. vertente J. T. M. D. Anglice 1719. 8. 1724. 8. Etſi noſter cognatum ſuum Mauriceau ubique fere carpit, ejus tamen operis compendium fere hic proſtat a bono ſene in ultima ætate ſcriptum, qui obſtetricis ope paſſim erat defunctus, ut tamen non id ejus princeps officium fuerit. Ejusmodi etiam de rebus egit, quæ non valde faciunt ad artem. Anatome ex libro *du Cours de Chirurgie* ſumta. De partu acu infixa promoto, quem Mauricæus non poterat expedire, Dionysius filius expedivit: qui certe triumphus modicus mihi videtur, vivebat enim puer. Fuiſſe ubi celebris obſtetricator brachium fetui fregerit, qui humeris retinebatur. Ludovicum XV. natibus præeuntibus editum eſſe. Contra Hecquetum, qui nolebat viris nudas committere mulieres. Obſtetrix feminam utero non gerere edixit: ſuſpenſam gravidam eſſe apparuit: obſtetrix officio mota eſt.

In opere anatomico aliqua de partubus ventralibus aliiſque malis chirurgicis reperiuntur. Repoſitionem uteri inverſi jubet continuo moliri.

In l. *des morts ſubites* agit de ſphærica glandula præmagna in utero viſa.

## §. CCCCVIII. Joseph de la Charriere.

Chirurgus Sabaudus, ſcripſit tr. *des operations de la chirurgie, avec pluſieurs obſervations & une idée générale des playes* Paris 1690. 12. *. 1692. 12. 1693. 8. qua eadem videtur editio: 1716. 12. 1721. 8. 1727. 12. Gunz. ab auctore, ut promittitur aucta. Germanice Francfurt 1700. 8. 1715. 8. vertente J. Leonhard Martini. Anglice 1700. 8. Belgice cum præfatione J. Daniel Schlichting Amſterdam 1734. 8. *.

In præfatione litigat cum Du Verneyo, a quo præter rem ſit inter plagiarios relatus. Operationes breviter deſcriptæ, in morbi vero theoria plurimus eſt. Inventa propria vix habet, opiniones utique. Cataractam eſſe laminam, quæ de lente cryſtallina deceſſerit, ad quam novæ pelliculæ adhæreſcunt. In Ame-

rica meridionali gangrænam vulneribus & inflammationibus nunquam ſupervenire. Contra ſcarifationes, quæ fiant ad inflammationem aliquam diſſipandam. Non valde græcus Exomphalon deducit ab *exon* elevationem & *phalos* umbilicum.

J. BAPTISTA VERDUC, Medicus, LAURENTII chirurgi filius. EJUS eſt *le traité des operations de chirurgie* Paris 1693. 8. 2. vol. 1701. 8. *, quæ editio aucta dicitur, & habet conjunctum tr. de faſciis 1703. 8. 12. Bur. Amſterdam 1739. 8. 2. vol. Bruxelles 1698. 8. OSB. 1709. 8. OSB. Experimenta tamen aliqua fecit: inteſtina animalium vulneravit: quoties ſutura ea confirmare neglexerat, animalia vidit periiſſe, materia cibaria in ventrem effuſa; facilius vero ſanata eſſe, quoties ſuturam inteſtino injiciebat, hanc ad vulneris labra adſuebat. Exemplum aeris vere in cavum abdomen effuſi. Exemplum inteſtini ſtrangulati, gangrænoſi, & tamen ſanati. Apparatum altum obſoleviſſe. Cum fiſtula ani incideretur, una ablatum fuiſſe ſcirrhum, felici eventu. Exempla aliqua mammæ cancroſæ feliciter ablatæ. Enorme ſarcoma femoris a ſuperveniente febre multum diminutum. Exempla magnarum fracturarum cranii ſanatarum, cum partes fractæ ob ipſam ſuam amplitudinem auferri nequiviſſent. Duræ cerebri membranæ jactura reparata, carne de pia meninge efflorefcente. Felix eventus ſanguinis depreſſa dura meninge emiſſi. BINARTI feliciſſima in cynanche bronchotome. Impacta acus magnete extracta. Negat uterum prolabi. Quatuor habet paronychias. Debere in eo morbo tendines, oſſa, demum digitos amputari. Inciſum empyema & hepatis abſceſſus.

EJ, *pathologie de chirurgie* Paris 1710. 12. 3. vol. BOEHM. 1727. 12. 2. vol. Amſterdam 1714. 12. 1717. 12. 3. vol. EJ. *chirurgiſche Schriften, worinn die chirurgiſchen Operationes und Cure vollkommene Pathologie vorgetragen werden*, ex gallico verſum, Lipſ. 1712. 4. GUNZ. Meras eſſe hypotheſes PORTAL.

In *ſuite de la nouvelle oſteologie*, quod opus alioquin reliquis operibus VERDUCII præſtat, Paris 1698. 12. 1711. 12. morbi etiam aliqui chirurgici tanguntur, ut tumores a pure facti in tendinum vaginis collecti.

Cæterum circa hæc tempora chirurgorum Pariſinorum fama magis & magis prævaluit, ut HARDERUS, KOENIGIUS, BRUNNERUS, ſenſimque omnium gentium medici Pariſios chirurgiæ cauſa adierint. Nam & ipſe Rex inter perpetua bella ſaluti ſubditorum conſuli volebat, novaſque paſſim cathedras, nova noſocomia militaria conſtituit, quibus præſidiis inſtructi chirurgi & in arte ſua proficerent, & docendo inclareſcerent. Multum etiam contulit, quod ſpecimina a candidatis ſeveriſſima fuerint exacta (*a*). Paulatim chirurgicam etiam ſupellectilem perfecerunt & difficiliores adminiſtrationes in uſum revocaverunt, quas nuperorum deſidia ſiverat in oblivionem delabi.

(a) DIONIS preface.

§. CCCCIX.

## §. CCCCIX. J. v. Hoorn. Justina Siegmundin.

Johannes van Hoorn, Medicus & vir obſtetricius Holmienſis, ex Pariſina ſchola.

Ejus *diſputatio de partu præternaturali* Leid. 1690. 4. *. Brachio præeunte quærendum pedem. Caput incuneatum aperiendum.

Ej. *den ſwenſka wäl öfwade Jord gummen hwilken grundeliken underwyſer huru med en hafwande handlas & en barna quinna handteras och det ny födda Barnet skiötas skal* Stokholm 1697. 8. Lambergen, quater minimum recuſa & 1754. 8. Germanice *die zwey Wehmutter Siphra und Phua* Leipz. u. Stokholm 1747. 8. Würzburg 1758. 8. *Unterweiſung der Wehmütter in Frag und Antwort* Stokh. 1716. 8. Belgice cum notis G. ten Haaf. Amſterd. 1753. 8. Utilem artem in patria ſua primus docuit, obſtetricibus artis præcepta impertiit, in arte facta femina adminiſtrationibus præivit. Obliquitatem uteri ut Henr. v. Deventer pro præcipua partuum difficilium cauſa habuit, varioſque obliquos ſitus deſcripſit, cum auxiliis, quibus ſuperantur. In gravi caſu elapſum brachium abſcidit, cæterum pleroſque difficiles partus expedit adreptis pedibus. De partu retento ob reſiſtentes humores. In convulſis feminis ſpem omnem in partu eſſe. Brevis ubique & practicus.

Subjectæ ſunt *adnotationes obſteticiæ* triginta. Uterus cum placenta evulſus & reſtitutus. Caput in oſſe pubis hærens ut expediverit. Altero demum die relaxato interim uteri oſto converſus fetus. Multa exempla partus a præeunte brachio retardati, quoad auctor pedibus adreptis puerum extraxit; fuit tamen, ubi coactus fetum diſſecuit. Fetus capite hærens, quod oportuerit a corpuſculo ſeparare. Cum nullo modo fetum vertere poſſet, eum inſtrumento ſuo expedivit, quod alias ungulam vocat, deſcribere autem omittit. Bonus auctor, neque ſatis, ut meretur, notus.

In editione hujus operis Stockh. 1723. 8. lego acceſſiſſe Portalii obſervationes octoginta, cum Hornii notis tamquam tomum ſecundum obſtetricis Suecanæ.

Idem in *Act. Suec.* 1724 egit de prolapſu uteri vero reſtituto.

In Ejusd. *Lectione* III. circa generationem Stockh. 1709. 8. * pluſcula huc faciunt, de partu difficili, & funiculo longo, quem jubet diſſecare. De doloribus poſt partum, de fetu ex matre mortua exciſo, de utero obliquo, de cingulo puerperarum. Caput in partu comprimi, & anguſtius reddi. Oſſa pubis non diſcedere.

Vita viri reperitur in *Act. Litt. Suet.* 1725.

Justinen Siegmundin gebohrner Dietrichin, Sileſiæ feminæ, *Brandenburgiſche Hofwehmutter, oder Unterricht von ſchweren und unrecht ſtehenden Geborten* Cölln an der Spree (Berlin) 1690. 8. 1692. 4. 1723. 4. * 1756. 4. Belgice, vertente C. v. Solingen Amſterdam 1691. 4. cum titulo *ſpiegel der Vroed*

*vrouwen.* Non inficeta femina, multa experta, & ſponte etiam moliens, etſi aliqua minus probes, nimis frequenter vi diruptas aquas, quas negat etiam digitis facile aperiri, bacillos in uterum datos, quibus pedes alte ſitos conatur ligare. Sarcoma uteri ut forcipe comprehenſum eduxerit. Fetum tribus modis pari, capite præeunte, pedibus & natibus, non aliter. A nimio nixu caput fetus periculoſe nonnunquam lateſcere. Pedes perſæpe faſciis devincit, ut facilius educat. Ut brachium retrahat puer, digitos ejus comprimit. Natibus præeuntibus non difficillimum eſſe partum. Puero oblique præeunte matrem reclinat & femora elevat. Si caput nimis magnum fuerit, lente enitendum. Periculum ſummum eſſe, quoties fetu bene diſpoſito tamen partus diu moratus eſt: tum ne mater cum fetu pereat, noſtra unco uſa eſt. Speculum uteri non adhibendum, niſi quando ulcera adſunt. Ut placenta ſequatur, abdomen paulum adtolli jubet, & ſecundam manu ſiniſtra adripere, dextræ vero digitis duobus funiculum ſequi ad os uteri, tunc id os elevare & diducere. Mors ex hæmorrhagia, cum funiculus perbrevis eſſet, & ſe in uterum recepiſſet. Ut ægre & cum periculo adhærentem placentam deglubſerit. Contra ridiculam adminiſtrationem eo ævo vulgo receptam, quo mater præceps dabatur. Capite prægrandi in primipara provectioris ætatis partus ſemper periculoſus eſt, etſi ſitus bonus fuerit. De utero ante fetum prolabente: inſertis duobus digitis deberi ſuſtineri.

Inde cum a. 1690 *in corollario ad diſp. de gonorrhœa noſtræ nonnulla* ANDREAS PETERMANN Profeſſor Lipſienſis carpſiſſet, noſtra edidit *ſendſchreiben an* A. PET. *wegen eines corollarii ſeiner diſp. de gonorrhœa* Cölln an der Spree 1692. epiſtolam, recuſam cum nuperioribus editionibus SIEGMUNDÆ. Inexpertum de arte judicare objecit; & cum idem reſpondiſſet, noſtra ſecundum edidit libellum *wider* A.PETERMANN *gründliche deduction vieler handgriffe, die er als ungereimt verwirft zu erweiſen; nöthiger bericht*, recuſum in nuperis editionibus. Explorationem fetus, quæ nunc eſt receptiſſima, eo ævo PETERMANNUS pro nova re & inſolente, atque inutili habebat. Defendit aquarum in fetu bene ſito diſruptionem, defendit etiam vinculum pedibus injectum, & bacillum.

ANDREÆ PETERMANN *de gonorrhœa* Lipſ. 1690. 4.

IDEM *in gründlicher deduction vieler handgriffe, die in der Chur Br. wehmutter gerühmt werden, und auf bloſſer ſpeculation beruhen* 1692. 4. Fetum duobus ante partum menſibus fruſtra manu explorari. Contra uſum bacilli. Humeris etiam fetum hærere poſſe, etiamſi caput non reſtiterit, & capite recte præeunte, fetum a funiculo ſtrangulari. Non debere in caput pueri uncum injici, & præſtare fracto capite manu oſſicula eximi.

Interceſſit facultas medica Francofurtenſis ad Viadrum, & PETERMANNI objectiones condemnavit.

Reſpondit PETERMANNUS *in fernerer deduction wider die information der mediciniſchen facultät zu Francfurt an der Oder, die Br. Wehmutter betreffende.* Non eſt chirurgici argumenti: libelli reperiuntur recuſi in editione SIGMUNDIÆ Berolinenſi 1723. 4. *.

Ej. *de enterocele* Lipſ. 1696. 4. Riv.

Ej. *adnotationes in chirurgiam* Pauli Barbette Leipzig. 1703. 8. Lehman.

Ej. *caſuum medico legalium decandes* II. Lipſ. 8. Heister.

## CCCCX. Varii.

Filipo Masiero, Chirurgus Patavinus. Ej. *il chirurgo in practica* prodiit Venez. 1690. 8.* 1702. 8. 1729. 8, & alia prior ante annum 1690. 8. fuit editio, mihi ignota. Univerſæ chirurgiæ compendium. Medicamentis abundat. Subinde ſua interponit experimenta. Se trepano uſum, abſque ulla ſanguinis profuſione. Adverſus ſeveriori chirurgiæ, a lapſu, cum æger vomeret & linguæ uſum amiſiſſet, noluit cutem ſuper calvariam incidi, felici eventu. Cum frons puellæ depreſſa eſſet, primam calvariæ laminam excidit, alteram conſervavit. Igne in amputando abſtinuit. Sanata vulnera aſperæ arteriæ. Denique materia chirurgica.

Ej. *il ſogno chirurgico* P. I. & P. II. Padova 1697. 8.

Ej. *chirurgia compendiata* Venez. 1749. 8. Rast.

Ej. *opere chirurgiche raccolte dall' autore* Patav. 1707. 6. Boehm.

In E. N. C. *Cent.* III. *obſ.* 36 deſcribit mortem a fuſo ano intruſo.

Jean Pirrhon de Launai, chirurgi herniarii, *inſtructions neceſſaires pour ceux qui ſont incommodés de deſcentes* Paris 1690. 12.* 1730. 8. Boehm. Relatio de homine ex hernia incarcerata mortuo & inciſo, in quo proceſſus peritonæi exiguus, & portio inteſtini elapſa minima fuit, inteſtinum vero adnatum. De medicamento P. de Cabriere: bonum eſſe, ſed ejus uſum obſoleviſſe. De bracheriis, quæ venditat, chalybeis.

Jacobi Sinibaldi, Profeſſoris Romani, *Apollo bifrons medicas & amœnas diſſertationes latino & Etruſco ſermone exponens* Rom. 1690. 4. *. Huc pertinet diſſ. contra veſicantium abuſum: veteres Græcos iis non uſos. Non convenire niſi veris febribus malignis, quæ ſint cum humorum coagulatione conjunctæ; humores enim diſſolvere. Nephritis a ſpiritu ſalis ſumto potius aucta.

Emanuel de Porras, Madritenſis, *Medela de cirurgia* Madrid. 1690. 4. Cap. de Vil.

Wahrmundt *unpartheyiſcher diſcurs und vorſtellung drey nothwendiger fragen vom ſchröpfen* 1690. 8. Heister.

Gerard Sermes *Kortbondige verklaaring van de gezonde en ongezonde toeſtand des menſches, derſelfs oorzaaken en geneeſing* Amſterdam 1690. 12. Agit etiam de medicamentis chirurgicis, veſicas cientibus &c.

## §. CCCCXI. Disputationes.

J. Henrici Panring *de gangræna & ſphacelo* Leid. 1690. 4.*.

Chr. Maur. Hofman *de enteroſcheocele* Noriberg 1690. 4.*.

J. PHIL. MOTZ *de calculo humano* Utrecht 1690. 4. * DRELINCOURTIUM calculos inveniſſe in renibus embryonum 4 & 5 menſium.

NICHOLETS PAUNCIFORTE *de renum & veſicæ calculo* Utrecht 1690. 4. *.

J. LINDELIUS *de vipera ejuſque morſu* Utrecht 1690. 4.

ANASTAS. HERZOG *de gangræna & ſphacelo* Baſil. 1690. 4. BOEHMER.

J. JOACHIM KAST *de gangræna & ſphacelo* Baſil. 1690. 4. PL.

HENRICH CHRISTOPH ALBERTI *de calculo renum & veſicæ* Erford 1690. 4.

NICOL. du MONT *de calculo renum & veſicæ* Baſil. 1690. 4. HEF.

J. JAC. HAUSER *de iſchuria integra urinæ ſuppreſſione* Baſil. 690. 4. HEF.

GEORG CHRISTOPH PETRI *de phlegmone* Erford 1690. 4. RIV.

## §. CCCCXII. DIARIA.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* IX.

GUSTAV. CASIMIR GAHRLIEP, Archiater Brandenburgicus, *obſ.* 70 de ferramento in ſinu frontali per triennium geſto.

*Ann.* X. *obſ.* 78 calculus prægrandis per feminæ dilatatam urethram eductus.

*Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 84 fiſtula urethræ multiplex ſanata.

*Obſ.* 85 enorme vulnus abdominis ſanatum.

*Ann.* II. *obſ.* 62 oſſiculum, quod in gutture hæſerat, die 14 cum maxima hæmorrhagia ejectum.

*Obſ.* 109 anevryſma ſpurium a vulnere ſtlopetario poſt peritam adminiſtrationem tamen per convulſiones lethale.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 4 os monſtroſum fronti adnatum & abſectum.

*Obſ.* 5 tumor enormis brachii funeſtus.

*Obſ.* 163 mamma exſtirpata ſed funeſto eventu.

*Obſ.* 241 a coccyge luxato multa mala, reſtitutus idem.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 95 mors ab obſtructo lotio, veſica ſe circa exitum ureteris contrahente.

*Obſ.* 44 inteſtini pars amiſſa a vulnere ægre reſtituta, apto ſcuto & deligatione idonea.

*Obſ.* 45 calculi egeſti, qui integris octo annis in urethra hæſerant.

*Cent.* I. *obſ.* 1 fractura ſpinæ dorſi octavo anno in cadavere detecta.

*Cent.* II. *obſ.* 126 ſarcocele ſubito nata, ulceroſa, ſanata *Cent.* III. *obſ.* 87.

*Cent.* III. *obſ.* 22 inteſtinum in bubonocele ruptum in malum tranſeuns diuturnum.

ANDREAS

ANDREAS LOEW, Hungarus.

*Dec.* II. *ann.* IX. *obſ.* 115 Uterus in partu ruptus.

*Obſ.* 116 ſecundæ retentæ poſt triduum abſque noxa egeſtæ.

*Obſ.* 158 pterygium ingens & inſanabile.

DAVID REICH.

*Obſ.* 221 contuſio cranii cum magnis ſymptomatibus abſque terebræ uſu ſanata.

In *Journal des Savans* 1690. PANTHOT refert de lapide in ovo reperto.

## §. CCCCXIII. GUICHARD JOSEPHUS DU VERNEY.

Maximus inciſor, chirurgiam amavit, multaque dedit in *Academiæ Regiæ Pariſinæ commentariis* eo ſpectantia. Jam a. 1689. aliqua protulit de aqua ſtyptica, a LEMERYO deſcripta, qua etiam Argentorati cum plurimo fructu uterentur in omni vulnerum genere.

A. 1693. anatomen dat hominis a fulmine tacti. Contuſa aliqua & ambuſta & pulmo ſanguine expreſſo privatus.

In *hiſt. de l'Acad.* 1700. de penna deglutita, quæ ex abſceſſu prodiit.

IDEM paſſim bona monita & conſilia, non quidem unquam edita, cum chirurgis Pariſinis communicavit, & utilitatem compreſſionis in abdominis paracenteſi (*a*).

Deinde poſt mortem illuſtris ſenis PETRUS SENAC Archiatrorum Comes, noſter olim amicus, edidit ex manu DUVERNEYI ſcriptis codicibus, *Traité des maladies des os* Paris 1751. 12. 2. vol. *. Hoc opus non oportet ex noſtris æſtimare temporibus, multa enim potuerunt a DUVERNEYO inventa fuiſſe, & eo tempore nova, quo ſcripta ſunt. Nam circa annum 1690. noſter erat quinquaginta annorum vir, multoque rerum uſu exercitus. Verum & ſic multa habet a PETITO, tanto nuperiori, non dicta, ut fiſſuras ſecundum oſſis longitudinem factas, quas PETITUS non admiſit, fracturam jugi; de calli ex ſucco ſpiſſato origine, de perverſione muſculorum & capitum oſſium, de pedibus curtis, de relaxatione artuum, de diaſtaſi & de origine gibbi, de luxatione radii & pollicis, de cauſa emollitionis & fragilitatis oſſium, vitiisque ex rachitide naſcentibus.

T. I. eſt de fracturis. Fiſſuras per longitudinem oſſis propriis experimentis confirmat. Fuſius de ſterni fracturis & ſcapulæ, etiam ab anevryſmatibus ortis. Exempla vertebrarum fractarum, quarum felix fuit eventus, tum fractorum oſſium innominatorum. Fractum olecranum ſæpe in ancyloſin tranſire. De fracto collo femoris, incurabili malo; de ſeceſſu epiphyſios, qui in adulto homine locum non

(a) FERREIN *chirurg.* p. 433.

habet

habet. Exemplum arteriæ in oſſe fracto callo circumdatæ. Contra efficaciam oſteocollæ. SYLVESTRIS nova articulatio miraculis adſictis liberata. Fracturæ a putrida medulla peſſimæ; malæ a cancroſa materie. Exemplum fracturæ longæ trepano recte curatæ. SCULTETI vinculum faſciæ 18 capitum præſtat. Sponte fracta in magna flexione patella: ejus vinculum laceratum & patella ſurſum ducta. Anevryſma a fracta tibia. In teneris diſceſſio cartilaginis epiphyſios locum habere poteſt, tum in ſcorbuticis & venereis. Fractura naſi, oſſis jug, & reſtitutio. Fracturæ maxillæ in capitis vicinio periculoſæ.

T. II. de *luxatis* primum & de ſecedentibus oſſibus cranii: de motus jactura ex perverſis capitibus oſſium & muſculis. Vertebras non luxari, neque adeo in rectitudinem poſſe corrigi, contra PETITUM. In gibbo retrorſum facto, ubi vertebræ anterius proximæ & tenues, poſterius vero ſuccus oſſeus inter vertebras ſpiſſatus eſt. Sternum antrorſum pelli a retractis per ſuos muſculos coſtis. Ambe paulum correcta. Radium ab oſſe humeri ſeparari poſſe. Femoris luxationes varias admittit. Curvaturæ oſſium rachiticorum: oſſa mollia, pelvis anguſtiſſima. Oſſa ſponte rupta. In fractura tibiæ ab arteria rupta, mors. Sic ex arcus aortæ anevryſmate rupto. Pedis mira luxatio, antrorſum & retrorſum. Humerus deorſum poteſt prolabi, etiam antrorſum aut retrorſum. Contra Amben. Ginglymus; vix a lethali violentia luxari. Machina polyſpaſtos M. MICHAULT laudata. Os cum vulnere luxatum non debet reponi. Non poſſunt reſtitui vertebræ luxatæ. Ad ancyloſes emollientia balnea, quibus incocta capita & inteſtina. Connatæ inter ſe ſex vertebræ colli & dens ab atlante diſtractus. Caries cum exoſtoſi requirit repetitam perforationem, deinde exciſionem, quæ malleo fit & cuneo. Caries ab anevryſmate in dura membrana cerebri. Caries femoris ab ulcere fiſtuloſo, & os fractum. Totus cubitus extractus & reſtitutus. Laminæ externæ tibiæ detractæ. Non debere carnem granulatam deſtrui, &c. Epiphyſes celerius ſquamas dejicere. A carie profunda os deſtructum & trepanum in ſterno. Perforatio BELLOSTIANA non ſucceſſit. A ſucco effuſo in metatarſo exoſtoſis. Femur celluloſum, in cellulis gluten. Caries cum exoſtoſi conjuncta perite multis ferramentis perforanda & excidenda. Gangræna in digitis ex ictu.

In L. III. alii oſſium morbi. Rachitidem a mollitie partium & minori copia partium ſolidarum deducit. Exempla oſſium mollium. In theoria cariem excuſes humoribus imputatam acidis. BELLOSTIANUM conſilium rejicit, neque vult exiguis foraminibus oſſa terebrare. De exoſtoſibus: oſſeum fragmentum concremento oſſeo cinctum. Vita DUVERNEYI adjecta eſt.

Promiſerat etiam SENACUS chirurgiam DUVERNEYI, ſed ea ſpes interiiſſe videtur.

## §. CCCCXIV. FRIDERICUS RUYSCH.

Per multos annos Profeſſor Anatomes Amſtelodamenſis, opportunitatem non neglexit in morbis chirurgicis innumerorum exemplorum videndorum, obſtetriciam

ciam etiam exercuit (a), Mitiora conſilia amabat. In fractura complicata, cum fragmenta oſſis decedere neceſſe eſſet, noluit incidi, & per abſceſſus exemit (b).

In *obſervationibus*, quæ cum tr. *de glandulis lymphaticorum* vaſorum prodierunt 1667. 12. aliqua huc faciunt, pauca tamen, ut de ancyloſi, de tumorum tunicatorum ex hydatibus ortu.

In *obſervationum anatomico chirurgicarum centuria* Amſterdam 1691. 4. 1721. 4. *. &c. Anglice *practical obſervations in ſurgery and midwifry* Lond. 1751. 8. Osb. Gallice cum Palfyni anatome, multa ſunt argumenti chirurgici. Uteri prolapſus numeroſi. Uterus ſecum proripuerat veſicam, cujus uteri pars in ſitu remanſerat, pars in prolapſa veſicæ portione continebatur, ex qua numeroſi calculi inciſione facta exemti fuerunt. Anevryſma brachii ſectione facta exinanitum, gangræna inminens averſa, homo ſanatus. Patella in conatu muſculorum tibiæ erigentium fracta. Carpi oſſa fracta renuunt callo conciliari. Calvaria denudata, nigreſcens, nulla tamen ſquamarum deceſſio. Uterus ſcirrhoſus, propendens, ab imperito homine una cum oſtio veſicæ vinculo adſtrictus: alia exempla prolapſi uteri vel inverſi, vel non mutati. A vero funiculi umbilicalis nodo enectus fetus. Iſchuria funeſta a calculis ureteri impactis. Per vulnus inciſi abſceſſus abdominis elapſum ovarium. Hymen nimis perfectus in partu inciſus. Sic & alias diſſectus idem, ut menſibus via pateret. Penis cancroſus feliciter reſectus. Spina bifida, & vertebræ lumborum aliquæ abſque ſpinis, & alia adfinia exempla. Anevryſma aortæ arteriæ, indeque coſtarum caries: alia anevryſmata. Cephalea aliquoties a ſetaceo ſublata eoque remoto redeuns. Læſo in aperto bubone vaſe lymphatico, plurimum ſeri profluvium, arcta preſſione tandem compreſſum. Fiſſuræ progreſſum ſutura non potuit inhibere. Fungus palati ſcalpello & cauteriis exſtirpatus. Tumores aquoſi occipitis. Vulnus pectoris, de quo particula pulmonis prodiit, ea ligata ſanatum. Vulnus per orbitam ſanatum. Acicula deglutita per inguen prodeuns. Calculus ramoſus renis pelvem replens. Vulvæ & recti inteſtini gangræna ſanata. Gangræna & vagina in rectum inteſtinum perrupta, ſolis ſanata plumaceolis. Polypus carnoſus ex ore uteri erumpens. Nulla in penis cancroſi amputatione hæmorrhagia. Uteri portio in partu elapſa feliciter reſtituta, veruſque pariter prolapſus. Contuſio capitis abſque inciſione ſanata. Uterum obſtetricum culpa frequenter inflammari recte vidit. Tumor in abdomine puerperæ ex omento convoluto & in carneam naturam transeunte. Vivo cani exſectus lien. Spina dorſi vehementiſſime & in circulum fere flexa. Bis umbilici cutis defectus. Vulnus veſicæ; & ſcroti gangræna ſuperata. Linguæ ulcus ferro & igne ſanatum. Polypus intra antrum maxillæ; veſica intus tuberculoſa. Spina ventoſa, ſ. profunda oſſium caries. Uterus omnino & ad dextra reclinatus. Ren calculis plenus. Cum calculus ſederet in uno uretere, iſte



(a) *Adverſ. Anat.* II.
(b) Titsing *beelk.*

iſte ampliſſimus & pure plenus. In hernioſo tota veſica urinaria in ſcrotum elapſa.

In *Muſæo anatomico* RUYSCHIANO una excuſo, aliqua habentur ad morborum chirurgicorum hiſtoriam facientia, ut oſſa femoris fracta, quæ male conferbuerunt, exoſtoſibus etiam circa callum enatis. Ex acetabulo enata oſſea tubercula. Tubus oſſeus in tibiæ cavæ tubulo hærens, undique liber. Alii oſſium morbi. Funiculi & placentæ ab obſtetricibus laceratæ. Exoſtoſes numeroſæ ex ea ſede pullulantes, in qua fibræ tendineæ inſerebantur.

In *Epiſtola* XIII. inſtrumentum a BARTISCHIANO diverſum depictum dat, a PETRO VERDUYN inventum, aptum ad amputandam cutem palpebrarum vitioſe productam Amſterdam 1700. 4. *.

Inter *Epiſtolas*, XIVta agit *de nova artuum decurtandorum methodo* Amſterd. 1701. 4. *. Noſter pro reſervatione ſegminis carnei dicit, & exemplum narrat ex ea lege a P. VERDUYN amputatæ manus, ob varia tubercula ex ſpina ventoſa deformis. Qui ad RUYSCHIUM ſcripſerat, MAURITIUS V. REVENHORST, aliquoties in ſecando, ut videtur, F. JACOBO calculo felicem eventum fuiſſe. Addit exemplum triſtius, diſſilientium labiorum vulneris a calculi ſectione, quæ deinde urina profluens calculoſa cruſta obduxit.

In *Theſauro anatomico* I. calculos undique collectos recenſet.

In *Theſ.* II. calculi aliqui equini, qui de ultimo inteſtino deceſſerant.

In *Theſ.* III. veſica intus calculoſis fibris obducta & calculorum farrago. Mola dura a placentula retenta.

In *Theſ.* IV. bovis veſica calculis feta & tuberculis lapideſcentibus.

*Theſ.* VI. uterus abſque inverſione in vaginam prolapſus.

In *Theſ.* VII. Amſterd. 1707. 4. * monet, poſſe diverticulum inteſtini in herniam elabi, neque gravia ſymptomata ſupervenire. Hernia ex dilatato facta peritonæo, cui extus vaſa ſpermatica adhærent. Ancyloſis alæ gallinæ. Oſſa tarſi per cariem in aliam poroſamque fabricam mutata. Maximus uteri tumor carnoſus, vinculo injecto reſectus. Os femoris raro luxari, facile vero in collo frangi: exemplum ejus colli, poſtquam fractum fuerat evaneſcentis. Non tamen negat aliquando vere luxari. Varia a carie vitia. Uterus eventu lethali exſtirpatus.

*Theſ.* VIII. Amſterd. 1714. 4. * Fracta cervix evanuerat, & caput femoris parti femoris decliviori adglutinatum erat. Tumor acinoſus tendini adhærens ignis demum violentia deſtructus. Teſtis ejuſque vaſa in cartilaginem mutata. Iterum a fractura cervix femoris abolita, cujus locum ligamenta tenebant in natura ſubſtituta, a quibus femur hactenus retinebatur. Calculi ex feminis per inciſionem extracti. In uterina placenta atheroma.

*Theſ.* IX. per vulvam calculus infeliciter exciſus, feliciter a GERARDO BORTEL.

*Theſ.*

*Theſ.* X. atheroma bubulum, cum pilis ex craſſo adipe pullulantibus. Dentes elephantini globis ſclopetariis perfoſſi, cum manifeſtis indiciis ſuccum oſſeum effluxiſſe, aditum glandis arctaſſe, in exoſtoſes exuberaſſe. Fiſtula oſſea in tubulo medullari oſſis humeri undique libera. Varii cariei in oſſibus effectus.

*Adverſariorum anatomicorum medico chirurgicorum Decas* I. Amſterd. 4. *. Duo exempla renis undique tuberculis duris efflorеſcentis, unde maximi dolores nati, ut nemo non renis calculum exſpectaret. Scirrhus glandulæ œſophago accumbentis argenti vivi uſu ſuperatus, & æger morti ereptus, cum integro curationis diario.

*Decas* II. Amſterd. 1720. 4. *. Acus cupreæ ex digito exciſæ. Meſenterii etiam ſolius vulnera funeſta. Turunda in ſcrotum data, & ſuppuratione excitata. Se hydrocelen funditus ſanatam vidiſſe. Lien in hernia, & uterus gravidus. Membranæ intimæ de veſica urinaria deceſſio. Placentam non violenter extrahi debere, ſed naturæ ſponte ſua ſoluturæ rem committi. Uterum in partu evulſum & inverſum feliciter repoſuit. Eſſe ubi facillime invertatur. Ubique in partu oſſa iſchii ſecedere, coccygem vehementer retrorſum verti.

*Decas* III. Amſterdam 1723. 4. *. Atheroma in quo dentes.

*De muſculo in fundo uteri obſervato, antehac a nemine detecto* Amſterdam 1726. 4. *. huc facit, quod hunc muſculum expellendæ reſidi placentæ deſtinari perſuaſus bonus ſenex, eo magis ſerio vetet ullam, in educenda placenta vim adhibere.

Varia reperiuntur RUYSCHII adnotata in J. SCHRADER obſervationibus & apud BLANCAARDUM: In hujus diarii *Cent.* V. noſtri & BOCKELMANNI relatio reperitur de hernia veſicæ in ſcrotum prolapſæ.

In l. *de fabrica glandularum*, de tumoribus agit tunicatis, quos in celluloſa tela ait nidulari.

## CCCCXV. VARII.

D. CONRADI HORLACHER *ſchädliche Würkung des aderlaſſens und purgirens* Francf. und Leipz. 1691. 8. LEHMAN.

Contra eum ſcripſit J. P. WAHRENDORF, *Bedenken über* C. HORLACHER *von den Würkungen des aderlaſſens und purgirens* Francf. 1691. 8. HEISTER.

EJ. HORLACHERI, *Erörter und Eröfnung der ohnſchmerzlich und nicht gefährlichen Cur die Brüche ohne das Bruchſchneiden zu heilen* Ulm 1695. 12. *. Helmontianus homo. Sectionem herniæ crudelem eſſe. Arcano proprio ſe multos hernioſos ſanaſſe, requiri ad id colcothar, ſed rite præparatum.

EJUSD. *dreyfacher chirurgiſcher Wunderſchatz, der Krebs, Kropf, und Naſegewächs-Heilung* Ulm 1697. 8. LEHMAN &c.

Ej. *allzeit fertiger Wundarzt* Ulm 1701. 8. HEISTER.

LAURENTII VERDUC, LAURENTII f. chirurgi, *le maitre en chirurgiè, ou abregé de la chirurgie de* GUI *de* CHAULIAC Paris 1691. 8. 1704. 8. HEISTER. & 1740. 8. addito dictionnario etymologico vocabulorum græcorum.

J. HELFRICH JUNGKEN, Medici Francofurtani, *chirurgia manualis, oder Begriff aller Operationen der Chirurgie, ſo einem Feldſcher zu wiſſen nöthig* Francf. 1691. 8. Nurnberg 1710. 8. 1718. 8. HEIST. BOHNII eſſe opus lego in Bibl. THOMASIANA. Mihi mera videtur compilatio.

PAULI SPINDLER, Piſonienſis, *conſignata obſervationum medicinalium centuria* Francfurt 1691. 4. * edente CAROLO RAYGER, qui ex nepotibus SPINDLERI fuit: adnotationes ipſæ ſub priorem partem ſeculi XVII. literis ſunt deſignatæ. Lenta mors ex carie cranii & cerebri ſphacelo. Ani prolapſus ex dolore hæmorrhoidario tandem ſublatus. Inteſtinum perpetuo vulnere ex latere patens. Ex calculo renis & ureteris gangræna. Gangræna ſicca ſpontanea funeſta. Spaſmus cynicus ex morſu canis non rabidi: ex rabidi vero canis morſu mortes. RAYGERUS ſcholia adjecit.

DIDERICI GOTTSCHALL *prodromus de oſſium tum generatione tum corruptione interna* Leid. 1691. 8. *. De ſpina ventoſa collectio.

RICHARDI CARR, Medici Londinenſis, *epiſtolæ medicinales variis occaſionibus ſcriptæ* London 1691. 8. *. Huc facit XIVta de contactu regio ad ſtrumas, quem ſuadet admittere.

ADRIANI HELVETII, Medici Belgæ, qui vero Pariſios ſe contulit, *traité des pertes de ſang avec leur remede ſpecifique, & une lettre ſur la gueriſon du cancer* Paris 1691. 12. 1706. 12. *. hic auctius. Adverſus hæmorrhagias pilulas jubet devorare aluminis fuſi cum ſanguine draconis, & exempla curationum numeroſa addit. Eas ego fruſtra adhibui.

In tractatu de cancro deſcribit forcipem dentibus ſcindentibus ad cancrum comprehendendum excogitatum. Crepitum lupi, germanorum inventum, laudat adverſus hæmorrhagiam, ut & etiam ad cancrum medicamenta aliqua: eum derivat ab humore coacto.

Sic in *traité des maladies les plus fréquentes & des remedes ſpécifiques pour les guérir*, Paris Liége 1711. 12. * Rotterdam 1715. 12. * inter varia alia continetur *methode pour traiter les maladies des reins & de la veſſie.* Balſamum factum cum radice pareiræ bravæ vehementer commendat.

*Hebammen oder Kindermutterbuch nebſt angehängten Weiberarzneyen* Merſeburg 1691. 8. LEHMAN.

## §. CCCCXVI. DISPUTATIONES.

PHILIPPI GEORGII LAUTITZ *de fiſtulis* Leid. 1691. 4. RIV.

J. JAC.

J. JAC. ESPICH *de cancro* Argentor. 1691. 4. *.

TH. LEUW *de nephritide* Leid. 1691. 4. HÆNEL.

PETRI PATOUN *de partu difficili* Leid. 1691. 4. *. Contra Cæſaream ſectionem, etſi eam in catella a NUCKIO feliciter vidit adminiſtratam.

TOB. SCHRECK *de inflammatione in genere* Leid. 1691. 4.

J. GODOFR. BERGER *de iſchuria* Witteb. 1691. 4. *.

*De coryza, polypo, ozæna* ib. 1698. 4. PL.

*De morbis oculorum* ib. 1698. 4. MENZ.

## §. CCCCXVII. DIARIA.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* X. ſ. *ann.* 1691. *obſ.* 111. THEODORUS CHRISTOPH KRUG refert de puero, qui Halæ cultrum devoravit, eum aliquamdiu in ventriculo geſſit, eoque demum pene conſumto per inciſionem factam liberatus fuit. Eadem adnotatio in *triga obſervationum curioſarum* Noribergæ 1692. 4. prodiit.

WILH. ERN. TENZEL in *monatl. Unterredungen* 1692. de cultrivoro Halenſi agit.

## §. CCCCXVIII. BARTHOLOMÆUS SAVIARD.

Chirurgus Pariſinus, vir minime vulgaris, in Diario *Journal des Savans* a. 1691. agit de anevryſmate perantiquo nato, ex arteria venæ loco conpuncta, cujus vulnus ſanguis fibroſus & coactus quidem hactenus clauſerat, ut eo tamen quaſi obturaculo paulum ſoluto, ſanguis in celluloſam telam erumperet.

Deinde exemplum feminæ, cui oſſa longa, ſed etiam vertebræ & oſſa ilium ſponte fracta fuerant, cum oſſa quaſi cortex aliquis putridus ſub digitis cederent. Cartilagines illæſæ erant.

Denique de teſte amputato, cujus in medio acicula fuit, a rubigine conſumta.

In *Journal des Sav.* 1692. hernia ventralis, quæ veræ ſectioni Cæſareæ ſucceſſit.

In *Journ. des Sav.* 1693. mors ex gula & aſpera arteria reſecta.

*Janv.* 1694. fetus, ut videtur, in tuba conceptus, & a. 1696.

EJ. *nouveau recueil d'obſervations chirurgicales* Paris 1702. 12. *. *Heelkondige waarneemingen* Haarlem 1756. 8. LAMBERGEN; alii 1755, vertente J. v. BEEKHOVEN de WIND. Eximius liber, quo 121 adnotationes continentur, pleræque chirurgici argumenti. Paucas ex multis decerpimus. Anus cæcus pueri nuper in lucem editi feliciter apertus; ſic vulva, cum hymen collectum ſanguinem menſtruum retineret. Caro rugoſa prægrandis, & lacerti in veſica carnoſi, inſtrumentis

tis in veſicam dandis obſtantes. Hernia umbilicalis in puero vinculo injecto ſanata. Aliquot exempla uteri vere prolapſi, contra D. VERDUC, qui negabat uterum elabi. Aliquoties peſſi cum ſummo incommodo ægræ in naturam quaſi infixi. Prolapſu uteri laborans femina habita pro androgyna. Aliqua de gangræna ſicca, etiam ea, quæ ex ſecali corniculato provenit: in illa ſpiritus vini pro fotu, & unguentum ſtyracis, certa eſſe medicamina. Herniæ inguinales per inciſionem ſanatæ, & in femina inteſtina in labia vulvæ delapſa. In hydroçele prædura cyſtis. Partus per ruptam vaginam in ventrem effuſus. Anevryſmatis curatio: nulla ſanguinis jactura, etſi inferius nullum vinculum injectum eſt. Enorme ſarcoma uteri. Infeliciſſima lithotomia, veſica perforata, inteſtina per vulnus in veſicam illapſa. Periculoſus morſus viperæ mortuæ. Hepatis abſceſſus alias feliciter inciſi, alias minus fauſto eventu. Grandis in veſica calculus, & plurimi minores aut in urethra, aut ſenſim ſuccedentes. Aliquot a rabidis animalibus demorſorum hominum mortes, etiam quando æger potum admiſerat. Maximum malum, & ſinus inter muſculos purulenti, artificioſa inciſione ſanata. Sanatum anevryſma arteriæ popliteæ cum plurimo ſanguine in celluloſam telam effuſo. Meſenterium & totus corporis habitus plenus glandulis cancreſcentibus. Ex fractura oſſis non intellecta tumor, cellulis factus glutinoſa materie plenis. Nullas dari in urethra caruncularas, & cicatrices eſſe, quæ pro carunculis habeantur. Tumores, qui ſpiritum intercipiebant & deglutitionem. Fuſe contra JACOBUM. Infelix pene lithotomia SAVIARDI, cum oblongum calculum per majorem diametrum forcipe comprehendiſſet. De calculis in cellulis veſicæ latentibus. In hydropico novies iterata paracenteſis. Partus difficillimus, cum caput pueri in vagina eſſet. Oſſa emollita. Calculi cyſtici per abſceſſum egeſti. Denudatum aut fiſtulæ proximum rectum inteſtinum debere incidi, etiam ſi integrum eſt. Tumores ex nævo feliciter amputati. Ad finem aliqua medicamenta chirurgica, quibus plurimum tribuebat.

Cum minus faventem cenſuram *diarii Eruditorum expertus* eſſet, reſpondit *Reponſe de* S. au J. *des ſavans* de 26 Nov. 1696, *ſur les accouchemens* Paris 1696. 12.

WOLFGANG CHRISTOPH WESENER *halliſcher Meſſerſchluker*, *ſamt deſſen Cur und* anno 1692 *erfolgter Entledigung von dem* a. 1691 *eingeſchlukten Meſſer* Hall. 1692. fol. Eadem curatio de qua KRUGIUS.

## §. CCCCXIX. DISPUTATIONES.

PHILIPPI BOUTELLIER *de herniis inteſtinalibus & omentalibus* Leid. 1692. 4. *.

J, H. FRID. GRIVIUS *de hæmureſi* Erford 1692. 4.

GER. ARN. BROUWER *de odontalgia* Leid. 1692. 4. PLATN.

C. ZEE *de phlebotomia* Leid. 1692. 4. HAENEL.

J. ZELLER, Archiatri Würtenbergici, diſſ. *de vita humana a funiculo pendente* Tubing. 1692. 4.

EJ. *de morbis ex ſtrictura glandularum ortis* ib. 1694. 4. *. De tumoribus &

& abſceſſibus in ſinu maxillari. Mors ab impoſſibili deglutitione ſano œſophago.

J. HERMAN HAMER *de medicina renunciatoria* Erford. 1692. 4. * de lethalitate vulnerum &c.

## §. CCCCXX. VARII.

JEAN FRANÇOIS LAUGIER, Chirurgi Maſſilienſis, *traité des remedes vulneraires, leur nature, leurs effets, avec la theorie des accidens qui arrivent aux playes* Lion 1693. 12. BUR. Laudari video.

*La gueriſon du cancer au ſein* Rouen 1693. 8. BOECLER.

SALOMON van RUSTING *nieuwe veld medicyne en chirurgie* Amſterdam 1693. 8. BOEHMER.

EJ. *nieuwe gebouw der geneeskonſt* Amſterdam 1706. 8.* Caput habet de calculo, & catalogum medicamentorum lithontripticorum.

ALESSANDRO PISONI, patris HOMOBONI, *breve compendio della dottrina del* MAGATI Cremona 1693. 12. brevis l. recuſus cum SANCASSANI dilucidationibus.

JACINTO dell ASCENSIONE *il vello doro arrichito d'arte chirurgica* Meſſana 1693. 12. D'ETREES.

J. VIDOS *medicina i cirurgia rational i ſpagerica* P. I. *obra manual de hierro i fuogo purificada con el de la veridad ea el miſol de la raſon i eſperiencia* Saragoſſ. 1693. fol. Valent. 1709. 4.

GUILIELMI TEMPLE *miſcellan* P. I. prodiit Leid. 1690. 8. in iis *an eſſay on the cure of the gout by moxa* dat. Neomagi 1677. Moxa paroxyſmum podagræ depulit, levi cum dolore: ter noſter ſe uſſit, veſicam excitavit.

De la DUCQUERIE *Lexicon medicum &c.* 1693. plenius & in fol. ad prelum paraverat a. 1715. *Journal des ſav.* p. 240.

J. G. R. *ſynopſis doctrinæ ac medicinæ vulnerum* Witeberg 1693. 4.

In PHILIPPI VERHEYEN *anatome corporis humani* Lovan. 1693. 4. * aliqua huc faciunt; ſinus frontales apertos non coaleſcere. Hernias habet inguinales, a. 1694 primum viſas.

## §. CCCCXXI. DISPUTATIONES.

GEORG DETHARDING, Profeſſoris Roſtochienſis inde Hafnienſis, diſp. *de calculis microcoſmi* Altdorf 1693. 4.*. Lapis ex ſenis umbilico eductus.

EJ. *ſcrutinium medicamentorum veſicatoriorum* Roſtoch. 1713. 4.

EJ. *de methodo ſubveniendi ſubmerſis per laryngotomiam* Roſtoch. 1714. 4. * & in *diſſ. noſtr. ſelect.* T. II.

EJ. *de calculo veſicæ friabili* Roſtoch. 1729. 4. * A pulvere quodam ſumto fragmenta & ſquamulæ decedebant. Ea negat eſſe a medicamento lithontriptico, cujus

jus in univerſum uſum rejicit. Calculus in urethra inpactus, perforatus terebra, forcipe confractus.

Ej. *an ſub depreſſione cranii, hujus elevatio per manualem operationem chirurgicam ſit neceſſaria* Roſtock 1732. 4. HAENEL.

Ej. *de methodis medendi in medicina & chirurgia ſuſpectis* Hafn. 1734. 4.

Ej. *de operationibus medicamentorum vulnerariorum cathæreticorum* Hafn. 1755. 4. *.

Ej. *de miſſionibus ſanguinis artificialibus* 1738.

Ej. *Centuria theſium ex medicina forenſi* Hafn. 1740. 4.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *Ann.* IX. X. calculoſum a ſectione defunctum, inciſum deſcribit. Calculus prægrandis erat, octo unciarum, cum appendice, veſica craſſa, concrementum præterea calloſum.

Ad *Cent.* I. II. parallelas obſervationes collegit.

*Cent.* VII. *obſ.* 75. vulnus cum parum ſanguinis dediſſet, & mortem tamen celeriter intuliſſet, repertum eſt jugularem venam internam, & una aſperam arteriam, inciſam fuiſſe.

*Vol.* I. *obſ.* 199. arteria in carpo læſa, ſanguis vitriolo compreſſus.

SAMUEL CRADOK *generalia circa ſuffuſionem, guttam ſerenam & inflammationem* Leid. 1693. 4. BOEHMER.

PETR. OPPERDOES *de hydrophobia* Leid. 1693. 4.

J. P. RIEBE *de Iſchuria* Leid. 1693. 4.

A. HOLSCHER *de gangræna & ſphacelo* Leid. 1693. 4.

CAR. RUD. ZANDER *de ophtalmia* Leid. 1693. 4. BOEHMER.

ANDR. MYRRHEN *de odontalgia* Lipſ. 1693. 4. HEF.

J. PAUER *de ſcirrho mammarum* Altdorf 1693. 4. PL.

J. PHILIP EYSEL, Profeſſoris Erfordienſis, diſſ. *de Paracenteſi* Erford 1693. 4. HÆNEL.

Ej. *de ruptura lienis* ib. 1696. 4. HEF.

Ej. *de herniis* ib. 1697. 4. RIV.

Ej. *Scrutinium apoſtematis ventriculi in puella novem annorum obſervati* Erford 1703. 4. PLIN.

Ej. *de hydrophobia* ib. 1705. 4. HÆNEL.

Ej. *de phagedæna* 1706. 4. *. (a).

Ej. *de uvulæ præcipuis morbis* ib. 1708. 4. HÆNEL.

Ej.

(a) Has diſputationes HEFTERUS HENRICO PHILIPPO EYSEL tribuit, quem a J. PHILIPPO diſtinguit.

Ej. *de pila coryzali in uteri vagina* ib. 1710. 4. Hænel.

Ej. *de ophtalmia* ib. 1710. 4. Hænel.

Ej. *de herniæ inteſtinalis legitima cura* ib. 1711. 4. Riv.

Ej. *de ludo microcoſmico* ib. 1713. 4. * calculo.

Ej. *compendium chirurgicum* Erford 1714. 8. Vat.

Ej. *appendix operationum chirurgicarum nonnullarum* ib. 1715. 8. Vat.

Ej. *vulnus ventriculi duplicatum non lethale* ib. 1716. 4. He.

Ej. *de gangræna & ſphacelo* ib. 1716. 4. Hænel. (*b*).

Ej. *de herniæ ſcrotalis gangræna & paſſione iliaca comitibus* ib. 1717. 4. Hæn.

Ej. *opera medica & chirurgica* Lipſ. 1718. 4.

## §. CCCCXXII. Diaria.

Godofredus a Lankisch in *Act. Erud. Lipſ.* 1693. refert de vero partu Cæſareo felici.

In *Phil. Tranſ.* n. 202. Mullineux (alias Thomas Molyneux) refert de grandi calculo per urethram femininam ſponte prodeunte. Naturam vult ſequendam & exitum ſenſim dilatandum. Idem n. 236. ad eum calculum ſenſim de puella extractum. Feminas non perinde grandes lapides alere.

In *Journal des Savans* 1693. Jobert Medicus, refert de ſectione Cæſarea bis in eadem muliere repetita.

D. Joh. Panthot, Medicus Lugdunenſis, de fungo veſicæ urinariæ inciſo, & numeroſis calculis eductis, cum plures in veſica fungi ſupereſſent, reneſque calculis replerentur.

Ej. *diſſ. pour la pratique ſur trois operations faites en ſix mois* Lion 1703. 4. Contra F. Jacobum. Bis intra ſextum menſem ſibi calculum a fratre Horatio exciſum eſſe.

Bernardus Connor, Medicus Hibernus, qui aliquamdiu Johanni Sobiesky a conſiliis fuit medicis, primum de tumore inſigni in abdomine per 25. annos geſtato, quem pro ſarcomate habet uteri.

Idem de ſceleto hominis, cujus fere omnia univerſi corporis oſſa ancyloſibus inter ſe conferbuerant. Utraque adnotatio ornatius redit in Connori diſſertationibus medico phyſicis Oxon. 1695. 8. *.

## §. CCCCXXIII. Philippus Peu.

Chirurgus Pariſinus, obſtetrix, æmulus Francisci Mauriceau. Ejus eſt *la pratique des accouchemens* Paris 1694. 8. *. Senilis labor hominis in ſua arte

non ſummi, non tamen perinde miſeri, ut MAURICÆO viſum. Unci uſum defendit contra MAURICÆUM, addit exempla ſua, in quibus ad fetum mortuum educendum, eo inſtrumento feliciter uſus ſit, ut id fiat feminam jubet ſe quadrupedem dare, natibus altioribus. Vitio ei vertitur, quod de femina viva fetum voluerit excidere, iterumque, ut tamen eo in caſu femina ſervata fuerit (a). Non probat Cæſaream ſectionem. Caput incuneatum non ignoravit. Contra *tiretête* FRANCISCI MAURICEAU. Non debere fetum unico pede extrahi, Non valde probat frequentem contactum, qui caput pueri ſitu mutat. Patienter ſua tempora vult exſpectari, & aquas vetat rumpere. Non probes, quod terrore per illapſam aquam excitato, velit fetum expellere.

*Reponſe aux obſervations particulieres de* M. MAURICEAU. Lites acerbæ & uſu caſſæ.

Ad hanc litem pertinuerit *Factum ou Lettre de* SIMON à M. PEU *ſur la falſification, qui ſe trouve à la fin de ſon premier livre des accouchemens* Paris 1695. 4.

NICOLAI BERENGER, Medici, *Celandre ou traité nouveau des deſcentes* Paris 1694. 12. 1701. 12. Ita PORTAL, nam mea editio eſt 1695. 12. *. Laudat medicamenta aliqua & bracheria ex laminis facta chalybeis, planiſque ſcutis inſtructa. Non bene negat, aut jejunum inteſtinum in herniam illabi poſſe, aut colon. De hernia adhærente, in qua inteſtinum vel cum ſe ipſo conferbuerat, vel cum omento, vel ad peritonæum omentum. Hæ adhæſiones eadem quæ ſtrangulatio ſymptomata faciunt, ut tamen iter fæcum non intercipiatur.

WOUTER SCHOUTEN, qui in India orientali caſtra ſecutus eſt, vir expertus & integer, itinerarii ſcriptor, cognatus F. RUYSCHII obiit a. 1704, cum Indiam a. 1658. petiiſſet, promiſſorum BONTEKOI contemtor. EJUS eſt *het gewonde hoofd of korte verhandelinge van de opperhoofds wonden, bekkeneels breuken wonden des angeſigts en des hals* Amſterd. 1694. 8. Roterdam 1726. 8. *. Germanice W. SCH. *verletzter Kopf* &c. Leipz. 1695. 8. Contra CARTESIANAM in Belgio ſcholam, quæ omnem ſuppurationem proſcribebat. In temporali muſculo triangularem jubet inciſionem fieri, non cruciatam. A ſolo lapſu alterno in latere putat fiſſuram poſſe naſci. Terebrationem calvariæ commendat, ſuumque paulo longius elevatorium deſcribit. Oſſa denudata abſque ſquama decedente curat. A lapſu alterni lateris convulſio. Ictus acinacis per duram membranam cerebri penetrans ſanatus. Impacta per depreſſionem calvariæ in cerebrum fragmenta, tamen curata: tum humeri a globo amputatio, duræ membranæ ambuſtio, alia magna mala. Belgas venenata Macaſſariæ vulnera facile ſanaſſe. Ulcus gulæ celeriter ſola victus ratione ſanatum.

EJUSD. *verhandeling van de tegennatuurlike gezwellen* Roterdam 1727. 8. 2. vol. & procul dubio prius. Omne quouſque poteſt tumorum genus percurrit, ubique hiſtoriæ morbi ſuas ſubjicit adnotationes. Contra nimias inciſiones, ipſe mitioris amans chirurgiæ. Contra repercutientium medicamentorum in tumoribus

(a) Bruhier *ſignes de la mort. nov. ed.* I. 129.

bus uſum. Pro turundis & pro venæ ſectione, quoties adeſt inflammatio, tum pro ſetaceis, & fonticulis contra ſectam Bontekoi. Contra nimis amplas inciſiones: contra ſubitam puris emiſſionem: tubulos potius jubet in ulcere relinquere. Non valde curat, ſi fiſtula renuerit claudi. Infauſtos eventus ſilentio non premit. Antiquior malleo & cuneo digitum gangrænoſum amputavit. Bona de gangræna monita. Pro digeſtivis medicamentis contra Overkampium. De amputatione mammæ. Scirrhi; tumores, ulcera ſanata. Scirrhus in mamma diu innocens, ſuppurantium uſu abiit in ſcirrhorum glomeres funeſtos. Lupia facile tranſit in fiſtulam. Exempla lupiæ articulationi adnatæ; & inciſæ, in qua humor; & ex lupia prope coxam tumor. Ea exciſa cannulam relinquere jubet, ne in fiſtulam abeat. Ranulæ multæ ſanatæ. Cirſocelen empl. diabotano ceſſiſſe. Dolens circa calcem tumor, calidis adhibitis in gangrænam verſus, & muſculi emortui. Gangræna ſcroti conpreſſa, teſtis ſervatus integer. Gangræna putris abdominis ſanata, carne renata. Moribunda ex hernia incarcerata, alvo ſoluta emollientibus tamen tarde ſanata. Arteriæ temporalis anevryſma, a contuſione ſanatum.

B. de Bout *nieuw examen der chirurgie* Amſterd. 1694. 8.

Marcellus Malpighius, vir celeberrimus, Archiater Pontificius, hoc anno obiit. Poſthuma prodiit Padova 1713. 4. *conſiliorum medicinalium centuria prima*, qua etiam aliqua chirurgica continentur, ſed fere medico more & theoreticæ.

*L'Ecuyer François, la ſcience de connoitre les chevaux & de guérir leurs maladies* Paris 1694. 8.

Ægidii Daalman, Medici Antverpienſis, qui in India medicinam fecit, *nieuw hervormde heelkonſt gebouwd op de gronden van 't acidum en 't alcali.* Germanice vertente S. B. M. & P. D. Francfurt an d. Oder 1694. 8. & aucta adnotationibus ab J. D. G. S. S. R. P. ſive J. Dan. Gohl, ut puto, Berol. 1715.

In *nieuw hervormde geneeskonſt* Amſterdam 1703. 8. * aliqua huc faciunt.

*La guériſon du cancer au ſein* Rouen 1694. 8. Conf. p. 511. neque differre videtur.

Christiani Joh. Lang *de remediis vulnerariis* Lipſ. 1694. 4. *.

Ejusd. *opera omnia*, quæ Augustus Quirinus Rivinus Lipſiæ edidit 1704. fol. *.

Bohnii diſcipulus. Huc faciunt aliqua in praxi generali facientia ad medicamenta externa, tum capita aliqua integra, ut de hydrophobia. Porro integra chirurgia, cujus pars non exigua in medicamentis verſatur: denique in collegio caſuali pluſcula.

Inter diſputationes eſt porro de ophthalmia.

De herniis inteſtinalibus & omentalibus.

De manuali operatione obſtetricantium in partu difficili.

De omphalocele.

In PHILIPPI de la HIRE *tr. des accidens de la vue* Paris 1694. fol. reperias aliqua contra eorum opinionem, qui ſedem cataractæ in membranacea lamella ponunt, quæ de lente cryſtallina deceſſiſſet.

Ej. de grandi calculo, qui ſponte de viro deceſſit *hiſt. de l'Acad.* l'Ann. 1701.

Ej. *de cataracta* ib. 1706. Contra BRISSAEUM contendit, ſedem cataractæ non eſſe in lente cryſtallina opaca. Eſſe qui poſt depoſitam cataractam eodem momento viderint, abſque lente convexa vitrea. In bove ſe vidiſſe, non poſſe lentem cryſtallinam in fundum oculi detrudi. Fuerunt autem etiam eo tempore ſcriptores, qui cataractam in opaca lentis cryſtallinæ capſula poſuerunt.

Huc referri poteſt, *relation veritable de la guériſon miraculeuſe de* MARIE MAILLARD Amſterd. 1694. 12. Clauda nata ſubito crus extendit, & eo porro uſa eſt, qui eventus habetur pro miraculoſo.

## §. CCCCXXIV. DISPUTATIONES.

J. FRIDERICI ORTLOB, Profeſſoris Lipſienſis, *de dentione puerorum difficili* Lipſ. 1694. 4. VATER.

Ej. *de veſicatoriis* ib. 1696. 4. HÆNEL.

J. P. GAILLARD *de nephritide* Leid. 1694. 4. HÆNEL.

FR. H. WERKMEISTER *de vulnere arteriæ magnæ* Hall. 1694. 4. HÆNEL.

PETRI DOYE & J. GELLY *an iſchuriæ emeticum* Paris 1694. 4.

## §. CCCCXXV. DIARIA.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* I. a. 1694. edito.

GEORG. FRID. FRANK de Frankenau GEORGII f. Profeſſor Hafnienſis, *obſ.* 123 de ano clauſo fruſtra inciſo.

*Obſ.* 124 de vulnere ad meninges uſque penetrante, ut fiſſura per ſuturam in alterum capitis latus penetraret, eventu lethali, non reſtituto bregmate, quod depreſſum fuerat.

*Obſ.* 160 patella ex lapſu ab alto fracta.

In *Act. Lit. Mar. Balth.* 1703. de digiti ſpontanea gangræna lethali.

In *E. N. C. Cent.* I. *obſ.* 32 de unguibus monſtroſis, de quibus etiam diſputationem edidit.

*Cent.* III. *obſ.* 51 ſectionis Cæſareæ exemplum.

*Cent.* IX. ſanatus, qui ſe ipſum curaverat.

In *Act. Erud. Lipſ.* 1726. deſcribit & pingit fundam, qua J. HENRICUS HESS calculum extrahebat.

In *E. N. C.* vol. I. *obſ.* 23 calculi octaedri in rene.

*Obſ.* 120 ſpina bifida.

AMBROS. STEGMAN *Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 8. fonticulo ſuperata narium obſtructio.

*Obſ.* 9 oleum lumbricorum laudat traumaticum internum.

*Dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 108 arenulæ de alvo feminæ nephriticæ.

*Obſ.* 211 inciſio calculoſi renis, conſumta in veſica calculus.

*Obſ.* 212 calculi in colo inteſtino equi.

*Ann.* VII. VIII. *obſ.* 31 32 fetus in utero putreſcens.

In *A.* XI. *E. N. C.* qui & ipſe eſt 1694. obſ. 1. PYRRHUS MARIA GABRIELIS anevryſma ſpurium brachii deſcribit, in enormem tumorem converſum.

*Obſ.* 2 IDEM de pure ex brachio per lotium expurgato.

*Obſ.* 3 oſſa longa in femina emollita.

*Dec.* III. *ann.* VII. VIII. *obſ.* 191 calculus in ventriculo capreoli circa plumbum natus.

In *Ann.* II. *obſ.* 70 SAMUEL GRASS vena cava ab externo ictu rupta, in abdomine magna arteria lacerata.

*Ann.* IV. *obſ.* 4 ſenſus poſt diſſectos nervos minor; reſtitutus catellis impoſitis.

*Obſ.* 54 abſceſſus cerebri funeſtus, abſque ſymptomatibus.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 182 in abſceſſu gallinæ plumæ innatæ.

*Ann.* VII. VIII. *obſ.* 81 tumor acinoſus de labio vulvæ feliciter reſectus.

J. ÆGIDIUS EUTH.

*Obſ.* 24 fiſtula ani ex deglutita mandibula lucii piſcis.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 215 ſphacelus ſiccus pedis lentiſſime lethalis.

J. VICTOR JÆGERSCHMIDT.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 151. periculoſus ſerpentis in Ulmenſi ditione morſus.

*Obſ.* 154 vulnus abdominis, elapſa inteſtina, bono tamen eventu.

*Obſ.* 155 maximus tumor gelatinoſus pedis, amputatione ſublatus.

*Obſ.* 156 inteſtinum eroſum, ut vermes & fæces per inguen prodirent, tamen ſanatum.

*Obſ.* 157 vulnus anguli interni oculi curatum.

*Obſ.* 158 ſic mammæ ulcus pene cancroſum.

*Ann.* III. *obſ.* 101 calculus uſu acidularum expulſus.

*Obſ.* 102 calculus ex glande exciſus.

*Obſ.* 105 canis rabidi morſus curatus.

J. Fridericus Khern.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 55 acus brachio infixa per magiam, ut putat.

*Obſ.* 58 de calculo vere membrana involuto.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 44 patellæ ligamenta laxata, ut ad talum deſcenderit.

*Obſ.* 46 calculi de naribus ejecti, ita ſublata cephalalgia.

J. Georgius Joseph Schwaller, Solodorenſis.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 99 de procidentia uteri cancroſi ſatis commode curata.

*Obſ.* 176 cum fetus pedibus evelleretur, caput in utero hæſit, altero die ab ipſa natura expulſum.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 56 tumor prægrandis ſcroti medicamentis ſanatus.

*Obſ.* 57 ex lapſu illiſo abdomine evacuatus uteri hydrops.

J. Conrad Wepfer.

*Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 149 ilei fiſtula in abdomen pervia. Coaluerat, etſi ægrota periit.

In *Phil. Tranſ.* n. 207. Joh. Turner de morſu canis rabidi intra vigeſimum diem cicatrice clauſo, ſed in hydrophobiam erumpente funeſtam.

Wittie de calculo renis ramoſo.

N. 209 Basilius Wood de calculo novem & ultra unciarum ex feminæ veſica exciſo.

N. 211. de morſu viperæ. Bilem veneno carere. Periculoſum morſum eſſe, potiſſimum in cacochymis.

In *Journal des Savans* 1694. Dionys. Vincent Drouin, Chirurgus, in tumore brachii inciſo repertus calculus lamellatus. Alius ex humero extractus.

Ejusd. *lettre à* M. Fagon de punctione veſicæ; de inmiſſo tubulo adverſus iſchuriam. Noſter mavult uti acu triquetra.

Huc referas relationem in eodem diario a. 1693. datam de erucis, quæ de aure prodierunt.

§. CCCCXXVI.

## §. CCCCXXVI. Guilielmus Cowper.

Chirurgus Londinenſis & celebris inciſor.

In *Phil. Tranſ.* n. 208. experimenta fecit, ex quibus de vi ſtyptica Johannis Colebatch conſtaret. Acerrimum erat medicamentum & exurens, quod ægre tamen in artuum amputationibus ſanguinis jacturam conpeſcebat. Canum vulnera etiam abſque medicamento ſanari.

Ibid. n. 222. de rene ampliſſimo quinque librarum, poſt multos dolores nigramque urinam.

N. 252. hiſtoria tendinis Achillis conſuti: ſuperne doluit, inferne non item.

N. 307. de hydatidibus lapidea cruſta obductis, in rene ovillo.

N. 336 inciſio hominis calculoſi, cujus alter ureter pene cæcus erat.

In Ejusd. *anatomy of human body*, ſ. tabularum Bidloi editione, cui Cowperus ſuam interpretationem addidit Oxon. 1697. fol. Leid. 1732. fol.*, Idem frequentes chirurgicas adnotationes adſperſit. Fungos cerebri quidem abſque ſanguinis jactura reſecari, cæterum languorem inde ſequi, qui in mortem terminetur. De fiſtula lacrumali, in qua os unguis in nares uſque jubet perforari. Ut curanda ſit venæ jugularis inciſio, ſi quando in reſecando muſculo maſtoideo læſa fuerit. Vulnus ventriculi & facile quidem ſanatum, & aliud funeſtum. Inteſtini ultimi prolapſus cum gangræna conjunctus, tamen ſanatus. Non raro ſe veſicam urinariam a conductore improvide inmiſſo vidiſſe perforari. In calculi ſectione bulbum urethræ dividi, unde imperfecta ſequatur erectio. Exempla fetus in utero retenti, forcipe & fruſtillatim educti. In amputatione brachii arteriam poſſe digito comprimi: arteriam cæterum forcipe adreptam jubet vinciri, neque moratur, num nervus una ſit interceptus. In morbo animalium (*ſtaggers*), qui ſit morbus ſinuum frontalium, eos ſinus malleo & cuneo aperiri, & pituitariam membranam educi jubet, ante la Fosse. De fungis & polypis meatus auditorii, malo parum noto. Magna cura egere terebrationem cranii, potiſſimum quia frequentes putei vaſculoſi calvariam reddunt debiliſſimam. Pluſculæ vertebræ a tumore conſumtæ. Ulcus intra canalem medullæ ſpinalis, ſenſu & motu partium inferiorum amiſſo. Sanatus puer, cui oſſis ſacri epiphyſis deceſſerat. Vulnerata vena jugularis curata; cui venæ parcendum ne in curatione incurvati colli lædatur. Claviculæ ad acromium articulationem vidit luxatam. Vulnus ventriculi ſanatum. De epiphyſium ſeceſſione & fractura, malo parum noto. In dentitione difficili & gingivas & perioſteum debere dividi. De maximis glandularum inguinalium tumoribus. De fiſtulis ſalivalibus.

In Jacobi Drake *anthropologia nova* Lond. 1707.*. 1727. * & alias 8. edita, aliqua ſunt Cowperi, ut de tumoribus cyſticis, deque aliis malis ſinus maxillaris, & de perforando ad eam materiem emittendam alveolo dentis.

## §. CCCCXXVII. J. Jacobus Manget.

Medicus Genevenſis, collector. Edidit Genev. 1683. 4. *. Lugduni 1694. 12. 3 vol. Pauli Barbette *pratique de chirurgie*, cum ſuis adnotationibus. Obſervationes aliquas collectitias addidit.

Edidit etiam Genev. 1721. fol. 4 vol. * *Bibliothecam chirurgicam, qua omnes morbi chirurgici a capite ad calcem recenſentur, cum ſuis remediis & curationibus.* Sæpe etiem Cl. virorum adnotationes & diſſertationes ex diariis & aliunde adjecit. Inſtrumenta etiam depicta edit. Commodum hactenus opus, quod multa collecta ſub manu habeas.

In *Bibliotheca medico practica* multa etiam ſimilis ſunt ingenii, & ad chirurgiam pariter faciunt Genev. 1693. T. I. II. 1696. T. III. 1697. T. IV. 1739. fol. 8 vol. Rabies canina &c.

Medicamenta chirurgica in *Bibliotheca pharmaceutica* Genev. 1704. fol. 2 vol.

## §. CCCCXVVIII. Varii.

Francisci Poupart medici, qui chirurgiam fecit, *Chirurgie complette* Paris 1695. 12, quam A. Portal ab ea ſeparat, cujus auctor eſt D. C. Le Clerc.

In *Journal des ſavans* 1695 hirudinis tradit anatomen, animalis chirurgici.

In *Hiſt. de l'Acad. Roy. des Sc.* 1700. abſceſſus cerebri & cerebelli, unde periodicæ convulſiones, ſero & 51 die funeſtæ.

Ib. nota illa hiſtoria luminum apparentium, quando digito dura mater premebatur,

Alias abſceſſus cerebri dextri, convulſio in latere ſiniſtro.

In *Journal des ſavans* 1708 de vulnere ictu cornu bubuli illato, ſponte a natura ſanato, etſi chirurgus labia vulneris reſecuerat.

Johannes Colebatch, Chirurgus & Pharmacopola Londinenſis, acris vir ingenii, inde medicus. Ejus eſt *a new light of chirurgery* London 1695. 8. 1699. 8. Hotton. recuſ. in *collectione operum* ib. 1704. 8. *. Contra turundas, cauteria & medicamenta, quæ vulgo digeſtiva dicuntur. De pulvere, quem ſolutum in apto liquore injiciebat in vulnera: eo hæmorrhagiam & omnia ſymptomata putat compeſci poſſe: interna vero ſanguinis profluvia, tinctura ſua ſupprimebat De Cowpero minus amice de eo arcano medicamento judicante conqueritur. Stlopetaria vulnera abſque ſuppuratione, ſolo quodam emanante ichore curari poſſe, per exempla aliqua confirmat.

Ej. *novum lumen chirurgicum vindicatum.* In *operum collectione* 1704. 8. * Halleus chirurgus libellum ſuum defendit. Cum in puero ſui pulveris feciſſet experimentum, eo ſolo & apta deligatione poſſe ſanguinem comprimi, chirurgos præter

ter verum retuliſſe ſanguinis profluvium non ceſſaſſe: addit ægrum ſanatum eſſe, aliasque ſuas curationes producit.

In libello *of acid and alcali* exemplum dedit calculi longi $\frac{13}{8}$u, qui de urethra feminæ deceſſerat.

Ej. *relation of ſudden and extraordinary cure of a perſon* London 1698. 8. *. Contra nupera etiam Gallorum cogitata, hominem a vipera morſum, magnaque mala patientem, ſanatum elixirio vitrioli. Noſter enim contra ſui ævi præjudicatus opiniones omnes morbos fere ex alcalina natura deducebat, & acore curabat, fætida etiam ulcera in *farther conſiderationes concerning acid and alcali.* Hæc omnia repetuntur in *collectione of tracts chirurgical acid medical* Lond. 1704. 8. * cujus reliqui libelli clinici ſunt argumenti. Anno 1698. 8. jam prodierant *four treatiſes of phyſik and chirurgery.*

J. G. R. *ſynopſis doctrinæ ac medicinæ vulnerum* Witteberg 1695. 4. Boehm.

## §. CCCCXXIX. Disputationes.

J. Hadrianus Slevogt, Profeſſor Jenenſis, numeroſas edidit, neque tamen vulgares diſputationes. Ipſe & obſtetricabatur, & manu medebatur. Virum anevryſmate laborantem ſervavit uſtione, cum vellent artum amputare.

Ej. *caries cranii* Jen. 1695. 4. * cum memorabili exemplo & medica exegeſi maximum & funeſtum exemplum, vermibus in dura membrana viſis. Recuſ. in meis diſſ. ſel. T. I.

Ej. *de fatis chirurgiæ* Jen. 1696. 4. Boehmer.

Ej. *de fonticulo ſuturæ coronalis inſigni vitiorum memoriæ remedio* Jen. 1696. 4. *. addit ſuum teſtimonium.

Ej. *ligaturas artuum antiquum, neceſſarium, mite atque tutum hæmorrhagiarum eſſe remedium* Jen. 1697. 4. *.

Ej. *de ſcarificatione, hydropicorum remedio, paracenteſios ſuccedaneo* Jen. 1697. 4. Boehmer.

Ej. *de paracenteſi thoracis & abdominis* Jen. 1697. 4. Hænel.

Ej. *de ambuſtione ejuſque remediis* Jen. 1698. 4. Hef.

Ej. *de polypis capitis* Jen. 1699. 4. *.

Ej. *de crepatura viſcerum* Jen. 1699. 4. Hænel.

Ej. *de roncho infantis ex ulcerum paroticorum intempeſtiva curatione variis ſymptomatibus ſtipato* Jen. 1699. 4.

Ej. *de muliere gravida lapſu vaginæ uteri laborante* Jen. 1700. 4. *.

Ej. *de partu Thamaris difficili & perinæo inde rupto* 1700. 4. Hef.

Ej. *de utero per ſarcoma ex corpore, protracto, poſtmodum reſecto* Jen. 1700. 4. Hef.

Ej. *de dolorum partus ſpuriorum cum veris collatione* Jen. 1702. 4. *.

Ej. *de ægra retentione ſecundinarum laborante* Jen. 1704. 4. * Die ſexto demum cum ſummo faetore ſecunda expulſa felici eventu.

Ej. *de ſingularibus quibuſdam partus impedimentis* Jen. 1704. 4. Hef.

Ej. *partus naturalis collatus cum præternaturali, occaſione feminæ ad extractionem fetus usque parturientis* Jen. 1705. 4. Menz.

Ej. *de partus retardati nocumentis* Jen. 1705. 4.

Ej. *de cauteriis* Jen. 1708. 4 obſoleta eſſe & meliores eſſe fonticulos.

Ej. *de embryulcia* Hippocratis Jen. 1709. 4. *. Caput incuneatum verſo fetu, pedibusque adreptis expedit, digitis in os uteri datis, ne circa caput fetus ſtringatur.

Ej. *de partu Cæſareo* Jen. 1709. 4. *.

Ej. *de inſtrumentis* Hippocratis *chirurgicis, hodie ignoratis* Jen. 1709. 4. Hef.

Ej. *an maturus fetus matris ſanandæ cauſa occidendus* Jen. 1710. 4. Hef.

Ej. *de tumoribus artuum fungoſis* Jen. 1715. 4. * ad femoris condylum externum adhærens, & ad criſtam tumor.

Ej. *de tumoribus tunicatis* Jen. 1719. 4. * Inciſa cute ſponte proſiluiſſe.

Ej. *dignitas vulnerum explorationis* Jen. 1721. 4. & *de exploratione vulnerum* ib. 1721. 4. Hef.

Ej. *de infelici hydropis ſaccati curatione* Jen. 1721. 4. Funeſta gangræna ex ſcarifatione crurum hydropicorum.

Utcunque huc pertinet diſp. *de ſpadonibus* Jen. 1690. 4. Pl.

Steman *de hydrophobia* Utrecht 1695. 4. * ex morſu canis non rabidi.

H. Ettingshausen *de microcoſmi lapidicina in renibus & veſica* Erford 1695. 4. Hænel.

Laur. van der Busch *de partu Cæſareo* Franeker 1695. 4. *.

Joh. Vierzigman *de phimoſi* Altdorf. 1695. 4. *.

J. Lebzelter *de vulneribus, quæ ſclopetorum globis infigi ſolent, & eorum curatione* Lipſ. 1695. 4.

Adrian Ziegler *de odontalgia* Utrecht 1695. 4.

Reinhold Wagner *de meliceria* Celsi *ſ. ſynovia præſide* C. Barth. Hafn. 1695.

Christoph. Hammer *de ſpina ventoſa præſide eodem* ib. 1695.

§. CCCCXXX.

## §. CCCCXXX. Diaria.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* III., qui annis reſpondet 1695. 1696. J. Georgius Hoyer *obſ.* 43. lethale vulnus œſophagi.

*Ann.* VII. VIII. *obſ.* 183 tumor axillæ cancroſus funeſtus.

*Obſ.* 184 monſtroſi in naſo tumores vinculo adſtricti & ablati.

*Cent.* I. *obſ.* 55 & 56 allium adverſus calculum laudat, equiſetum ſpem feſelliſſe queritur.

*Cent.* III. *obſ.* 4 vulnera conjunctim funeſta, quæ ſingula mortem non intuliſſent.

*Obſ.* 5. 6 curationes ſympatheticæ, quas ævo condones.

*Cent.* V. *obſ.* 69 infans atretus ſectione curatus.

*Vol.* III. *obſ.* 18 inteſtinum duodenum lethali eventu vulneratum.

*Obſ.* 21 ſpica ſiliginea in ulcere infantis.

*Obſ.* 22 nymphæ nimiæ ſuffumigio reſtrictæ.

Ej. tribuitur *erneuerte medicinal Apoteker Chirurgorum und andre Ordnungen* Mülhauſen 4.

Ludovicus Apinus, Profeſſor Altdorfinus.

*Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 68 fiſtula perinæi curata.

*Ann.* V. VI. *obſ.* 116 ulcera tibiæ ſucco ſempervivi majoris curata.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 180 ſpina bifida.

Caroli Schroeter *Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 94 de calculo per ſeceſſum egeſto.

Christoph Horch, Medicus Berolinenſis.

*Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 95 vulnus ſtlopetarium curatum, quo abdomen trajiciebatur.

*Obſ.* 96 tumor congenitus frontis feliciter reſectus.

*Obſ.* 97 inteſtinum ileon in nuper nato confervens poſt 22 diem funeſtum.

In *Phil. Tranſ.* n. 215 Eduardus Baynard, lotium ſuppreſſum datis acidis medicamentis liberavit.

In *Mem. avant* 1699. Guilielmus Homberg tenaculam proponit, qua cataractam evellas.

## §. CCCCXXXI. Henricus van Deventer.

Medicus Belga Daventrienſis, qui chirurgiam univerſam & peculiariter artem obſtetriciam exercuit, obſtipos, claudos, mancos etiam curare (a) ſolitus, &



(a) In ipſo libro, ſe in his malis totum occupari.

& frequentia in Daniam itinera ſuſcipere, ornatus a CHRISTIANO V. ob mechanica, quæ exhibuerat ſpecimina. Junior enim aurifaber fuerat, & inſtrumenta parabat ad corrigendam ſtaturam.

EJUS *Dageraat der Vroed vrouwen ofte voorloper van het tractaet genaemt nieuw ligt der Vroed vrouwen* Leid. 1696. 8. GUNZ. 1701. 4. 1724. 4. 1746. 4. Ej. *operationes chirurgicæ novum lumen exhibentes obſtetricantibus* Leid. 1701. 4. * & auctius 1734. 4. Gallice vertente JACQUES JEAN BRUHIER d'Ablancourt Paris 1734. 4. maj. *. Germanice Jena. 1728. 8. 1731. 8. 1740. 8. 3. vol. 1761. 8. Anglice London 1716. 8.

Multum laudis hoc & ſequentibus operibus vir Cl. meruit, ut etiam a translatore Gallis ſuis præferatur, etſi ſunt, qui minus obliquitati uteri tribuant. Ab iſta enim pleraſque in pariendo difficultates noſter derivabat. Spem eſſe boni partus, ſi os uteri cum capite fetus in pelvim prolapſum fuerit, ſi tenue & molle fuerit, lateque patulum, & caput tangatur, & humores ſe in latitudinem explanaverint. Ut caput tangatur, etiam per os uteri. Ut veri dolores a ſpuriis diſtinguantur, accurate. Unco nunquam opus eſſe. Uteri in fundo fovea, quæ ſubinde adpareat, & quam oporteat continuo explanare. Sellam obſtetriciam deſcribit. Pelvis vitia varia. In nimis ampla pelvi, ſi una os uteri durum fuerit, poterit uterus prolabi. Anguſta pelvis longum poſcit laborem Coccygem debere repelli, eo repulſo partum hærentem expeditum fuiſſe. Obliquitas uteri varia: ut adgnoſcatur, ut tollatur. Utique a nimis ampla pelvi etiam vitioſi partus. Vaginam in Friſia frequenter prolabi: ut reponatur, curetur. Præcraſſas membranas tamen rumpi neceſſe. Ut placentæ præeunti medeamur. Soliti mali fetus ſitus eorumque medela. Brachia cum capite poſſe tranſire. Signa uteri antrorſum penduli, aut retrorſum, & medela. Uterus ad latus obliquus. Compendium artis utile. Quando inſtrumentis utendum, caput perforandum.

EJ. *operis pars ſecunda. Ulterius examen partuum difficilium, lapis lydius obſtetricum, & de neceſſaria cadaverum inciſione* Leid. . . . 1724. 4. *. *Seconde partie edit. Gallicæ.* Difficilis partus a plica uterum inter & vaginam intercepta: eo in caſu fetus ne pedibus quidem extrahi poteſt. In pelvis anguſtia caput aperiendum. Caput fetus ſupra os pubis delapſum. Brachium extorquere inutile. Exemplum capitis incuneati. De obſtetricum erroribus.

In editione Gallica BRUHIER primum laudes canit HENRICI, eique multa tribuit inventa, quæ hactenus dudum nota fuerant, ut dolorum verorum a ſpuriis diſtinctionem, repulſionem coccygis, obliquitatem uteri variam. In adnotationibus paſſim cum Gallis confert, & fere pro eo dicit.

In nova editione Leid. 1733. 4. *. multa acceſſerunt. Primum partus aliqui difficiles, de quibus auctor retulit, cujus codices ab heredibus bibliopola redemerat; fetus brachio præeuntes; transverſi; ab uteri oſculo conſtricti, & funeſtæ uteri obliquitates.

Inde epiſtola ſuccedit ad D. VINK, in qua varias iterum tradit adnotationes.

nes. Uterus obliquus, ut fundo ſuo in pendulum abdomen declinaret, eventu funeſto. Alius infauſtus eventus feminæ ſexto die, genitalibus partibus tumidis, cum fetu pereuntis. Nixuum maximam eſſe noxam, ſi uterus male verſus fuerit, ſic medicamentorum. Subitum partum utique lento præſtare. Caput apertum linteo ſicco prehenſum noſter adtrahebat. Chirurgos Pariſinos uteri obliquitatem ignorare, eorumque cæcum eſſe laborem. Continuo invertendus puer, qui male ſe offert. In malo ſitu, cum unco uti voluiſſet, neque is labor ſucceſſiſſet, tandem difficulter & unco vertebris prehenſis fetum eduxit.

Ejusd. *Beſchryving van de ziekten der beenderen inzonderheit van de rachitis* Leid. 1739. 4. *. Poſthumum, ſed ante mortem auctoris perfectum opus. Rachitidis theoria ex ſalis nata abundantia, ei oppoſitus arcanus ſapo. Spinam ventoſam deteriorem eſſe rachitidis gradum, & univerſi corporis cariem. De carie multa. Simplicem laudat curationem, negat nigreſcere. De radio fiſſo toto pene deſtructo, denique ſanato. Ab ambuſtione maxima cicatrix & claudicatio: noſter cicatricem incidit, ægram reſtituit. Nudato perioſteo oſſa tamen convaleſcere, dum aer vitetur, ſicca carpta lintea inponantur. Omnino oſſa nudata contegi. Radius ſæpe renatus. Spinam ventoſam hereditarium eſſe malum. Curvari artus, quod oſſa mollia fiant, cedantque muſculis, ita coſtæ introrſum ducuntur, ſternum extrorſum. De balænariis thoracibus & ocreis ferreis. Spinam ventoſam univerſi corporis eſſe, cariem topicam. Os femoris cum acetabulo confervens. Antiquam cicatricem inciſam apta deligatione muſculis ſurſum retractis ſuſtulit. Paronychiæ lumbricos admovet, etiam cariei. Os detectum poſſe reconciliari, inſperſo lapide calaminari, carptis linteis inpoſitis. Ad exfoliationem obtinendam euphorbium inutile eſſe, cauterium melius, neque debere ſquamam vi detrahi. In recente malo os nonnunquam conſervari poſſe, ſi vero ſicca deligatio non ſuffecerit, tum debere deradi acutiſſimo ſcalpro, quoad ſanguis ſequatur. Oleo antimonii ad carnem fungoſam delendam utebatur.

F. Mercurius van Helmont etiam machinam habebat ad reſtituendos gibboſos.

## §. CCCCXXXII. Augustinus Belloste.

Chirurgus in exercitu Gallico, qui in Italia militavit, deinde Turini Regiæ matris chirurgus fuit, D. Paris chirurgi & M. D. Galli diſcipulus, quem valde laudat. Erant eo tempore in Italia (*a*), qui Magatiana conſilia ſequerentur, quos inter Sancassanus Falcinellum nominat. Ab iis puto viris hauſit noſter ſuam in medicando ſimplicitatem, & porro experiendo ejus commoda didicit. Ejus *Chirurgien de l'hôpital* Paris 1696. 8. Hotton. 1705. 8. 1708. 8. 1716. 8. Amſterdam 1707. 12. *. Anglice Lond. 1732. 12. 2. vol. Germanice vertente Martino Schurig Dresd. 1705. 8, alii 1703. 8. 1710. 8. 1724.



(a) Magatum ſecutum eſſe, & plumbeam ad trepani foramen replendum laminam ex eo exſcripſiſſe *Giorn. de' Letterati* IV. p. 130. ſq.

1724. 8. Belgice *heelkonſtige verbandhuis meeſter* Haag 1701. 8. WACHENDORF. Haarlem 1725. 4. 1729. 8. 2. part. LAMBERG. Italice cum titulo *Chirone in campo* Venez. 1729. 8. 3. vol. & alias.

Princeps ſcopus eſt, MAGATI præcepta inculcare, raram deligationem, & deligationem & abſque turundis commendare. D. GAUFAPE' etiam citat, qui turundas rejecerit. Sed & agyrtas viderat feliciter curare, & ideo, ut putat, quod turundis abſtinerent.

Oſſa denudata multis foraminibus perterebrat ad CELSI modum. Ita oſſa reoperiri. Euphorbium in ſpiritu vini ſolutum oſſis cariei admovet. Lamina plumbea dimittenda in foramen trepano factum, ut duræ matris nixus cohibeatur.

Plurimæ adnotationes, quibus præcepta ſua fulciat, & curationum ſuis ex legibus feliciter ſuccedentium numeroſa exempla. Poſt apoſceparniſmon oſſa confirmata. Vulnera magna, linguæ, pulmonum, etiam diaphragmatis, ventriculi, vulnera abdomen trajicientia, oſſium a ſtlopis colliſorum, arteriæ interoſſeæ brachii, genu transverberati. Ulcera non fodienda digito neque ſtylo. Fiſtula ſcroti ſanata balſamo peruviano & ſtyptico CROLLII. Pectus in parte poſteriori propter empyema perforat. Fractura acromii facile ſanata, & pars cubiti reſtituta. Non excitandæ violenter glandes inpactæ. Magnis inciſionibus vulnera ſtlopetaria debere dilatari. Subitum a rejecta turunda levamen. Non continuo ob arteriam brachii læſam artus amputandus. Vulnus ventriculi, ſanguine ſurſum & deorſum ſecedente, tamen ſanatum. Armamentarium chirurgicum copioſum, medicamenta plurima, multa etiam ſua.

In editione 1715. acceſſit diſſ. de rabie, morſuque animalium venenatorum.

*Suite du chirurgien de l'hôpital, du mercure, des maladies des yeux, des tumeurs enkiſtées, des playes de poitrine, des playes tortueuſes, des injections, du mot d'Eſchare, de la chûte de l'inteſtin dans le ſcrotum, du ſarcocele & miſerere* Paris 1725. 8. *. Multa contra turundas, eorumque defenſorem PANDULFUM MARAVIGLIA. Contra injectiones. Ad oculorum vitia cauteria laudat, pone aures admota. Ad hernias reponendas fomenta frigida & adſtringentia. Nullam a glandibus plumbeis generari eſcharam. In vulneribus pectoris abſtinendum a turundis. Corpora peregrina impacta ſponte prodire. Vulnera tortuoſa non egere turundis, & facilius etiam ſanari quam recta. Tumores cyſticos indolentes non debere negligi, qui vel ſola mole ſua poſſint funeſti fieri.

*Epiſtolæ duæ ad* ANTONIUM BOCCACINI *de curatione* MAGATIANA *vulnerum* ex Italico verſæ. Potiſſimum contra PANDOLPHUM MARAVIGLIA ſcriptæ ſunt. Exſtant etiam *in dilucidationibus* SANCASSANI. Reliqua medici potius ſunt argumenti.

§. CCCCXXXIII.

## §. CCCCXXXIII. Vauguyon, Abeille.

De la Vauguyon M. D. *traité complet des operations de la chirurgie* Paris 1696. 8. *. Anglice Lond. 1707. 8. 1716. 8. March. 1736. 8. Belgice, *de heelkonſt in haar volmaakthed* Amſt. 1700. 8. Ex coævis fere ſua ſumit, neque multa propria habet. Mauricæum in rebus obſtetriciis ſequitur, in quibus multus eſt. Hiſtoriam morbi ſolet proponere, deinde adminiſtrationem chirurgicam, faſcias & deligationem, curationem totam. Ex Hildano plurimas adnotationes habet, alia magis propria. Luxationes recenſet, ſpiſſato liquore articulari ortas. Luxationes in calvariæ ſuturis admittit, iis faſcias obponit, quibus contineantur. Radium a cubito facile diſcedere. Fæcum involuntarium exitum a fractura coccygis vidit. Ex ano ſecundario ab inteſtini craſſi vulnere nato fæces non fætidæ. Ut cauſticis magni abſceſſus aperiantur. De cephalica vena inciſa ſanguinem abſque impetu elabi.

Scipion Abeille, Chirurgi caſtrenſis & noſodochiorum militarium, *le parfait chirurgien de l'armée* Paris 1696. 12. *. Breviter agit de faſciis frequentioris uſus, de trepano, de gaſtroraphia, de fiſtula ani, de amputatione, de fracturis, de ſuppellectili chirurgica, quam a Girardo artifice paratam laudat. Nervum brachialem in anevryſmatis ligatura jubet ab arteria ſeparare.

Ej. *le traité des playes d'arquebuſades.* Huic editioni præponitur annus 1695. 12. *. Non eſſe venenata.

Ej. *le chapitre ſingulier du* Guidon. Pariter anno præfixo 1695. 12. *. Examen candidati chirurgici.

J. Ravelly *traité de la maladie de la rage* Metz vel Paris 1696. 12. Lupa rabida aliquot homines vulneraverat, eorum plerique ſanati ſunt, aliqui hydrophobi perierunt. Noſter jubet locum demorſum exuri, vomitum cieri.

Du Treyve *lettre ſur la bleſſure de M. du* Palais Paris 1696. 12. Port.

## §. CCCCXXXIV. Petrus Verduyn.

Adriani f. chirurgi Amſtelodamenſis, *diſſ. epiſtolica de nova artuum decurtandorum ratione* Amſterdam 1697. 8. *. Belgice *verhandeling van een nieuwe manier om leedemaaten afteſetten.* Gallice etiam a. 1697. vertente Josepho Vergnol chirurgo, qui ipſe operationem erat paſſus. Titulus eſt, *nouvelle methode pour amputer les membres.*

Ita nempe in pede amputationem debere inſtitui, ut de ſura tantum reſervetur carnis, quantum ad operiendum truncum ſufficiat, ita os obtegi, lentam exfoliationem averti, ſanguinem conpeſci, meliorem eſſe artus reliqui uſum, cum ad eam carnem pes artificialis multo firmius poſſit adaptari. Inſtrumenta & encheireſes ſollicite exponit, inter illa ſuſtentaculum. Valde laudat Georgius la Faye accuratam adminiſtrationis deſcriptionem, cui nuperi vix quidquam addiderint.

In

In editione PETRI MASSUET acceſſit GUILIELMI van VLOOTEN ad VERDUYNIUM *epiſtola*, qui feliciter ad VERDUYNII modum artum amputaverat. Carpit tamen, quod lorum non ſatis arcte ſtrinxerit. Reſpondet in alia VERDUYNIUS.

ID. ADRIAN. VERDUYN novam adminiſtrationem in amputanda mamma excogitaverat, & curandi labii leporini, & intercipiendarum vinculo tonſillarum tumentium, & continendorum oſſium, quæ de fractura eminent. VERGNOL in præf.

EJ. *obſervationes chirurgicas* e Belgico in latinum translatas diximus, latine verſas & editas a JOHANNE TILING Leid. 1693. 8. *, qui pro auctario adjecit ad SCULTETI *armamentarium*. Curationes ſunt 22, pleræque graves & utiles. De cancro ex avulſa barba nato; de ulcere diuturno in cerebri ventriculum patente, poſt triennium lethali: de ſtrumis cultro ſublatis: de ore connato & ſeparato: de cartilaginoſo tumore maxillæ inferioris, cum exoſtoſi maxillæ inferioris, ferro & igne denique ſuperatis: de tumore aquoſo dorſi curato: de aure pueri nuper in lucem editi, ſarcomate obſeſſa. Iterum tumor aquoſus mammæ pro ſcirrho habitus: de arteria temporali feliciter inciſa: de tonſillæ tumore recrudeſcente & funeſto: de ſphacelo mammarum lethali, ex ſuppreſſis menſibus nato.

Editionem l. de amputatione, quam D. PETRUS MASSUET curavit, cum iſtius viri nomine dicemus, qui plurima adjecerit additamenta.

T. VISSCHER *heelkonſtige aanmerkingen* Amſterdam 1696. 8. WACHENDORF.

## §. CCCCXXXV. J. THOMAS WOOLHOUSE.

Anglus, JACOBO II addictus, ejus medicus ocularius, qui ad magnam ſenectutem pervenit, meis temporibus Pariſiis ſuperſtes.

EJ. *catalogue d'inſtrumens pour les operations des yeux* Paris 1696. 8. Non vidi, ſe puto jam tum inſtrumentum hic tradi ex hordei ariſtis compoſitum, in quo invento noſter valde ſibi placuit, cum tamen periculoſe fragili, & manifeſto dentato penicillo palpebras raderet. Video etiam ad hypopyon perforandum eodem loco inſtrumenta deſcripſiſſe.

In *Journal de Trevoux* Fevr. 1706 & adminiſtrationes ſuas laudaverat, & aſellorum, non vulgarium ſed aliorum grandiorum 32 pedum ſibi notorum, ſuccum pro ſummo in naſcente cataracta medicamento extollit. Debere vivos deglutiri. Lentem flavam & opacam ſuo loco repertam eſſe, cum cataracta depoſita fuiſſet. In equo fungoſam excreſcentiam reperiri, iridi adnatam.

A. 1728 in eodem diario refert de ægroto fruſtra a PETITO curato & a CAROLO S. YVES, quem ipſe reſtituerit, qua occaſione hunc ocularium ut plagiarium indoctumque hominem vituperat.

EJ. *experiences des différentes opérations manuelles & des guériſons qu'il a pratiquées aux yeux* Paris 1711. 8. BUR. alii 1712. 8. Genev. 1715. 12. HEIST. Putes eſſe

eſſe *groſſe Probſtüke in Augenkrankheiten, die er durch ſonderbare Operationen und ſpeciale Handgriffe jederzeit curirt, überſezt durch* CHRISTOPH le CERF Jena 1715. 4. Latine in E. N. C. Cent. VI. app.

EJ. *obſervations critiques de W. ſur un livre imprimé en Angleterre* London 1713. 8. In KENNEDY ophthalmographiam.

*Epiſtola inter additamenta* MAITRE JEANII prodiit Leid. 1714. 4. * ad editorem PALFYNIUM data, in qua W. contra ſedem cataractæ in cryſtallina lente pugnat.

EJ. *diſſertations ſavantes & critiques ſur la cataracte & glaucome de pluſieurs modernes* Francfurt 1717. 8. 1730. 8 & Latine vertente CHRISTOPHORO le CERF *diſſertationes de cataracta & glaucomate contra ſyſtema* BRISSAEI, ANTONII & HEISTERI Francfurt 1719. 8. *. Summa rei eſt, defendere contra nuperos, dari cataractas membranaceas penſiles, in utraque camera oculi, & lentis cryſtallinæ obſtructionem atque opacitatem aliud a cataracta malum eſſe, & inmedicabile. Poſſe intra 18 menſem cataractam deponi. Perforandum ad duas a cornea lineas, ad dimidium ſub iridis medio ſpatium, id niſi ſervetur, corpus vitreum perforari; de perforanda multis punctis cataracta: de deponendis, quæ adhærent. Sed etiam de educenda per inciſam corneam cataracta egit. In ſynechia lædi aut lentem aut uveam. Suis aſellis etiam mammæ cancrum ſanatum fuiſſe. Aſpere in ANTONIUM MAITRE JEAN. Libelli ſunt pluſculi.

*Epiſtolæ duæ* a. 1707 ſcriptæ I. P. le BRUN contra BRISSAEUM, quem plagii reum facit. Veterum ſyſtema deſcribit. Gypſeam ſe lentem vidiſſe oculi.

II. *Annotationes in tractatum de cataracta* ANTONII MAITRE JEAN *in Merc. Gall. Oct. Nov. Dec.* 1708, & ib. *Jan. ad April* 1709 hic recuſ. Acerbæ notæ, ut ANTONIUM contra propria ſenſa ſcripſiſſe aiat, & litteratis impoſuiſſe.

III. *Breves adnotationes in* HEISTERI *diſſertationem* Altdorf 1713. 8. editam.

IV. EJ. epiſtola ad JOHANNEM PALFYN.

V. Illepidum *carmen ad* J. HOVIUM, cum notis, quibus bibliotheca ophthalmica continetur.

VI. DANIELIS GEISLER Noribergenſis chirurgi epiſtola de cataracta vere membranacea, pupillæ firmiter adnata, in eodem oculo reperta cum lente cryſtallina opaca.

VII. Refutatio apologiæ HEISTERIANÆ.

VIII. Cenſura in G. HOWARD ophthalmiatriam. Aliqua de antiquitatibus chirurgiæ ocularíæ.

IX. Quadraginta operationum catalogns, quas exercet, græcis nominibus. Inter eas eſt βλεφαροξυσις. Fuſius de ungue.

EJ. *remarques ſur l'avertiſſement* de M. WINSLOW. In *diario Trivultino* 1724.

1724 acerrimus & inutilis libellus. Speculum ocularium GARENGEOTIE ſibi tribuit.

Ej. *de cataracta* diſp. in *d. Trivult.* 1725. M. *Mart.*

Ej. *reponſe aux difficultes touchant la cataracte membraneuſe* ib. 1726.

Ej. *obſervations ſur le memoire de* M. MORAND *inſeré dans l'Hiſt. de l'Acad. des ſciences* ib. 1726.

A. 1727 lentem cryſtallinam bonam fuiſſe, cum cataracta depoſita fuiſſet ex MORASCHI teſtimonio.

A. 1728 D. WALTHIER etiam membranam pendulam pone uveam vidiſſe; eam ſe apud SANTORINUM vidiſſe.

In *J. de Trev.* 1707 agit de lapide medicinali, qui ad externa aliqua oculi mala bene faciat: ad cataractam inutilis.

## §. CCCCXXXVI. VARII.

CONRAD BARTHOLD BEHRENS, medicus Hildesheimenſis, auctor eſt libri ſolis literis C. B. B. expreſſis editi Helmſtatt 1698. 8. *. *Medicus legalis oder geſezemäſſiger Beſtell und Ausübung der Arzneykunſt.* De chirurgis, eorum officiis & erroribus.

EJUSD. *ſelecta medica, de medicinæ natura, certitudine, imprimis pharmacopolarum, chirurgorum atque obſtetricium functionibus* Fr. Lipſ. 1708. 4.

In *E. N. C. Dec.* III. a. V. VI. *obſ.* 33 calculi in rene & utraque veſicula: ren exeſus.

*Cent.* I. *obſ.* 28. ut curaverit a fulmine tactos.

*Vol.* I. *obſ.* 76 calculoſi diſſectio.

DANIEL le CLERC, doctus & celebris medicus Genevenſis.

Ej. *eſt hiſtoire de la medecine* Genéve 1698. 12. & auctius 1723. 4. *. Hiſtoriam chirurgiæ utique docet, inquirit num ea ars, num medicina propria dignior ſit & antiquior. De Chirurgia Romana. Princeps ubique auctor, candidus & ab omni ſecta alienus.

Ei. tribuit Cl. PORTAL *appareil commode en faveur des jeunes chirurgiens* Paris 1700. 12.

J. JAC. WOYT *theſaurus pharmaceutico-chirurgicus, oder gründliche Erklärung der üblichen Kunſtwörter, die ſonderlich den Apothekern und Wundärzten vorkommen* Leipz. 1696. 8. RIV. Cum alio titulo *Gazophylacium medico phyſicum, oder Schazkammer mediciniſcher und natürlicher Dinge* Leipzig 1737. 4. *.

Ej. *Unterricht von den tödtlichen Wunden des ganzen menſchlichen Cörpers* Dreſd. 1716. 8. HUTH.

Ej. *curieuſe Chirurgie* Dreſd. 1715. 8.

Ej.

Ej. *Abhandlung aller innerlichen Krankheiten 3 Th. mit der Chirurgie und Hebammenkunſt vermehrt* Leipz. 1753. 4.

Ej. *trifolium chirurgicum*, *oder chirurgiſches Kleeblat* Leipz. 1705. 8. Boehm.

Georgius Baglivus, medicus, qui ſuo ævo magnam famam meruit, ſectamque pene condidit, hypotheſium in aliis inimicus, in ſe ipſo fautor. Inter diſſ. Rom 1696. 8. Lion 1699 cum praxi edita & ſæpiſſime recuſa eſt *diſſ. de tarantula*, in qua fabulas illas vulgares & curationem per choreas, credulus recipit.

Diſſ. *de veſicantium uſu & abuſu*, quibus medicamentis noſter valde infenſus erat. Nonnullis annis frequentiores a veſicatoriis gangrænas ſupervenire.

Mle. d'Auvergne *recueil de ſecrets touchant la medecine pour les maladies & les playes* Paris 1696. 12. d'Etr.

His temporibus aut etiam prius, vixit Andreas Tenzel, cujus *philoſophiſche und ſympathetiſche ſchriſten* Hof. 1725. 8. prodierunt, Boecler, & huc videntur facere.

## §. CCCCXXXVII. Disputationes.

Eberhard Barnstorf *de amputatione membrorum ſphacelatorum* Leid. 1696. 4.

Mich. Wanselow *diſp. exhibens hiſtoriam de ruptura lienis* Erford. 1696. 4. d'Etr.

D. Martini *de enterocele* Lipſ. 1696. 4.

Georg Langerman diſp. *de fraudibus & erroribus circa lapidem bezoar* Leid. 1696. 4. Potius practici argumenti.

J. Jac. Schoepfer *de hæmorrhagia oculo vulneratorum* Roſtoch. 1696. 4. Hæn.

Nic. Eglinger *de fracturis & luxationibus oſſium* Baſil. 1696. 4.

J. Conrad Becker *de abortu* Gieſſ. 1696. 4.

J. Schmidt *de lepra Græcorum unguibus monſtroſis prædita* Utrecht 1696. 4. *.

Renati le Conte & Nic. Andry, *non ergo parotis unica lethargi vindex* Paris 1696. 4.

Inter *Quæſtiones* XII Guilielmi Riviere Monſpel. 1696, eſt, *Ergo cancro, ſcrofulis, lui venereæ panacea mercurialis.*

## §. CCCCXXXVIII. Fridericus Hofman.

Profeſſor Halenſis, celebris medicus, & chemicus.

Ej. infinitæ ſunt diſputationes, quæ vel ipſius ſunt, vel a diſcipulis eo præſide defenſæ. *De amputatione membrorum ſphacelatorum, eorumque ſecura medela* Hall. 1696. 4. Bur.

*De ſynovia ejuſque origine* Hall. 1697. 4. *.

*De fiſtularum nova tuta ſanandi ratione* Hall. 1697. 4. * Sanata dente carioſo evulſo.

De *ισχαιμοις vel ſanguinem ſiſtentibus* Hall. 1698. 4. MENZ.

*De dentibus eorumque morbis* ib. 1698. 4. *.

*De remediis antiodontalgicis* ib. 1700. 4. HEF.

*De membris fractis* ib. 1700. 4. HÆNEL.

*Ulcerum ætiologia vera & circa curam cautelæ* Hall. 1703. 4. MENZ.

*De luxationum ſynthesi in genere* R. GRUHLMANN, qui auctor eſt.

EJ. *affectus rariſſimus perpetui ſucci nutritii ex thorace ſtillicidii* Hall. 1704. 4. *. Perforato pectore multum eductum materiæ chyloſæ, quam noſter tamen per arterias putat effundi.

EJ. *de imprudenti medicatione multorum morborum cauſa* Hall. 1715. 4. *.

*Caſus ægri ophthalmia laborantis* ib. 1717. 4. MENZ.

*De fiſtula ani* R. H. BASS auctore ib. 1718. 4. *.

*De ſphacelo ex cauſa interna feliciter curato* Hall. 1721. 4. *. Ab alliſione in homine cacochymo natus, exemta oſſicula, ſphacelus ad gangrænam ſubortus ſublatus.

*De oculorum procidentia* Hall. 1722. 4. *.

*De venæ ſectionis prudenti adminiſtratione* ib. 1723. 4. *. Practica potius.

*De incontinentia urinæ ex partu difficili* ib. 1724. 4. *.

*De exulceratione veſicæ* ib. 1724. 4. *.

*De veſicatoriorum præſtantia in medicina* ib. 1727. 4. *. In aſthmate ſpaſmodico, in variolis relabentibus. Clinici potius argumenti.

*De fonticulorum uſu* ib. 1727. 4. HAENEL.

*De morbis oculorum præcipuis* ib. 1728. 4. HAENEL.

*De læſionibus externis, abortivis venenis & philtris* R. SCHILMER ib. 1729. 4. 1755. 4. *. Lien ab ictu diſſiliens, inde mors ſubita. Sic ex ictu cum diaphragmate inflammato. Ab alia plaga ſphacelus. Vulnus pectus penetrans clauſum, inde empyema funeſtum.

*De cataracta* ib. 1729. 4. *.

*De dolore ex calculo renum* ib. 1732. 4. LANG. 1731. HE. Germanice *vom Nierenſtein.* Calculum fere in ſiniſtro latere habitare. Carolinas thermas calculum non generare.

*De ſpaſmo ex calculo felleo* ib. 1732. 4. LANGENH. 1731. HEF.

*De abortu* ib. 1733. 4.

*De fiſtula maxillari* ib. 1735. 4. *.

De

*De variis viſionis vitiis* ib. 1736. 4. Menz.

Ej. *de inflammatione oſſium* ib. 1737. 4. *. auctore reſpondente C. P. Glass.

Ad chirurgiam non exigua pars pertinet operis, quod cum titulo *medicinæ conſultatoriæ* prodiit, & quod fere fit reſponſis ordinis medici Halenſis, quæ plerumque in mitiſſimum ſenſum reſpondit.

Ejus T. I. Hall. 1721. 4. *. Varia de infanticidiis & vulneribus judicia: inter ea vulnus diaphragmatis funeſti eventus: pariter triſtis effectus fuſtigationis, & perinde lethale vulnus vaſis in meſocolo ſanguinei. Contra, percuſſio, a qua effuſus in ventriculis cerebri ſanguis, pro incerta mortis cauſa. Sphacelus ſcroti curatus oleo caryophyllorum. Diabetes ex calculo ureteri inpacto. Paracenteſis pectoris ab ordine medico approbata. Abſceſſus in muſculis abdominis. Vulnus ſinus frontalis longo tempore non ſanatum.

T. II. Hall. 1721. 4. *. Ejusdem generis quinquaginta conſilia. De vulneribus judicia, excuſatur vulnus arteriæ carotidis non ſatis definitum. Partus exſectus ex utero cæſareus, funeſtus ſed exculpatus. Vulnus penetrans abdomen & trajiciens; malus eventus chirurgo imputatus. In cerebro effuſus ex ictu ſanguis, reus excuſatus. Ulcus pertinax femoris, & ex ejus luxatione atrophia. Ex imperita venæ inciſione anevryſma ſpurium. Abſceſſus inter abdominis muſculos.

T. III. Hall. 1723. 4. *. Vulnus hepatis funeſtum, æger leniſſimum dolorem ſenſerat, quidquid alii ex hypotheſi in contrariam ſententiam dixerint. Vulnus funeſtum pulmonis: pro non lethali relatum. Lethale vulnus trunci communis venarum ab hepate in venam cavam confluentium. Veſicæ excoriatæ curatio. Calculoſorum hiſtoria, quos inter fuit, qui numeroſos calculos egeſſit. Fuſtigatio crudeliſſima, etiam capitis, ut tamen cranium integrum eſſet, pro non lethali. Anevryſma cruris ſponte ruptum, mortemque inferens, non ſatis adgnitum, ut imperitiſſimi homines etiam inciſionem moliti ſint.

T. IV. Hall. 1724. 4. *. Cranium bis fiſſum & pus ſub dura matre, pro non lethali. Inciſio hominis calculoſi: excuſatus medicus, qui Swalbacenſes aquas ad id malum ſuaſerat. Ex lapſu, femore neque fracto neque luxato, tamen ambulandi impotentia. Multiplex cranii fiſſura cum vaſe rupto & ſanguine effuſo: vulnus lethale pronuntiatum. Luxatio hinc humeri, inde radii & ulnæ cum non potuiſſent ſanari, & arteria a fragmento oſſeo convulnerata fuiſſet, chirurgus correptus. Vulnus pectoris, ab eo dolores, hectica ſanata ſuborto bubone inguinali. Lien ruptus, ſanguis in abdomen effuſus. Gangræna & mors ex gravi vulnere ipſis oſſibus brachii diſſectis, cum chirurgus ea oſſa tentaſſet reconciliare. Ex vulnere capitis cum fiſſura mors demum die quadrageſimo. Excuſatum vulnus conpuncti cerebri, cum pure in altero ventriculo effuſo.

Tom. V. Hall. 1726. 4. *. Hydrocele aliquoties conpuncta, in qua aqua ſubito maxima copia renaſcebatur. Vulnus duodeni pro abſolute lethali. Ulcus inteſtini recti. Ab ictubus fetus intra uterum pereuns, cum ſignis acceptæ injuriæ.

juriæ. Vulnus funeſtum diaphragmatis & hepatis, tamen pro non lethali. De infanticidio hic & alibi. Vulnus per orbitam in cerebrum penetrans pro lethali relatum.

T. VI. Hall. 1728. 4. *. Calculus cum podagra conjunctus. Ex ictu in cranio foramen, in cerebro pus fætidum & copioſum vomica contentum: reus excuſatus. Vulnus oſſis frontis jaculo perforati, quod in cerebrum penetraſſet, pariter excuſatum. Calculoſi hominis diarium, cui ſubinde calculi decedebant. A vulnere os tenuiſſimum & fragile ad duram cerebri membranam adhærens.

T. VII. Hall. 1730. 4. *. Cerebrum per frontis os convulneratum, pro non lethali. Ad ulcus cancroſum linguæ conſilia, quæ ſatis bene cedere viſa ſunt. Horrida capitis conquaſſatio, fracturæ, hiatus ſuturæ, contrafiſſura alterni lateris, pro lethali. Hernia inteſtini ilei in veſicæ celluloſam elapſi.

T. VIII. Hall. 1731. 4. *. Ab impacto pugno ſugillatio, ſanguis ſub calvaria effuſus, mors pene ſubita; reus excuſatus.

T. IX. Hall. 1732. 4. *. Lis inter medicos, qui vulnus pectoris cum fragmento pleuram compungente infelici eventu curaverant, cum alter ſaccharum ſaturni adhibere vellet, alter dilatare vulnus & injicere medicatos ſuccos. Ad calculum renalem dudum geſtatum conſilium.

Tom. X. ib. 1733. 4. *. Calculoſi multa mala patientis hiſtoria & renis ulcus. Nihil de forenſi medicina.

T. XI. ib. 1738. 4. *. Depoſiti ſenis opus, nihil iterum argumenti forenſis; aliqua ad calculi ſymptomata, ad cancrum occultum, ad ani fiſtulam.

T. XII. ib. 1739. 4. *. Ulcus renis. Ex lapſu femur ſubluxatum.

EJ. *conſultationum & reſponſionum medicinalium* Cent. I. ad morbos capitis & pectoris Hall. 1734. 4. *.

T. II. Cent. II. III. *complectens morbos abdominis & artuum extremorum* ib. 1734. 4. *. Quæ occurrerent chirurgica pariter ex opere *germanico ſumta.*

In *medicinæ ſyſtematicæ tomi quarti parte tertia* ib. 1734. 4. *. caput de abortu huc revocaveris, tum de ophthalmia, ubi axungiam viperarum laudat, de inflammatione veſicæ, cum propriis adnotationibus.

In Parte V. Hall. 1739. 4. *. Huc capita de ſphacelo a cauſa interna, de ulceribus & fiſtula, quibus caſus cum ſua curatione ſubjunxit.

In *opuſculis medico practicis* Hall. 1736. 4. *. huc facit diſſ. *de veſicantium & fonticulorum circumſpecto in medicina uſu.*

In notis ad POTERIUM varia etiam habet, ut bonum eventum rupti in hydrope umbilici.

§. CCCCXXXIX.

§. CCCCXXXIX. Diaria.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *Ann.* IV. *obſ.* 33.

Christian Helwich, Vratislavienſis medici, calculi imaginaria figura.

*Obſ.* 35 gangræna ex cauſa interna exorta.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 120 aliquæ de vulnerum lethalitate relationes.

*Cent.* VIII. *obſ.* 60 oſſa tumida curari emollientibus.

*Cent.* X, *obſ.* 31 a cephalea ſuturæ ſagittalis diſceſſio.

*Vol.* II. *obſ.* 60 calculum difficulter adgnoſci & fallere.

J. Baptista Wenkh.

*Dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 87 oſſicula prioris fetus in utero reſidua & nova imprægnatio.

*Cent.* V. *obſ.* 30 hydrophobia abſque canis morſu.

J. Christoph Menzel *Dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 121 alter gemellus uterum rupit.

*Obſ.* 122 gemelli ſe in partu impedientes funeſto eventu.

In *Phil. Tranſ.* n. 219 Joh. Wallis de equo, cui ventriculus perforatus fuerat, facile ſanato.

N. 220 Carolus Bernardus, vir eruditus, de magnis calculis de urethra exciſis, in qua a viginti retro annis ſederant.

N. 223 Id. fuſe de nephrotomia & hiſtoria hujus adminiſtrationis. Peractæ felix exemplum.

N. 221 Car. Preston de eodem 51 unciarum calculo, quem de veſica a morte hominis in noſocomio Charitatis extraxerunt, cum vivo non poſſent.

In novo diario *Galeria di Minerva* Venet. 1696. fol. *. Josuæ Ferro diſſ. de *bezoardicis calculis Americanis.*

Ferdinandi Santanielli diſſ. *de veſicantibus.*

In novo diario *le progrés de la medecine* Paris 1696. 12. * huc facit fetus aliquot annis in utero moratus, qui per inciſi abdominis vulnus exiit.

Du Chesne cyſtis membranacea utero mulieris adnata.

Tumor maximus ex ileo inteſtino & colo adnatus: redit iſte in *Phil. Tranſ.* n. 225.

In *Mem. avant* 1699. Galloys de tumore cyſtico genu obſidente, urina ſanato cum ſale communi in mellis ſpeciem cocta.

§. CCCCXL.

## §. CCCCXL. Godofredus Bidloo.

Profeſſor anatomes Leidenſis, Archiater Regis Guilielmi III. poëta, medicus, inciſor, etiam chirurgus, qui propria manu medicinam fecerit, in caſtris & domi bronchotomen feliciter exercuit (a), cancros reſecuit &c. Multa ſcripſit chirurgici argumenti, quæ ad ſuos annos ægre retuleris, cum ubique numeri annorum in collectione opuſculorum ſint omiſſi, ſingulas vero diſſertatiunculas difficillime reperias. Ad hunc annum revoco, quod Leidæ 1697. 4. prodierit

Christiani a Steenevelt *de ulcere verminoſo ad* Bidloum *diſſertationem*, quæ inter Bidloi opuſcula exſtat recuſa. Ulcus, de quo agitur, fracto pedi ſucceſſerat, ut tibia de cute promineret. Per id ulcus multa oſſicula prodierunt.

Ej. Bidloi *exercitationum anatomico chirurgicarum decades duæ* Leid. 1708. 4. *. Fuſæ hiſtoriæ memorabilium curationum, quibus noſter defunctus eſt, neſcio quo cum faſtu deſcriptarum. Huc faciunt

In *Decade* I. *de phlyctæna. De extraneis ex vulneribus eximendis*, quod ſtudium noſter accurate commendat: exemplum addit trabeculæ ferreæ, multis annis in lumbis geſtatæ. Periiſſe, cui glans plumbea inter coſtas hæſerat, quam noſter juſſerat eximi. Laxato vulnere demum noſter vitri fragmentum eduxit, quod vix tactum convulſiones ciebat. De *varicibus*, eos inter enormi, denique repreſſa, quæ minabatur gangræna, ſanata. *De oculo purulento* ſcalpello arguto perforato & denique curato: aliquot exempla. *De excreſcentia* maxima ſubito nata *in inguine*, vinculo ablata. De verrucis.

In *Dec.* II. Recrudeſcens tumor ille inguinis iterum vinctus, emortuus, ablatus, bono eventu. *De panno. De ungue, pinna, ala* & adminiſtratione horum malorum. Unguem ipſe Bidlous ſuſtulit, volſella adreptum. *De encanthide* eroſa & ſublata. *De exſtirpata viri mamma*, ab auctore ablata: furcam cruribus ſcindentibus depingit (b). *De oculi prolapſu. De læſo oſſe cribroſo* immenſam vim laticis aquoſi fundente. *De ſpina bifida* tum in collo, tum in lumbis. *De leucomate* curato leniter rodentibus illitionibus. *De exoſtoſium* aliquot exemplis iconibus expreſſis. Amputationem ab exoſtoſi requiri, medicamentis non tangi debere.

Redeunt iſta in *operibus omnibus anatomico chirurgicis* Leid. 1715. 4. *.

Diſputationem *de puncto*, cum in hac collectione non redeat, reſpondenti Helvetio tribuimus.

## §. CCCCXLI. Varii.

Saint Christau, chirurgi civitatis Luxemburg, *Chirurgie pratique* Luxembourg 1697. 12. *. Brevi compendio ſumma artis capita percurrit, addit inſtrumenta, medicamenta, aliquas adnotationes, ablati tumoris cyſtici, quem ſcarifavit

(a) Westhoven *de angina*.
(b) Improbat Vylhoorn ad Heist.

ſcariſavit & conſumſit, capitis contuſi neglecti, cum terebratione egeret, vulnerum, brachii amputationis &c.

Hippocratis nonnullos libros Paris 1697. 12. * edidit Dacier, gallice a ſe converſos, & cum codicibus Regiæ Bibliothecæ collatos, notis auctos. Inter eos ſunt *de arte*, *de veteri medicina*, *lex*, *jusjurandum*, *de medico*, *de decoro medici*, *& præcepta*. Notæ ut a litteratore.

Jean Fontrailles *traité de phyſique & de chirurgie* Paris 1697. 8.

In Pauli Boccone, nunc Sylvii dicti, *Muſeo di fiſica e d'eſperienze &c.* Venez. 1697. 4. * pluſcula pertinent ad chirurgiam medicam. De tarantula primum off. 17, cum commento ſaltationis. Dialogus de cancro: nimis in ſpem facilis. Medicamenta varia chirurgis utilia, numeroſa. Germanice excerptæ ſunt Jen. 1697. 12.

M. L. D. *Lettre ſur l'impoſſibilité des cures ſympathiques* Roterdam 1697. 12. Medicus ſerio eas curationes refutat.

Pancratii Wolf *cogitationes medico legales* Zeil. 1697. 8. Boehmer.

Ej. *de febrium criſibus per abſceſſus, bubones, carbunculos* Hall. 1705. 4.

## §. CCCCXLII. Disputationes.

J. Gerdes *de hydrophobia* Greifswalde 1697. 4. Menz.

Dan. Henr. Meibom *de patellæ oſſis læſionibus & curationibus* Franeker 1697. 4. *. Inſtrumentum deſcribit a patre Henrico inventum, quo patellas transverſim fractas continebat.

Chr. Gottl. Reusner *de partu difficili* Erford 1697. 4. Boehmer.

J. W. Koch *de partu præternaturali* Francf. 1697. 4.

J. Andr. Cramer *de nephralgia* Baſil. 1697. 4.

J. Phil. Chun *de pædarthrocace* Marburg 1697. 4. *.

J. Gerh. Winther *de rabie* Rinteln 1697. 4.

Cornelius v. Ackersdyck *de partu difficili* Leid. 1697. 4. *.

Justus Otto Quentin *de gravidarum præparatione ad partum facilem* Utrecht 1697. 4. *.

J. Jacob Fick, Prof. Jenenſis, *de abortu epidemico* Jen. 1697. 4. * Annum 1696. frequentibus abortubus infamem fuiſſe.

In *Comm. ad aphor.* Hipp. aliqua etiam chirurgica habet.

Henrici v. Sanden *de medicamentis cauſticis* Regiom. 1697. 4.

Ej. *de prolapſu uteri inverſi ab excreſcentia carneo fungoſa in fundo ejus interno ex potu infuſi crepitus lupi enato* Regiom. 1722. 4. *. *Vom Ausfall der Behrmutter* Leipz. 1723. 4.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* IX. X.

*Obſ.* 193 de ſteatomate cancroſo pullulante ex articulo genu, eventu funeſto: aderat & tibiæ caries.

*Obſ.* 194 anus imperforatus, & rectum inteſtinum in veſicam patens.

§. CCCCXLIII. DIARIA.

In *E. N. C. Dec.* III. *ann.* V. VI. pro a. 1697. & 1698.

ELIAS CAMERARIUS EL. RUD. f. Profeſſor Tubingenſis, meus olim præceptor, in *obſ.* 41 tumor adipoſus genu corroſivis exaſperatus, funeſto eventu: os femoris carioſum.

*Obſ.* 212 laudat cauſtica medicamenta ad auferendos tumores.

*Cent.* III. *obſ.* 54 exile in cantho oculi vulnus, inde magna ſymptomata.

*Obſ.* 56 memoria ab ictu occipitis læſa.

*Cent.* VI. *obſ.* 34 ſubluxatio dorſi ſponte curata.

*Obſ.* 35 faucium tumor felici eventu inciſus.

*Obſ.* 36 tumores in collo turbida lympha pleni: inciſi, tandem ſanati.

*Cent.* IX. *obſ.* 97 abſque machinis reſtitutorum artuum exempla.

*Obſ.* 98 urina cruenta conjuncta cum ani fiſtula.

*Vol.* II. *obſ.* 149 mors ſero ſuperveniens a parva cranii fiſſura.

In *Epiſtolis Taurinenſibus* Tubing. 1711. 8. * vix huc faciunt aliqua. De pulchra meretrice, cui oſſa carioſa; de morſu viperarum, canis rabidi, tarantulæ. De nova cataractæ theoria. De ſarcohydrocele inſigni.

EJ. *ſyſtema cautelarum medicarum* Francfurt 1721. 4. *. De anevryſmate, calculo, cataractæ natura & lite WOOLHOUSIANA; de cucurbitulis, ſcrophulis, nuperorum chirurgorum inventis & opinionibus; fiſtula lacrumali, fiſſura cranii, fetus extractione, hernia. Chirurgorum Gallicorum laudes. Animadverſiones obſtetricum in DIONIS, & aliqua chirurgica.

EJ. *de ſpina ventoſa* Tubing. 1722. 4.

EJ. diſp. *de gemurſa* PLINIANA *clavi pedis maligniori ſpecie* Tubing. 1722. 4. *. Gangrænæ inde natæ exempla, & alioquin ſpontaneæ ſenum gangrænæ.

EJ. *miſcellaneæ theſes medico chirurgicæ* ib. 1724. 4. * cum videantur THEOPHILI FRID. FABRI eſſe reſpondentis, eo loco dicentur.

EJ. *vitia urinæ vias & viciniam illarum adſtringentia* ib. 1733. 4. *.

J. HENRICH VORWALTNER *E. N. C.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 106 fetus fruſtillatim per umbilicum exemtus.

*Obſ.* 109 quartana diuturna excreto calculo ſublata.

*Obſ.*

*Obſ.* 111 in corde cervi innatum fuiſſe repertum globulum plumbeum, lignumque in pulmone.

*Ann.* VII. VIII. *obſ.* 144 ſarcoma conpreſſo broncho ſuffocans.

J. Michael Metius, Jenenſis.

*Dec.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 166 ſinus fiſtuloſus & alia mala a partu.

J. Henrich Starck.

*Obſ.* 167 felix uſus veſicatorii in febri petechiali.

*Ann.* VII. VIII. *obſ.* 57 urina purulenta tumor intercus ſublatus.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 170 calculus in canis veſica.

*Obſ.* 171 calculus veſicæ cum oſſeo in aorta concremento.

Reinhold Wagner Idem p. 522.

*Dec.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 179 tumor dextri pectoris pulſans, anevryſma nempe arteriæ aortæ.

*Obſ.* 180 ilei inteſtini ulcerum ſanatorum exempla.

In *Nov. Act. Lit. Mar. Balth.* 1699. Ej. in magno vulnere abdominis inteſtina tamen pene adglutinata.

Ib. huc referas embryonem ſuillum petrefactum.

Ib. abſceſſus inguinis ab inteſtino, quod lumbrici perforaverant.

Ej. abſceſſus hepatis per urinam & alvum evacuatus.

Ann. 1700. inciſio & judicium de vulnere funeſto diaphragmatis & hepatis.

*Cent.* I. *obſ.* 30 teſticulus hominis oſſeus.

*E. N. C. Dec.* III. *ann.* V. VI. Caspari Petzold tumor pedum & crurum ab urina retenta ſoluti ejus fluxu reſtituto, *obſ.* 185.

Ej. *obſervationes medico chirurgicæ ſelectiores* prodierunt Breslau 1715. 8. *. Eas inter pluſculæ ſunt chirurgicæ. Abſceſſus uteri judicatus effluente pure; ſphacelus a natura ſanatus, delapſa parte mortua. Varices ſponte rupti. Fiſtula prope aurem inciſa, curata. Sic pectoris fiſtulæ. Clavicula carioſa exemta, & a callo reſtituta. Tumor palpebræ exciſus. Fiſtulæ pectoris ſanatæ, & caries in digitis pedis, inque ipſo femore. Scarifatione verticis ſublata otalgia.

J. Daniel Dolæus *E. N. C. Dec.* III. *ann.* V. VI.

*Obſ.* 255 tumores illos ventriculi verminoſos in cane frequenter reperiri jam monuit.

*Obſ.* 258 moles in abdomine adipoſa mortis cauſa.

J. Carolus Westphal.

*Obſ.* 286 ex ulcere pedis clauſo pleuritis; ſputum cruentum, mors ipſa.

J. Abraham Merklin G. Abrahami f. *obſ.* 296 ſtylus chirurgicus chirurgo inter coſtas elapſus, nono demum anno ex inciſo abſceſſu exciſus.

Joh. Werner Zoller *obſ.* 102 tendo (nervum vocat) e manu evulſus, nullo in ſenſu aut in motu detrimento.

In *Progrès de la medecine* Medici D. Brunel 1697. celebris ille tumor teſtis reperitur, concrementis interſperſus oſſeis, quam pro teſtimonio venditarunt viri, qui conceperit. Occurrit etiam *in Mem. avant* 1699. & refutatur a. 1700. In meo exemplo deeſt, quem ex hoc diario citant in *Phil. Tranſact.* n. 226. Polypus.

In *Phil. Tranſ.* n. 227. Carolus Morley de fetus oſſibus per anum expulſis.

N. 228. Eduardus Tyson de homine, cui alterum cerebri hæmiſphærium ſphacelatum erat, inque cerebro calculus.

N. 229 Jacob Brodie de fetu per abſceſſum umbilici egeſto.

In *Memoir. avant* 1699. Aillaud de calculo in ſcroto reperto, quem Meryus putat ex veſica elapſum.

## §. CCCCXLIV. Varii.

Carolus Musitanus, Neapoli medicinam fecit, cum ſacerdos eſſet, homo ſingularis, ſalium amans, exſcriptor Ettmulleri, improbabilium hiſtoriarum narrator; quis enim pene truncato coiviſſe hominem credat, aut ſemen emiſiſſe.

Ej. *chirurgia theoretico practica ſ. trutina chirurgica phyſica* Genev. 1698. 4.*. recuſa cum reliquis operibus Venet. 1716. 1731. fol. Chiva. 1738. fol. Chiv. Genev. 1733. fol.

Pars I. eſt de *tumoribus*. P. II. *de ulceribus*. P. III. *de vulneribus*, quibus in nuperis editionibus acceſſit l. *de luxationibus & de fracturis* Genev. 1716. Poſſis etiam huc referre l. *de lue Venerea*, & demum in parte practica, quæ morbos a capite ad calcem recenſet, varios morbos ad chirurgiam ſpectantes, nephritidem, dentium dolorem, alia. Paradoxas cæterum hic curationes reperias, vulnerum ſtlopetariorum aqua Reginæ Hungariæ abſque digeſtivis aut ſuppuratione ſanatorum, tumorum excreſcentias ſpiritu ſalis ammoniaci, eryſipelatum ſoluto in aqua vitriolo, ſtrumas oleo bufonum. Laxiſſimus cæterum confabulator & laudator ſuorum medicamentorum.

J. B. Alliot (Petri f. cujus libellum diximus) *Traité du cancer, où l'on explique ſa nature & où l'on propoſe les moyens pour le guérir methodiquement, avec un examen du ſyſtéme de* M. Helvetius Paris 1698. 12. *. Potiſſimum Helvetium impugnat, qui eo ipſo tempore ſuam furcam & mammæ amputationem commendabat. Ei varia exprobrat, etiam remedium ad ſanguinis jacturas a Daniele

NIELE LUDOVICO, hypecacoanham a D. GARNIER mutuatam. Ipſe A. acidum in cancro morboſum increpat, quod vult ſuperare ſuo alcali eſcharotico, ex realgar & ex lixivio parato, cujus formulam deſcribit. Nempe arſenicum in lixivio ſolvitur, ſolutiones colantur, aceto ſaturnino præcipitantur, pulvis denique eluitur aqua, & mitigatur accenſo ſpiritu vini. Teſtimonia addit pro hoc medicamento, quod etiam patris fuerat. Eo cancrum ulceratum, non ſine dolore quidem, erodit.

Adjecti ſunt duo libelli ALLIOTI Patris, cui PETRO nomen fuit.

ADRIAN KOENERDING, chirurgi Amſtelodamenſis, *van het heet en coud vuur en van het afzetten of kuyt en ſchereebeen* Amſterdam 1698. 8. ut lego .... 1705. 8. *. Princeps ſcopus videtur contra VERDUYNIUM dicere: ejus ad modum aliquoties ſe artum amputaſſe, verum nimium inferre dolorem, tarde ſanari; arterias, ut in ipſo corpore reperit, varicoſas fieri, nihil veri commodi ægro ab eo commento accidere. Accedit YOUNGII, quam diximus epiſtola.

J. JAC. DOEBEL, filii medici cognominis, poſtea von DOEBELN, *penis cancroſi feliciter diſſecti hiſtoria* Leipz. 1698. 12. *. German. *Warhafter Bericht vom Geburtsglieder welches vom freſſenden Krebs inficirt, aber glücklich geſchnitten worden* Hafn. 1699. 8. Ephemeris non inutilis glandis penis tuberoſæ, fiſtuloſæ, feliciter reſectæ.

EJ. in *Act. Litt. Mar. Balth.* 1699. redditi ante mortem & ſponte, ſeni viſus exemplum, & hiſtoria fetus in ventrem effuſi.

Ib. de fetu extra uterum in abdomine reperto.

EJ. *de cataractæ natura & cura* Londin. Scan. 1727. 4. BOEHMER.

ANTONINI FABÆ *prattica di barbiero circa il cavar ſangue ed altre coſe appartenente a detto officio* Meſſan. 1698. 8. MANGET.

J. CHRISTOPH ETTNERS, *ſub nomine des getreuen* ECKART'S, *verwegener Chirurgus* Augſpurg 1698. 8.

EJ. *die unvorſichtige Hebamme* 1715. 8.

LIONELLUS WAFER *in deſcription of the iſthmus of Panama* Lond. 1698. 8.* ipſe chirurgus, medicinam Indorum deſcribit. Sagittis minutis ex arcu emiſſis repetita vulnuſcula infligunt loco venæ ſectionis.

## §. CCCCXLV. DISPUTATIONES.

J. ERNST SCHAPER & CAROLI FRID. BELOW, auctoris, *de digitis manus dextræ in quadam femina per conquaſſationem nodoſitate, ſpina ventoſa & atheromate monſtroſis* Roſtock 1698. 4. * cum hiſtoria imperfectæ amputationis.

EJ. SCHAPERI *de lippitudine cryſtallifera* Roſt. 1704. 4. * Virgo nobilis cui oculi diu clauſi fuerunt per mucum cryſtallinum alcalinæ indolis, demum ſanata.

EJ. *medicinæ curioſæ ſpecimen quid de pilorum canis rabidi impoſitione vulneri per ejus morſum inducto facta tenendum* ib. 1705. 4. *.

EJ. *medicinæ curioſæ ſpecimen de proverbio, Hände und Füſſe wachſen nicht wieder wie die Krebsſcheren* Roſtock 1712. 4. *.

EJ. *de hydrophthalmia intercepta* ib. 1713. 4. BOEHM.

J. JAC. SACHS *de mictu cruento* Erford 1698. 4. PL.

CAROLI RAYGER *de labriſulcio ſ. cheilocace* Altdorf 1698. 4. & in VALENTINI *Noſocom. Acad.*

CHRISTOPH KNEUSEL *de hæmorrhagia uterina matronæ abortientis, ex praxi clinica deſumta* Gieſſ. 1668. 4. HEFT.

J. GUNTHER ALBRECHT *de enematum evacuantium, alterantium & nutrientium uſu* Leid. 1698. 4. RIV.

V. W. RHODE *de nervi punctura* Leid. 1698. 4. HÆNEL.

WILHELM ULRICH WALDSCHMIDT J. JACOBI F. Profeſſor Kilonienſis, *de chirurgorum ignorantia* Kiel 1698. 4. *.

EJ. *de calculo renum* ib. 1707. 4. *.

EJ. *ægra ſpina ventoſa laborans* ib. 1718. 12. RIV.

EJ, *de fracturis oſſium ſine violentia externa* ib. 1721. 4. *.

EJ. *de abortus facti ſignis in matris præſertim defunctæ partibus generationi inſervientibus reperiendis* ib. 1723. 4.

EJ. *de vulneribus arteriarum in artubus ſæpe funeſtis* 1728.

EJ. *de* Κηλοτομια *abſque caſtratione* ib. 1730. 4. HÆNEL.

## §. CCCCXLVI. GEORGIUS ERNESTUS STAHL.

Cujus laudes alias dicemus. EJ. aliquæ ſunt chirurgici argumenti diſputationes;

*De nova pathologia calculi renum* Hall. 1698. 4. * Connexos eſſe morbos hæmorrhoides internas, podagram & calculum.

*De æſtimatione partium & læſionum* Hall. 1698. 4. *.

*De ſanguiſugarum utilitate* Hall. 1699. 4. * 1705. 4. *. Magni facit adverſus hæmorrhoides, morbos hypochondriacos, chronicos.

*De calculorum generatione, ſ. lithogeneſi* ib. 1699. 4. * Ex plethora renali principia ducere.

*De cancro* Hall. 1699. 4. 1705. 4. * A ſpiritu vini & camphora aliquid ſperat: & in ulceribus mali moris a myrrha in ovo ſoluta.

*De ſcarificatione narium Ægyptiaca* progr. Hall. 1701. 4. *.

*De abſceſſu & furunculo* ib. 1701. 4. 1705. 4. *.

*De phlebotomia* ib. 1701. 4. HEF.

*De affectibus oculorum* ib. 1702, 4. * Germanice a WINKLERO verſa Berlin 1735. 8. *.

*De fiſtula lachrymali* ib. 1702. 4. * & in noſtra collectione. Hic jubet chorda de chely ſumta & in punctum lacrumale inmiſſa, malum pertentare; & ad os uſque incidere. Pus per ſolum ſuperiorem ductum exire adnotavit.

EJ. *de vulnerum lethalitate* ib. 1705. 4. *.

*De abortu & fetu mortuo* Hall. 1704. 4. * In repetitis abortubus fere informes maſſas reddi.

*De infantum adfectibus* 1705. 4. *.

*De venæſectione in pede & aliis certis corporis regionibus* Hall. 1705. 4. *.

*De medicinæ & chirurgiæ perpetuo nexu* ib. 1705. 4. *.

*De ambuſtionibus* 1706. 4. *.

*De officio medici circa caſus chirurgicos* ib. 1710. 4. *.

*De medica chirurgia in genere* 1713. 4. *.

*De tumore œdematoſo podagrico* 1713. 4. HEF.

Cum EJUS etiam nomine prodiit *Einleitung zur Chirurgie* Lipſ. 1730. 8. * 1740. 4. BOECLER, codex forte M. ſ. prælectionum ab anonymo editus. Cera flava ſummum remedium ad partes ſenſiliſſimas vulneratas. Olecranum abſque ullo malo reſectum, præter rigiditatem. Acceſſerunt caſus, ut vocant, chirurgici quatuordecim, qui ſeorſim prodierunt cum titulo *Elementa chirurgiæ manu & methodo* STAHLIANA, edita Budingen 1727. 8.

Lego etiam exſtare STAHL *des grundmäſſigen chirurgiſchen Schlüſſels* 24 Theile Leipzig 1742. 8. etſi non ſit magni viri opus.

In *theoria medico phyſiologica & pathologica* Hall. 1708. 4. * inter alios morbos etiam chirurgica mala varia tractat, cancrum, calculum, &c. fere ut cauſas & theoriam eorum exponat.

## §. CCCCXLVII. DIARIA.

In *Phil, Tranſ. n.* 237 GUILIELMUS DAMPIER agit de ſtella terreſtri ad morſum canis rabidi ſalutari, quæ manifeſto lichen eſt, recte etiam adnotante HANS SLOANE.

Exem-

Exemplum partus hymene integro.

N. 243 oſſa fetus per abſceſſum ſuper os pubis egeſta. A. 1697 jam lecta fuerat relatio.

N. 245 Aaronis Goodyer relatio de viro prope Aleppum ex ſerpentis morſu pereunte. Celeriter interiit, celerius etiam alia animalia ab eo ſerpente morſa.

N. 246 Bonaveri de calculo ſub lingua.

In *Journal des Savans* 1698. ex variis abdominis abſceſſibus numeroſæ hydatides.

Poſſis huc revocare J. Baptistæ du Hamel R. *ſcient. acad. hiſtoriam* Paris 1698. 4. * & 1701. 4. * excuſam, ſed ea omnia alias habentur excuſa.

## §. CCCCXLVIII. Varii.

J. B. Fantoni, medici Taurinenſis, *obſervationes anatomico medicæ ſelectiores, in lucem editæ a filio* Johanne Turin 1699. 12. * Venet. 1713. 4. * Genev. 1736. 4. * cum filii Johannis operibus. Aliqua huc faciunt, ut anevryſma arteriæ aortæ ſupra arterias iliacas ruptæ. Ex lapſu meninges inflammatæ & cerebrum corruptum, abſque mentis læſione. Tumores aliqui inteſtinorum. A vulnere ſenſim, ut videtur, ruptum diaphragma, in ventriculus in thoracem adſcenderet. Fungus cerebri, quem, cum ligaretur, funeſtus ſecutus eſt ſopor.

Inter Melchioris Friccii, Ulmenſis medici, *paradoxa medica de venen.* Ulm 1699. 12. * huc pertinent ſeptimum, viperarum ſcorpiorum & aliorum animalium venenati morſus. Solo vulnere lædere, & nihil ab iis ad ſanguinem læſi animalis pervenire. Tum nonum, quo venenum animalium rabidorum oſtendit, ab aliorum animalium veneno longe differre, & alia curatione egere.

J. Baptistæ Contuli, Bononienſis, *de lapidibus podagra & chiragra in corpore humano productis* Rom. 1699. 4. * Tachenianus homo: calculos per omnes corporis partes proſequitur & depingit, iconibus equidem fictitiis. Calculi chemica analyſis: oleo privatum reddi friabilem: iterum indurari adfuſo vitrioli oleo, ab acido enim calculos conſiſtere. Calculus in glandula thyreoidea. Marmoreum calculum, & tophaceum, & argillaceum renalem, & cruſtaceum ex arenulis compoſitum diſtinguit, & cuique ſuam curationem propriam opponit. Calculi adhærentes. Calculi ſemiſoluti. Cum adhærente calculo extracta veſica. Gypſei in junioribus lapides.

In *l.* I. *the complete midwifes practice enlarged* Lond. 1699. 8. ex Ludovica Bourgeois, T. Mayerne, T. Chamberlaine, & R. Culpeper collectum opus.

Cor-

Cornelii Kelderman *onderwys voor alle vroed vrouwen rakende haar ampt ende plicht* Brugge 1699. 8.

Matthæi Georgii *parere intorno a veſicatori* Genova 1699. 8. 1706. 8.

Sebastiani Rotari *raggioni contra l'uſo del ſalaſſo e delle ventoſe* Veron. 1699. 4. Venet. 1701. 4. & *in operibus* Venet. 1744. fol. *. Medici potius argumenti.

Flamant *veritable medicin contenant pluſieurs pratiques de medecine, pharmacie & chirurgie, avec pluſieurs remedes ſimples* Paris 1699. 12.

## §. CCCCXLIX. Disputationes.

T. Hoola *de nephritide* Leid. 1699. 4.

J. Georg Menz *mulier dolore capitis periodico cum abſceſſu laborans* Altdorf 1699. 4. *.

J. Georg Kisner *de læſione tendinum* Leid. 1699. 4. * De ſutura tendinis agit, quam dat delineatam: In Valentini noſocomio recuſa eſt.

Gabriel Groddek *de Judæis præputium adtrahentibus* Gedan. 1699. 4.

Jacobi Fabricii diſp. *de phthiſi renali calculo veſicæ complicata* Gieſſ. 1699. 4. *. Ren dexter deſtructus, ureteres vaſtiſſimi, calculus in veſica.

Anton. Piccininus *de fractura cranii* Baſil. 1699. 4. Boehmer.

## §. CCCCL. Diaria.

In E. N. C. *Dec.* III. *ann.* VII. VIII. ad 1699. & 1700 Matthæus Blaeuw *obſ.* 151 a ſpina ventoſa cranium multis foraminibus perterebratum dixit, & multa oſſa fracta.

Joh. Tack *obſ.* 153 de paracenteſi in hydrope. Mors & inteſtina gangrænoſa.

Justi Friderici Dillenii, Profeſſoris Gieſſenſis, magni botanici patris.

*Obſ.* 163 cani lienem abſque noxa excidit.

*Obſ.* 166 enſe perforatum abdomen, & aorta arteria læſa.

*Obſ.* 168 vulnus aſperæ arteriæ charta ex ſtlopo exploſa inflictum, funeſtum.

*Ann.* IX. X. *obſ.* 244 calculus uncialis a femina excluſus.

*Obſ.* 244 incipiens cancer ſanatus.

*Obſ.* 247 a nervo, ut videtur, inciſo brachii paralyſis.

*Cent.* III. *obſ.* 43 puella atreta.

*Cent.* VII. *obſ.* 44 ruptum perinæum ſutura ſanatum.

*Obſ.* 46 oſſium pubis infanticidæ articulatio mollis & cerea.

UDALRICI STAUDIGERI *Dec.* III. *ann.* VII. VIII. *obſ.* 194 venenum apum tertia hebdomade elapſa efficax.

J. GEORG VOLCAMER, junior, ut puto, *obſ.* 210 de acmellæ vi lithontriptica.

In *Phil. Tranſ.* n. 250 WILLIAM CLERK de calculis utriuſque veſicæ in eodem ægro conjunctis.

HANS SLOANE de ſectione calculi exercita a JACOBO BEAULIEU. Recte vidit ad grandem calculum convenire. Ejus ad ophthalmias medicamentum ex mercurio præcipitato rubro & adipe viperina, multoties publice deſcriptum prodiit.

N. 258 J. KEEN de vulnere aſperæ arteriæ ſanato.

In *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1699, quando novam faciem & utiliorem hæc ſocietas induit, DANIEL TAUVRY egit de hydrophobo, quem incidit, & cui gula erat inflammata. Adlata ſunt etiam aliqua curatorum hominum exempla, potiſſimum etiam demerſione in frigidam.

ID. a. 1700 egit de oſſibus omnibus emollitis.

In *Actis Lit. Maris Balthici* 1699 J. JACOB STOLTERFOHT egit de oſſibus in corpore humano præter rationem natis.

## §. CCCCLI. GODOFREDUS BUDÆUS.

Medicus Budiſſinenſis in Luſatia.

In *Dec.* III. *ann.* VII. VIII. *Eph. Nat. Cur.* dedit *obſ.* 172 de atrophia a calculo & ulcere renum nata.

*Cent.* II. *obſ.* 104 hydatides in abſceſſu inguinis pullulantes.

*Obſ* 108 lien a concuſſione ruptus.

IDEM edidit SAMUELIS STURM, medici Lucavienſis, *Miſcellanea medico chirurgica practica & forenſia* Görliz 1731. 4. * Videtur auctor anno 1688 de vita deceſſiſſe; noſter autem codicem M. ſ. cum bibliotheca Clari viri emit. Sunt fere collegiorum medicorum de vulneribus relationes, deque eorum ad necem inferendam potentia: integra vero acta noſter edidit, qualia coram judice adparuerunt. Tota pene cum ſint hujus argumenti, nolui decerpere. Auctor infenſus flagitioſæ multorum collegiorum mollitiei, quæ ut uno ex exemplo innoteſcat, vulnus arteriæ venæque iliacæ, qua ex aorta prodeunt, ſtlopo illatum & ſubito funeſtum, renuntiatur pro incerto.

*Tomum* II. pariter a S. STURMIO collectum edidit 1732. 4. * mors ex ſanguine per contuſionem circa laryngem effuſo.

Deinde ex proprio labore ſubjecit Tomum III Görliz 1732. 4. *. T. 4. 1733. 4. *.

Ejuſdem ingenii. Vulnus aſperæ arteriæ cum ſanguinis vomitu curatum &c.

In

In *Samlungen aus allen Theilen der Arzneygelahrtheit der med. Soc. zu Budiſsin* Altenburg 1757. 8. * pluſcula ſunt BUDÆI, aliqua etiam chirurgica.

## §. CCCCLII. VARII.

YVONIS GAUKES, *praxis medico chirurgica rationalis, ſ. obſervationes medico chirurgicæ ratiociniis philoſophicis illuſtratæ* Groning 1700. 8. * Emden 1708. 8. Amſterdam 1708. 8. Neapoli 1727. 8. Germanice Dreſd. 1709. 8. Viginti hiſtoriæ morborum, ab auctore ſanatorum, cum mechanica expoſitione ſymptomatum, ad ſuas cauſas relatorum, deinde rationum, ob quas auctor non aliter ſit medicatus. Multum hypotheſios. Aliquæ hiſtoriæ abſceſſuum. Lumbrici de abſceſſu prodeuntes.

EJ. *introductio in praxin medicinæ & chirurgiæ univerſalem* Groning 1727. 8. *. Materia medica, quæ hactenus ad chirurgiam pertinet.

ANNÆ ELISABETH HORENBURGIN, natæ GÜLDENAPFEL, quæ obſtetriciam artem Islebiæ, deinde Brunſwici exercuit, *wohlmeinender und nöthiger Unterricht der Hebammen* Hannover u. Wolfenbuttel 1700. 8. * Simpliciter pro tironibus ſcripſit, de partu naturali, deinde vitioſo. Oſſa pubis non in naturali, ſed in difficili partu diſcedere. Non debere vaginam ad expediendum partum diſtendi. Non ignoravit incuneatum caput, & difficilem inde partum. Caput, quod latere ſuo præit, pariter metuit. Manum præeuntem comprimit, ut eam puer retrahat, neque ignorat ut ei malo mederi oporteat, verſione & pedibus apprehenſis quod quidem artificium in univerſum commendat.

FRANÇOIS LAMBERT *relation de la maladie de Bernard d'Armaignac ſur un amolliſſement des os* Toulouſe 1700. 12. Oſſa ſpongioſa ceræ molli ſimilia, dentes firmi.

In GEORGII PASCHII *novis inventis* Lipſ. 1700. 4. * de chirurgicis etiam in C. IV. agitur; de lanceola pro vena incidenda, quæ elatere retenta, eo laxato venam percutiat, non tamen ultra deſtinatam profunditatem.

CHARLES CÆSAR BAUDELOT, *lettre ſur une pierre trouvée dans un cheval* Paris 1700. 8. * Calculus maximus, funeſtus, inteſtinum equi replens.

Huc recenſeo WILLOUGBY, chirurgi Darbienſis, *vroedkundige anmerkingen* Leid. 1754. 8. * Artem ad annum 1681 exercuit. Naturæ opem exſpectabat, partum amabat differre: ei felices partus meretricum deberi. Pedibus & alterum gemellum, & in univerſum in omni ſitu difficili fetum educebat. Partes vetabat diſtendere. Caput impactum poſt feminam poſitus duobus digitis de oſſe pelvis detorquebat, coccygem vero extrorſum flectebat. Unco in vivo fetu non utebatur. In hæmorrhagia partum præcipitabat, non ſemper felix. Rachiticarum puellarum pelvim figuram alienam inducere, duriorem coccygem ſæpe partum morari. Rariores caſus, ut obſtaculum partus a calculis in cutem incluſis.

## §. CCCCLIII. JACOBUS BEAULIEU.

JACQUES, vero nomine BAULOT, qui amabat audire BEAULIEU, ex Comitatu Burgundiæ natus, in noſocomio primum ægrotorum curam geſſit, deinde PAULONUM Italum lithotomum & herniotomum per varias provincias vagantem ſecutus, poſt aliquot annos eum deſeruit, & propria manu utrumque malum curare ſuſcepit, mutatis magiſtri præceptis, ut ad ſiniſtra a raphe, verſus femur incideret, nimiam urethræ dilatationem vitaturus. Caſtrabat etiam. ſed eam curationem herniarum ut vir pius deſeruit, nummorum cætera minime cupidus. Veſuntione a. 1695 per ſuas curationes innotuit, & Pariſiis a. 1697 feliciter primum, deinde minus fauſto eventu calculoſos ſecuit. Deinde Aquas Graniasadiit, perfectioribus jam inſtrumentis uſus, ſulcato cathetere, ex DUVERNEYI conſilio: feliciter etiam Verſaliis operatus, niſi quod Mareſchallus de Lorge fungo veſicæ præter ſeptem calculos laborans periit. Prope Genevam porro & Amſtelodami artem exercuit, odia paſſus RAVII, quem nobili vindicta, ipſe ſibi præferebat. Inde Argentorati numeroſos calculoſos ſecuit, magna uſus felicitate. Tunc Venetias petiit & Patavium, Romamque, & Veſuntione mortem obiit, vir ſingularis, animoſus, anatomes inperitus. Si Cl. BUSSIERE audias (apud DOUGLASSIUM) etiam ejus apparatus parvus verus erat lateralis apparatus. Incidiſſe veſicam demum quando calculus permagnus erat, ibi lego, & in feminis vaginam.

Correxit aliquantum methodum CELSI, ut per urethram quidem & ſuper catheterem incideret, paulum ad latus, cæterum partem urethræ primam proſtatamque & aliquam partem exeuntis veſicæ divideret. Ut omnino ea methodo adulti homines ſanari poſſint, & tamen grandes calculi educi, quos abſque ſummo periculo non licuiſſet, integra proſtata de veſica evellere. Quare hunc curandi modum RAVIUS ſuum fecit & plerique nuperiores chirurgi, varie mutatum receperunt.

Exſtat etiam de ejus modo calculum ſecandi codex M. S. HUNAULD patris.

## §. CCCCLIV. C. D. de LAUNAI. ALII.

CHARLES DENIS de LAUNAI, *Diſſertations phyſiques & pratiques ſur les maladies & les operations de la pierre* Paris 1700. 12. *. Calculi ſex unciarum ponde re, equidem ſponte fracti, per fiſtulam urethræ eductio. Cui quater intra quatuor annos calculi, & grandes ii, educti ſunt. Secundum calculum in urethra negligen s chirurgus reliquit. TOLETI catheter flexilis, quem in veſica relinquas, ex conv oluto filo argenteo factus. Fuſe de F. JACOBO, cui non parcit, & pleroſque, quos ad calculum educendum ſecuerat, periiſſe monet. Aliqua contra apparatum altum, eo tempore in Gallia obſoletum. Calculus 51 unciarum, quem lithotomus utique abſque ſua culpa forcipe non potuit comprehendere. Alii viarum urinariarum morbi.

In

In Ej. l. *ſur la generation* Paris 1721. 12, citat ſectionem Cæſaream a chirurgo Prevot factam.

M. des Hayes Gendron, medici, *recherches ſur la nature & la guériſon du cancer* Paris 1700. 8. in *Phil. Tranſ.* aut 1701. 12. *. Radices earumque propagines deſcribit, quas habet pro vaſis compreſſis. In curatione rejicit acria omnia, emollientia, narcotica & ſtyptica adhibet.

*Aderlaßbüchlein nebſt 50 Fragen vom blutaderlaſſen und ſchrepfen* Schneeberg 1700. 8. Boehmer.

J. Gottfried Gottlieb *neueröfnete Apothekerſchule .... von Barbierern, Badern, Materialiſten, Oculiſten* Francf. 1700. 8; nempe de cujusque artis privilegiis propriisque finibus.

Bernardino Ramazzini *de morbis artificum* Mutin. 1700. 8. Caput de iatraleptis, ſ. venereos ægros unguento mercuriali defricantibus, huc facit, & de obſtetricum morbis.

Antonii Suares de Feria *Faſciculus medicus practicus ex 4 tractatibus collectus; 1. de fontanellis* Lisboa 1700. 4. C. de V.

Caroli Leigh *natural hiſtory of Lancashire, Cheshire and the Peak* Oxford. 1700. fol. *. Inter rariora regionis, aliqua ad calculos. Concham veram in veſica pueri viſam. Calculus cretaceus ex hominis ſura &c. Bruta animalia, quibus ventriculus a flatu tumet, eo inciſo ſanata.

In *exercitt.* V. libræ 120 ex ſcroto hydropico.

Circa hæc tempora videtur ſcriptus fuiſſe codex, qui multis ab auctoris morte annis demum prodiit. Johannes nempe Fatio medicus, qui obſtetriciam Baſileæ exercebat, reliquit *helvetiſche vernünftige Wehmutter, oder gründl. Unterricht, wie mit ſchwangern gebährenden Kindbetterinnen und neu gebohrnen Kindern umzugehen* Baſil. 1752. 4. *. Multi caſus partuum difficilium, qui ſcriptori curandi contigerunt. Ut emendaverit difficilem ob prolapſam vaginam partum. Præeuntibus ſecundis fetum abſque artis auxilio non poſſe ſuccedere. Ruptus in partu uterus. Iterum uterus ruptus, & per eum elapſa inteſtina. Lacerum collum veſicæ, ſutura clavata confirmatum. Veſica rupta, perinæum laceratum, in partu difficili. Magnus tumor placentæ ſimilis, caput tegens. Ut caput reſes in utero evocaverit. Caput nimis grande ſe coactum fuiſſe dividere, ut aquam hydropicam emitteret. Mira hiſtoria fetuum epigaſtriis connatorum, quos in lucem protraxit & ſeparavit, ut uterque fetus vitalis ſupereſſet. Sectionem Cæſaream non admittit, niſi in mortua femina, de qua 14 hora a partu vitalem & plorantem puerum excidit. Placentam, quam de utero ſolvere non potuerat, feliciter fruſtillatim deceſſiſſe.

## §. CCCCLV. Disputationes.

Martin Sylv. Grabe *de renum calculo* Leid. 1700. 4. *.

J. Heslopp *de dentitione infantum difficili & laborioſa* ib. 1700. 4. *.

Elias Godofr. Nitschius *de calculo renum* ib. 1700. 4. Riv.

Bernard Schifferdegher *de herniis* Utrecht 1700. 4. *.

Philipp. Henr. Brand *de gangræna* Altdorf 1700. 4. Menz.

J. Henrich Hegner *de paronychia* Baſil. 1700. 4.

Godofr. Sand *Fungus cerebri inventus & exſtirpatus* Regiomont. 1700. 4. * & in meis *ſelectis* T. I. Diſp. melioris notæ & caſus graviſſimus. Tumor, abſceſſus, caries cranii: admota aliquoties terebra, efflorescens fungus obtuſo cultro remotus, ſanatio denique plena.

Ejusd. *rarus ventriculi abſceſſus* ib. 1701. 4. Bona iterum adnotatio, niſi malis ad clinica referre.

Id. in *Nov. Act. Lit. Mar. Balth.* a. 1705. Godofredi Sandii de raro ventriculi abſceſſu adnotatio ib. reperitur.

J. Deodati Blumentrost, *medicus caſtrenſis, exercitui Moſcovitarum præfectus* Regiom. 1700. 4. *.

## §. CCCCLVI. Alexius Littre.

Ejus multæ ſunt diſſertationes, inter *Commentarios Acad. Scient.* editæ.

A. 1700. hernia facta ab ilei int. appendice, ad aliquot exempla. Ut ſtrangulatum & gangrænoſum inteſtinum curetur, & ut inteſtini elapſi pars ſuperior ab inferiori dignoſcatur.

A. 1701. renis calculoſi dedit hiſtoriam.

A. 1702. calculos duos in membranis veſicæ reperit. Ipſe fetum de ano feminæ extraxit.

A. 1703. de ſacco herniali, qui ſponte ſub anulo ſe clauſerit & conferbuerit.

A. 1704. vidit inteſtinum ſpontaneo abſceſſu apertum; per quem calculi prodierunt fellei. Suppreſſio lotii a maxima veſicæ urinariæ dilatatione.

A. 1705. de vulneribus repetitis abdominis ſanatis, & viſcerum ad cicatricem adhæſione.

*Hiſt.* 1706. de calculis collectis in cavea præputii infantis phimoſi laborantis.

De catello, in quo per hiatum diaphragmatis cicatrice clauſum ventriculus in pectus migraverat.

*Mem.*

*Mem.* 1707. maximum anevryſma aortæ ſub ſubclaviæ ſiniſtræ origine natum deſcribit, ad maxillam uſque adſcendens.

In *hiſtoria* dicitur oſtendiſſe in conſeſſu academiæ veram cataractam membranaceam iridi adnatam; aliamque ante pupillæ aditum protenſam.

A. 1709. de novo genere tumoris, quem ab adipe vocat Lipoma.

A. 1710. proponit, quando rectum inteſtinum in duas partes quaſi ſeceſſit, diſcindere eas & conſuere.

A. 1712. magnum anevryſma naſcentis aortæ.

A. 1713. de emphyſemate, morbo ea ætate parum noto.

A. 1714. de tumoribus ab aere natis, viisque per quas aer effunditur.

De hernia ventriculi a contuſione nata.

A. 1716. de deglutitione impedita per indurationem & tumorem œſophagi, exiguum iter ciborum liberum relinquentem, cum ſaccis pharyngis.

## §. CCCCLVII. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 260 Thomas Proby acum eburneam ex feminæ veſica excidit, quam ſe aiebat devoraſſe.

Thom. Greenhill n. 265. ex tumore umbilici prodeuntia oſſicula puerorum.

Acus ſub cute exciſa.

Ej. n. 300. atheromata pectoris & glandulæ conglobatæ obſtructæ.

J. Wallace n. 266. calculus exciſus, in quo pili.

Georgius Garden exciſus calculus circa ſilicem natus.

La Faye n. 267. anevryſma naſcentis aortæ ex contuſione natum. Sponte crepuerat funeſto eventu.

Petri Hotton (n. 268.) teſtimonia pro vi lithontriptica Acmellæ Ceylanicæ.

In *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1700. Philippus de la Hire contra Brisæum contendit, non eſſe in opaca lente cryſtallina cataractæ ſedem. Eſſe qui depoſita cataracta viderint abſque vitro convexo. In bove ſe comperiſſe, non poſſe lentem cryſtallinam in fundum oculi detrudi. Fuerunt autem jam eo ævo, qui in opaca membrana lentis cryſtallinæ vitii ſedem poſuerunt.

In *hiſt. de l'Acad.* 1700. ex ſubita contorſione colli anevryſma funeſtum arteriæ ſubclaviæ.

In *hiſt.* de 1701. de grandi calculo, qui ſponte de viro exierit.

Nicolaus, ut puto, Lemery de calculo 27 unciarum in equæ veſica urinaria reperto.

In

In *Nov. Act. Lit. Mar. Balth.* 1700. J. GLOSEMEYER de magnis veſicæ infantis calculis.

Hiſtoria teſtis hominis, ad uſus, ut videtur, ſuperſtitioſos evulſi.

Ib. 1701. de inſigni calculo: intus ſiliceus erat, extus arenaceus.

## §. CCCCLVIII. CODICES ALIQUI M. S. HUJUS SECULI, ut puto.

JOSEPH BYRON chirurgical obſervations. In codd. HANS SLOANE n. 8847.

ROB. SUTTON obſervatio medica de corpore vulnerato. Inter ASHMOLEANOS n. 7746.

KYNDER a confutation of the pouder of ſympathy. ASHMOLE n. 7678.

Codex ſeculi XVII. de chirurgia ejusque operationibus & inſtrumentis. B. R. Paris n. 7141.

## §. CCCCLIX. DIONYSIUS SANCASSANI,

Medicus Comaclenſis, qui MAGATI nomen adoptavit. Paſſim ſupererant in Italia viri (a) qui ad MAGATI modum turundis abſtinebant, vulnera eo fine curabant, ut clauderent, & ſimpliciſſimam medicationem adhibebant. De FALCINELLO diximus. Laudat (b) etiam noſter ALEXANDRUM GUICCIARDINUM chirurgum, qui eamdem ſecutus ſit methodum. Sed etiam pater SANCASSANI eamdem in curando MAGATI methodum ſecutus erat (c).

EJUS prima eſt *polyarchia*, *ſ. enneas diſſertationum epiſtolarium* Ferrar. 1701. 4. quæ num aliquid chirurgici argumenti contineant, equidem ignoro.

Sed a. 1708, deinde 1729. dedit *il Chirone in campo*, Belloſtii nempe opus cum ſuis notis, in quibus MAGATO ſuas laudes noſter vindicat, & paralleliſmum morborum oſſium partiumque mollium addit. Ardens in confirmanda ſententia auctor, verboſior, neque timidus ſuas interſpergere laudes.

*Il lume all occhio per la lettura d'un tal modo di medicare le ferite* Forli 1707. 8. MAGATI priora jura contra BELLOSTIUM defendit.

Inde dedit *Aforiſmi generali della cura delle ferite col modo di* MAGATI Venez. 1713. 8. recuſos cum *dilucidazioni*. Acceſſit epiſtola JAC. PEREGRINI NUVOLETTI de modo, quo lingendo canes ſua vulnera ſanant. Deinde SANCASSANI reſponſio, tum alia epiſtola de vulnere balſamo ſympathico ſanato; de eodem porro balſamo, & de auricula propriæ filiæ adſuta & reconciliata.

Eodem

(a) p.
(b) *Diluc.* I. p. 180.
(c) Ib. III. p. 282.

Eodem anno prodierunt *oſſervazioni medico chirurgiche cum tr. de balſamo ſympathetico* Venez. 1713. 8. *.

Eodem porro anno prodierunt ANTONII BOCCACINI, chirurgi Ferrarienſis, SANCASSANI diſcipuli, *cinque diſinganni chirurgici per la cura delle ferite* Venez. 1713. 8. *, quos libellos ipſius SANCASSANI ſcripta eſſe ipſe teſtis eſt (*d*), etſi in iisdem paſſim SANCASSANUS laudatur. Pluſculi ſunt libelli. In primo laudes dantur curationis MAGATIANÆ, quæ fit rara deligatione, turundarum abſtinentia &c. Accedit vulneris ſtlopetarii femoris ad MAGATI modum feliciter curati hiſtoria, quæ etiam eſt in dilucidationibus.

*Giunta di alcune lettere in difeſa de i diſinganni* ib. Approbationes ſunt CECCHINI & BELLOSTII, eamdem methodum laudantium.

EJ. BOCCACCINI *cinque diſinganni chirurgici per la cura delle ulcere* Venez. 1714. 8. *. Ulcera abſque unguentis & medicamentis oleoſis curari debere, & ideo in nonnullis regionibus pedum ulcera non ſanari, quod perperam curentur. Adjecta eſt relatio de ulceribus in utraque tibia infeliciter vulgari modo curatis, MAGATIANA demum ſanatis.

*Giunta ſecunda di alcune lettere in difeſa dei diſinganni* ib. 1714. 8. *. Approbationes TORTI, CECCHINI, PETRUCCI.

EJ. *cinque diſinganni chirurgici per le cure degli ſini* ib. 1715. 8. *. Ex turundis & injectis liquidis medicamentis ſinus naſci. Addita curatio abſceſſus ad anum, plumaceolis ſolis cum oleo adjectis ſanati.

*Giunta terza di alcune lèttere.* ALOYSIUS *della* FABBRA, H. NIGRISOLIUS, J. DOMINICUS GOTTI methodum MAGATI probant.

Denique magnam edidit collectionem cum titulo, *Dilucidazioni fiſiche mediche tendenti a richiamare la medicina pratica e la precioſa purità in cui ſe laſcio il grande* HIPPOCRATE Rom. fol. 4. vol. *. In Tom. I. multi ſunt libelli FILIPPI PALACII, quem diximus, cum vita viri ſcripta a J. B. BOCCOLINO.

ZAMBECCARI experimenta facta in vivis animalibus.

REDI de liquore ſtyptico.

HERMANNI de HEYDE diſcurſus, quantum ad aquæ ſimplicis in vulneribus efficaciam pertinet. Adjecit noſter decadem obſervationum eodem ſpectantium, partim alienarum, partim SANCASSANI, cephaleæ, maniæ, pleuritidis, aqua frigida ſanatarum. Deinde SANCASSANI epiſtola ad eundem libellum HERMANNI van der HEYDEN.

Epiſtola ad BELLOSTIUM. Ipſum ſuæ apologiæ auctorem eſſe MAGATUM. Vitio ſeculi medicamenta compoſita a MAGATO præſcribi, amaſſe tamen SETTALAM ſimplicia. Sequaces viri CIGNOZZI, FALCINELLI.

MARIO CECCHINI *bilancia fatta in Roma fra li due modi di curare le ferite* commu-



(d) *Dilucid.* IV. p. 119.

*communale e del* MAGATI. Vulgari modo PETRUS CESCONI curabat. MAGATIANA CECCHINUS ſuperat felicitas curationis ſimplicis.

ALESSANDRO PISONI, chirurgi Cremonenſis, *breve compendio dell' opinione di* C. MAGATI *intorno i medicare rare volte e ſenza taſta le ferite.* Brevis libellus.

*Cinquanta oſſervazioni chirurgiche eſtratte del opere del* MAGATI. Notas adjecit SANCASSANUS.

*Paradoſſo chirurgico dedutto da una oſſervazione di* M. *de la* PEYRONIE, quam curationem late patentis cariei aqua potiſſimum Balarucenſi perfectam alias laudabimus: cum variis SANCASSANI additamentis.

JOSEPHI MARIÆ BACCHETTONI, chirurgi Bononienſis, ad SANCASSANUM epiſtola.

In Tom. II. Rom. 1733. f.* PROSPER MAGATUS, ex fratre nepos, CÆSARIS vitam deſcribit. Deinde exſtat hic *il vero* MAGATI *redivivo.* Satis fuſus liber ex BELLOSTIO fere decerptus, quo primum methodus curandorum vulnerum MAGATIANA, deinde pharmacopœa chirurgica, tunc aphoriſmi practici continentur. Inde de cura ſinuum & ulcerum, de remediorum ſpagiricorum in vulneribus curandis uſu & abuſu, de certarum partium humani corporis in certis regionibus faciliori aut difficiliori ſanatione. Omnia fere a MAGATO decerpta. Denique tres epiſtolæ PROSPERI MAGATI.

*Centum curationes* a DIONYSIO SANCASSANO aliisque peractæ ad leges MAGATI, cum *dilucidationibus*, *ſ. adnotationibus.* Ita titulus ait, nam 19 tantum hic obſervationes reperiuntur, reliquæ ſunt in volumine tertio. Deglutitus fuſus, exeuns de tumore ſub gula nato. De ulceribus & fiſtulis, rejecta turunda ſanatis. Contra magnas inciſiones. Ulcus inteſtinorum & abdominis rara deligatione ſuperum. Sic vulnus arteriæ carotidis. Vulnera pectoris ad MAGATI leges ſanata, etiam cum globus plumbeus utramque pectoris caveam perterebraſſet. Vulnera laryngis, aſperæ arteriæ & œſophagi ſanata. Solo neglectu chirurgi ſanatus eger. Digitus reconciliatus, qui pene totus reſectus erat. Magna hæmorrhagia digitorum preſſione ſanata.

T. III. a. 1737. prodiit. In eo centum obſervationes perficiuntur.

*Decas curationum* SANCASSANI, per quas conſtitit, uſum turundarum nocere. J. B. MAGATI quam diximus apologia. Epiſtolæ quinque medicorum MAGATI conſilia probantium, FRANCISCI VERATTI, BRIZII PAOLUCCII, J. ANTONII MILLIARI, ANTONII FRIDIANI, NICOLAI CAPELLETTI.

SANCASSANI apologia II. ſ. *il lume della raggione all' occhio della mente;* epiſtola ad VALISNERIUM, variæ probantium MAGATI conſilia epiſtolæ, etiam VALISNERII.

J. ANTONII MILLIARI & ANTONII FRIDIANI adnotationes, quibus utilitas methodi MAGATIANÆ porro confirmatur.

Scriptum

Scriptum adverſarii contra ARCANGERILLUM, cum titulo *conſiderazioni chirurgiche di un chirurgo Italiano*, auctore, ut puto, J. BAPTISTA AGNOZZI. Sic etiam TATTONI *ricerche*, uterque l. cum reſponſionibus fictitii ARCANGERILLI cui titulus eſt *ſtrattojo.*

Tomus IV. Rom. 1738. fol. *. poſthumus prodiit. Continuatur primum ARCANGERILLI *ſtrattojo.* Deinde epiſtolæ ſequuntur duodecim, judicia celebrium virorum pertinentia ad vulnus femoris articulationi vicinum, demum ad MAGATI leges rejectis turundis curatum.

DOMINICI ANEL ars exſugendi vulnera Italice verſa, & remedia chirurgica CL. ANELLII, cum SANCASSANI notis, qui ſuctionem reprobat, ob aeris noxium acceſſum. Ad medicamenta notas etiam adjecit.

*Chirurgia ſvelata, o ſia continuazione del Chirone in campo* Venez. 1716. 8. Scripta fuerat pro MAGATO. In eam excuſa erat *Chirurgia inforzata* Venez. 1721. 8. Contra eam ſcripſit SANCASSANUS *lettera della chirurgia ſvelata alla Chirurgia inforzata circa l'uſo ed abuſo delle taſte.* Morborum curationes ab auctore chirurgiæ *inforzatæ.* Nihil eas pro methodo vulgari & pro turundis facere. Obſervationes adeo chirurgiæ, quæ dicitur *inforzata*, recudi fecit, ſuasque addidit refutationes.

Epiſtolæ aliquæ doctorum virorum, & judicia de *chirurgia inforzata.*

ANTONII MARIÆ FANELLI decem obſervationes, quibus utilitas ſimplicis curationis confirmatur.

Epiſtolæ eruditorum virorum, eandem methodum laudantium. Inter eas BOERHAAVII.

*Apologia moralis*, prius Venet. 1724. 12. excuſa, qua defenſor *chirurgiæ inforzatæ* refutatur.

## §. CCCCLX. VARII.

NICOLAI VENETTE, medici Rupellenſis, *tr. des pierres qui s'engendrent dans les animaux* Amſterdam 1701. 12. *.

ASCANII MARIA BAZZICALUVE *novum ſyſtema medico mechanicum & nova tumorum methodus* Parma 1701. 4. *. Theoria mera, ut inflammatio producatur a globulis in anguſtiis conicæ arteriæ ſtipatis, ignemque in membranas ſuas incluſum ſudantibus.

J. BESSE in *rech. analytiques ſur la ſtructure des parties* Toulouſe 1701. 8. * habet aliqua huc facientia. A lapſu ex alto magna pars corticis cerebri deſtructa, neque ulla inde paralyſis &c.

M. P. S. P. D. *heilſamer Rathſchlag vom Lendenſtein* Gräz 1701. 8. BOEHMER.

J. WEICKMANNS *Bericht von dem Tode* J. SCHUDERS *nebſt einem Abriſſe der gröſten bey ihm gefundenen Steine und Relation des Chirurgi der den Cörper eröfnet*

Lipſ. 1701. 8. *. Hiſtoria concretionum lapidearum in terra, mari, animalibus fere collectitia. Calculos in homine fieri a ſpiritu petrificante, qui inſit materiei petrificabili, fermentationem frigidam faciente cum ſale fixo, unde coagulatio ſequatur.

LUC. ANTONIUS PORTIUS Neapolitanus. EJUS *opuſcula & fragmenta varia* Neapoli 1701. 12. continent theoriam & curationem tumorum. De abſceſſibus internis. Vitium profunde in mammæ intimis oriri, ſenſim ad cutem accedere. Redit in *opere* 1736. 4. Neapol. excuſis *.

*Statuts des chirurgiens de Paris* Paris 1701. 4. 1742. 4. 1743. 4. ASTRUC.

*Die ſächſiſche Wehmutter* Fr. Leipz. 1701. 8, 2. vol. HEIST.

ROSE *account of a celebrated ſtyptic* London 1701. 8. 1726. 8. PORT.

*Traité des hernies des hommes, des femmes & des petits enfans, avec la manière de les guérir; tr. des maladies des femmes après l'accouchement* Lyon 1701. 12. B. HOUSS.

## §. CCCCLXI. DISPUTATIONES.

J. HENRICUS de HEUCHER, Archiater Saxonicus, vir eruditus. EJUS aliquæ diſputationes huc pertinent.

*Araneus homini pernitioſus & ſalutaris* Witteb. 1701. 4.

*De ſtrumis & ſcrofulis* ib. 1707. 4.

*Chirurgus inſons* ib. 1710. 4. Exempla malorum eventuum, cum nulla chirurgi culpa.

*Calculus per adſtringentia pellendus* ib. 1711. 4. Contra lithontriptica validiora & pro terreſtri muſco, geranio, rubia, ſimilibus.

POLYCARPI GOTTLIEB SCHACHER, profeſſoris Lipſienſis, viri eruditi *diſſ. de cataracta* Lipſ. 1701. 4. * Docta diſputatio. Alibi annum lego 1706. 4. PL.

EJ. *de labiis leporinis* ib. 1704. 4. *.

EJ. *de fiſtula ſpiritali & bronchotomia* ib. 1707. 4. *

EJ. *de placentæ uterinæ morbis* ib. 1709. 4. *. De placenta a chirurgo ſeparanda, extrahenda.

EJ. *de depreſſione cranii maxima innocua* Lipſ. 1720. 4. *. nempe abſque fractura.

E. *de inteſtino per vulnus abdominis elapſo* ib. 1720. 4. *.

EJ. & FRIDERICI *de morbis a mutato ſitu inteſtinorum* ib. 1721. 4. *. Bona diſp. Inteſtini per abdominis vulnus elapſi hiſtoria; ani prolapſus, hernia. Enormis hernia ſcrotalis. Repoſitio herniæ, tentata homine capiti inpoſito.

EJ.

Ej. *de partu fetuum diſparis magnitudinis* Lipſ. 1721. 4.

Ej. *de fonticulo* ib. 1722. 4.

Ej. *de prolapſu vaginæ uteri* ib. 1725. 4. *. Inſerta pyxis ægre exemta.

Ej. *de virgine aſcitica poſt paracenteſin purpura maligna exſtincta* Lipſiæ 1725. 4. *.

Ej. *de oſſificatione præter naturam* ib. 1726. 4. *. Os ſua lamina late pleuræ adhærens.

Ej. *de infante propter neglectam ex utero mortuæ matris exciſionem in primo ætatis flore exſtincto* ib. 1731. 4. *.

Ej. *de epiplocele prægrandi progr.* ib. 1734. 4. *.

Ej. *de thermarum Carolinarum uſu in calculo renum & veſicæ* ib. 1711. 4. *. Multa exempla lapidum & calculorum cum urina abactorum, & ægrorum calculoſorum integre ſanatorum potu Carolinarum.

J. Adolphus Wedel, Georgii Wolfgangi f. & ſucceſſor, mechanices amans & matheſeos.

Ej. nonnullæ diſputationes huc faciunt, *Exerc. de punctis medicis* diſſert. Jen. 1701. 4. *. etiam de acupunctura, inſtrumentis pungentibus &c.

*De polypo narium* Jen. 1715. 4. *. Reſp. C. le Cerf.

*De ſpina ventoſa* ib. 1715. 4. Hef.

*De calculi renum & veſicæ pathologia* Hippocratica *confirmata* Jenæ 1718. 4. *.

*De gangræna & ſphacelo* ib. 1719. 4.

*De liquore non corroſivo lapides duriores abſumente* 1720. 4. *, nempe glandibus quernis in aqua infuſis.

*De partu difficili* ib. 1730. 4. Platn.

*De ſcirrho* ib. 1731. 4. Hef.

*De partu difficili ex infantis brachio prodeunte* Jen. 1733. 4. *.

*De tumore teſtium venereo* ib. 1735. 4. *.

*De abortu* ib. 1741. 4. *.

*De tumoribus generatim* ib. 1744. 4.

*De tumore abdominis poſt partum in nonnullis mulieribus non ceſſante* Jenæ 1746. 4. *.

J. Traufell *de nephritide* Leid. 1701. 4. *.

C. J. Schwab *de contractura* ib. 1701. 4.

Car. Frid. Schweiker *de veſicatoriis* Franeker 1701. 4. Hef.

Justi Henrici Mangold *de vulnere lethali* Rinteln 1701. 4. *. Id fumo myrti baccarum ſanavit agricolas imitatus.

Gerh. Herm. Crater *de veſicatoriorum uſu & abuſu* Erford. 1701. 4.

Just. Conr. Rehtmeyer *de oſſium ſtrepitu* Regiom. 1701. 4. *.

J. Wilh. Flad *de abortu* Baſil. 1701. 4.

## §. CCCCLXII. Diaria.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *Ann.* IX. X.

J. Henrich Hottinger, medicus Tigurinus.

*Obſ.* 89 in corde hydropici calculus.

*Obſ.* 90 iſchuria a calculo, ejecto calculo, die ſeptimo ſoluta.

*Obſ.* 100 ab ulceribus tibiæ mors gangrænoſa.

*Obſ.* 225 vulnus thoracis ſanatum.

*Obſ.* 230 enecti a thoracis ulceribus inciſis.

*Obſ.* 231 & ab umbilicali hernia.

*Obſ.* 232 nephritis abſque calculo inciſione demonſtrata.

Guilielmus Ulricus Waldschmidt, J. Jacobi f. profeſſor Kilonienſis de ſabulo aurei ſplendoris in homine ex calculo iſchuria vexato *obſ.* 39.

*Cent.* IX. *obſ.* 68, 69 vulnera veſicæ, ſanatum alterum, alterum lethale.

*Obſ.* 70 vulnus abdominis utrinque penetrans ſanatum.

*Obſ.* 71 & pulmonis vulnus.

Ej. *de calculo renum* diſp. Kiel. 1730. 4. *. Refrigerantibus ſe ipſum cum multo potu levaſſe.

In *progr.* agitur de puero, qui 30 libras calculorum excreverit.

Ej. *de fractura abſque cauſa interna* ib. 1721. 4. femoris poſt ſex menſium dolores fractura.

Ad eam pertinent Erasmi Curissi *parallelismus Brandio Waldſchmidianus, ſ. conſonantia diſputationum de fractura oſſium ſine violentia externa*, a H. Waldschmidio & Michaele Brandt *editarum* 1733. 4. J. Brandius Groningæ eam diſputationem recuſam dederat pro ſua.

Ej. Waldschmidii *de ſuperfœtatione falſo prætenſa* 1725. 4. Hamburg 1727. 4. Agit de calculis fractis & egeſtis.

Ej. *de vulneribus arteriarum in artubus ſæpe funeſtis, raro lethalibus* Hamb. 1728. 4. *.

Ej. *de κηλοτομιας abſque caſtratione inſtituendæ nova methodo* ib. 1730. 4.

Daniel

Daniel Nebel, profeſſor Heidelbergenſis.

*E. N. C. Dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 120 cum in hydropica juvene abdomen diſſiluiſſet, ſutura injecta, hernia (quæ ſucceſſerat) apta deligatione compreſſa.

*Obſ.* 12ſ tumor aquoſus maximus femoris funeſtus, femur carie eroſum.

*Cent.* VI. *obſ.* ſ4 a parvo vulnere oculi magna ſymptomata.

*Obſ.* ſſ funeſtus calculus pelvim renalem exprimens.

*Cent.* IX. *obſ.* ſ9 anevryſmatis aortæ & utriuſque art. emulgentis duo exempla.

*Vol.* I. *obſ.* 1ſ mors lenta ex tumore maximo cruris.

*Obſ.* 16 tumores glanduloſi axillarum concreſcentes cum brachii œdemate.

*Obſ.* 17 calculus veſicæ ex ſcroto exciſus, ſequente fiſtula.

*Vol.* V. *obſ.* 111 mors ex maximo tumore femoris cum oſſium carie.

*Obſ.* 113 mors ex rupta arteria vertebrali.

Ej. ſunt diſputationes *de lithotomia* R. Meyer Heidelberg 1710. 4. *. Vetula calculum plurium unciarum de veſica digitis expedivit. Ipſe eductis aliquot calculis, cum plures intus hærerent adhærentes, poſt aliquam moram, & injecta medicamenta emollientia, etiam iſtos eduxit. De variis calculi ſecandi modis.

*De extractione fetus humani ex utero* Heidelberg 1713. 4. Boehmer. Uteri in partu rupti exemplum.

J. Wilhelm Romberg. *E. N. C. Dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 17ſ in fractura callus non renatus, & humerus in vulneris ſede flexilis.

Andreas Myrrhen.

*Obſ.* 209 tumor prægrandis de cervice pendulus ſublatus, durus, carneus, oſſeis concrementis miſtus, erodentibus medicamentis deſtructus.

## §. CCCCLXIII. Alia Daria.

In *hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1701. Dodartus dixit de duodecim calculis de viri veſica exciſis.

In *Actis Lit. Mar. Balthici* 1701 B. Stolterfoht retulit de inteſtino in vaginam patente.

De ſcarifationis uſu vario.

Jacobi Barthelmæi ex ſcarificatione ſcapularum cancer.

In *Phil. Tranſ.* n. 97ſ Carolus Holt de infante, cui ventriculus & inteſtina in pectus migraverant.

Christo-

CHRISTOPHORUS BIRBER de femina, quæ fetum per umbilici abſceſſum egeſſit.

## §. CCCCLXIV. VARII.

RICHARDUS MEAD *mechanical account of poiſons* Lond. 1702. 8. 1808. 8. 1747. 8. * Huc pertinet caput de morſu viperæ, dentibus, maxillis, veneno, in quo ſales ſe putat vidiſſe; ſymptomatibus, curatione, per ſuctionem, axungiam viperinam. DUVERNEYUM CHARASSIO faviſſe. Porro de aliis venenatis animalibus & de tarantula, cujus morſum per excitatum delirium putat ſaltandi facere neceſſitatem, vulgari enim narrationi fidem adhibet. 3 de cane rabido, de hydrophobia, etiam abſque morſu nata. Pulverem DAMPERII huic morſui putat mederi, qui ex lichene terreſtri cinereo fit, cum pipere. Ex BOERHAAVII teſtimonio refert de hydrophobo multo nitro, ſucco limonum, laudano, clyſteribus, balneis ſervato

In l. *de imperio ſolis & lunæ* &c. valde laudat inciſionem oſſis occipitis adverſus epilepſiam.

In *monitis medicis* de medicamento ait STEPHANIÆ. Valere ad arenulas, non perinde ad duros calculos. In leucophlegmatia utiliter tibias incidi, tantum ut ægroti juſta compreſſione ſuſtententur. Exemplum 1920 ℔ aquæ ex una femina iteratis vicibus emiſſarum, & unica vice ℔ 60. Spontaneus umbilici hiatus felix.

In *morbis biblicis* London 1749. 8. * aliqua ſunt chirurgici argumenti, de herniis.

JOHN MOYLE, *chirurgus marinus, or the ſeeſurgeron* London 1702. 8. min. *, quæ quarta eſt editio, priores ignoro. Ipſe chirurgus navalis Tingi in præſidio fuit, & utramque hic medicinam deſcribit, quam in expeditionibus maritimis putat locum habere. Ciſtam chirurgicam habet, & antidotarium. Aquam ſtypticam CAROLI II ſatis probat, niſi quod ad amputatos artus non ſufficiat: vaſa negat ligari debere. A vulneribus cruentis turundas rejicit. Ridicula curatio commotionis cerebri, admoto pedibus aſſere, quem malleo pulſabant. Vulnus œſophagi caſu factum ſanatum. Totam chirurgiam tradit, etiam fracturas & luxationes. Sermo ſæpe barbarus.

EJ. *experienced chirurgeon* Lond. 1703. 8. BOEHMER.

EJ. *chirurgical memoires being an account of many extraordinary cures which occurred in the auctors practice eſpecially at ſea* London 1708. 8. min. * Multa vulgaria fuſius dicta, ſuperſtitioſa aliqua, ut bufonis pulvis inter ſarcotica. Intercedunt tamen aliquæ magni momenti curationes, ut cancri labiorum impoſito calomelane ſuperati; vulneris œſophagi, brachii a globo de tormento majori emiſſo avulſi. Clinicæ etiam curationes intercedunt.

MAUBEC tr. *des tumeurs & des obſtructions* Paris 1702. 12. BUR.

JEAN PANTHOT, medici Lugdunenſis, *diſſertation pour la pratique ſur trois operations de chirurgie faites en ſix mois* Lion 1702. 4 Varia contra F. JACOBUM.

De ſe ipſo, cui bis intra ſextum menſem calculus exciſus fuit a fratre HORATIO PANTHOT.

In *hiſtoria morborum Vratislavienſium*, primum 1702. 4. * edi cepta, & cum præfatione mea recuſa Lauſann. 1746. 4. * pluſcula continentur chirurgica. Fiſtula a dente evulſo & læſa glandula maxillari. Infans pene & ano deſtitutus. Bubones. Epulis. Herniæ variæ. Scarifationem in hydrope laudant. Inciſiones ad hydrocelen. Scroti tumor a pectoris hydrope.

## §. CCCCLXV. DISPUTATIONES.

FRID. WILHELM CLOSE *de tumore anevryſmatico* Lipſ. 1702. 4. RIV.

FRID. CASP. HAGEN *de lithogeneſi* Witteberg 1702. 4. HEF.

DANIEL MARTINI & H. LUDOLF *de calculo renum & veſicæ* Jen. 1702. 4. *.

JACOB WILLICH *de nephritide* Leid. 1720. 4. *.

BENJAMIN EWALDT *de pulvere ſympathetico* Regiom. 1702. 4. HEF.

EJ. *de obſtetrice inculpata* Regiom. 1707. 4. *.

EJ. *de eunuchis & ſpadonibus* ib. 1707. 4.

EJ. EZECHIÆ *morbus per ficum curatus* ib. 1708. 4. *.

## §. CCCCLXVI. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* n. 277 JONATHAN KING, chirurgus, de cancro ex quo pater ejus interiit, nato ex oſſis jugalis contuſione, cerebrumque adrodente.

JAMES YONGE (an ejuſd. qui p. 438.) cantharidibus devoratis curata iſchuria.

IDEM n. 282 de pila dura retulit, quæ circa oſſiculum pueri nata ſit.

In *Actis Liter. Mar. Balth.* 1702 J. JAC. STOLTERFOHT de calculo viſo in gallinæ ventriculo.

In *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1702.

PETRUS DUVERNEY junior, ab arteria percuſſa gangræna. Brachium ſponte deceſſit vita ſuperſtite.

IDEM in *Mem. de l'Acad. des Sc.* 1703 ſua de hydrope, de paracenteſi, de punctione cyſticorum tumorum; de pectoris perforatione adnotata recenſet. Funeſtum fuiſſe exitum, cum ſimul & ſemel omnis aqua emitteretur. Præſagia paracenteſeos.

IDEM de malis ab herpete ſiccato natis & inter ea epulide, atque desquamatione maxillæ.

ID. de fungo ſuper tunicam corneam adnato; adjecit curationem ſetaceo.

ID. a. 1705 tumor durus de aditu vaginæ exciſus.

## §. CCCCLXVII. Varii.

In Humphredi Ridley *obſervationibus medico practicis & phyſiologicis, de aſthmate & hydrophobia* agitur, quæ excuſæ ſunt Londin. 1703. 8. * Diarium & alias aquæ timoris dat hiſtorias: negat in cicatrice antiqui morſus dolorem pertinacem ſedere: ſanavit hominem demorſum admotis cucurbitulis, theriaca. Laudat ſubmerſionem.

Christoph Bernard *preſent ſtate of ſurgery, with ſome remarks on the abuſes committed* London 1703. 8.

J. Georg Gruhlmann *de luxationum ſyntheſi in genere* Hall. 1703. 4 & *in ſpecie* ib. 1704. 4. * Germanice tr. *von bequemer Zuſammenfügung der Verrenkungen* Lipſ. 1706. 8. Lehman. Medicamenta aliqua commendat.

*Deliciæ medicæ & chirurgicæ, oder curiöſe Anmerkungen &c. erſtes præſent bis zehntes* Leipzig 1703. 1704. 1705. 8. * Auctor chirurgus Lipſienſis, in re ſeria nimis lepidus. Miſcellanea, inter quæ multæ adnotationes non inutiles intercedunt. Turundam in fiſtula ani evidenter nocuiſſe, morbumque facile eſſe ſanatum, cum eximeretur: ut in univerſum noſter pro ſimplici abſque turundis chirurgia militet. A lapſu ſpaſmus cynicus, convulſio, mors die ſexto, cerebro corrupto. Uterus ſcirrhoſus, ulceratus, collum veſicæ eroſum, ut urina proflueret, poſt fluorem album. Compreſſione & balſamo fiſtulæ verſus os ſacrum tendentes ſanatæ. Poſt biduum ſpina piſcis de tonſilla exemta, ubi hæſerat. Vulnus aortæ recte renuntiatum pro abſolute lethali. Adeptus ſub finem metallorum tincturas & alia arcana ſubjicit.

J. Caspar Schwarz *gezerrete Narrenkappe der Bartſchärerey* Freyburg 1702. 12. Contra quem l. ſcripta eſt Friedlieb Wahrheitsburg *zurükgeſchikte Schwarziſche Narrenkappe, oder Ablehnung der verläumderiſchen Chartek* Schwarzens *wider die Barbierkunſt* ib. 1703. 12. Heist.

Ej. *wundarzneyiſcher Anmerkungen Erſtes duzt. von gehauenen Wunden* Hamburg 1705. 8. * Adparet in caſtris Danicis militaſſe, ſectamque ſecutum C. Bontekoe, ut acidum & viſcidum pro cauſa morborum haberet, digeſtiva, turundas & alia vulgaria præſidia rejiceret. In præf. declamat contra chirurgos vulgares, ſuumque ebrioſum inimicum Friedliebii nomine utentem, quem vocat Recheb. Errorem adgnoſcit ſuum, qui in vulneribus turundis & digeſtivis medicamentis uſus ſit, monitus vero a medico, ſinubus cultro conjunctis, adhibitis aromaticis facile malum curaverit. Os ſicca deligatione ſanavit. Plurimum tinctura aloes & myrrhæ uſus eſt. Theoriam addit acidi & viſcidi.

Ej. *zweytes Duzt von geſtochenen Wunden* ib. 1705. 8.* Veneſectionem adverſus hæmorrhagiam non admittit. Ut æger ex vulnere pectoris non penetrante perierit, adhibitis turundis, iis rejectis ſanitatem recuperaverit. Pluſcula alia exempla noxii turundarum uſus.

Ej. *drittes Duzt von geſchoſſenen Wunden* ib. 1706. 8. * Siccam curationem laudat. Vulnera magnorum tormentorum eſſe ab aere compreſſo: ardere negat: monet ne glandulæ impactæ celeriter & violenter extrahantur.

Ej. *viertes Duzt von zufälligen Wunden* ib. 1713. 8. cum prioribus.

Ej. *fünftes Duzt von Geſchwulſten und Geſchwüren* ib. 1718. 8. & una priores.

Ej. *vom Clyſtieren als ein allgemeines Hülfsmittel in allen Vorfällen ſicher zu gebrauchen* Hamburg 1723. 8. * Dialogus popularis, quo demonſtrat, fere in omni morbo clyſteres convenire.

*Lettre de M.* RONJAT *premier chirurgien du Roi* GUILLAUME *ecrite à un medecin de ſes amis en Hollande* Lond. 1703. 8. * Contra BIDLOUM de lapſu & funeſto morbo communis domini: de fracta clavicula principis, quam BIDLOUS imprudente tractatione dimoverit, ut tamen callus ceperit reconciliari, quando febris ſuperveniens Regem abſtulit.

In ROBERTI HOOKE *collectionibus*, longo a morte viri tempore editis, narratur de glande plumbea, diu in aſpera arteria hærente, demum exemta.

GOTTFRIED STEIN, medici & archiatri, *eigentliche Abbildung eines groſſen und vieler kleinen Steinlein, welche in der Markgräfin* SOPHIA LUISA *Cörper gefunden worden:* & Ej. *lithographia curioſa &c.* Bareuth 1703. 8. * In principe grandis in rene & ramoſus calculus, numeroſiſſimi vero in fellea veſicula ſunt reperti, cum per omnem vitam nullum ejuſmodi mali ſignum apparuiſſet. Congeſta exempla parallela.

ROELOF ROUKEMA *heelkonſt* Amſterdam 1703. 8. WACHENDORF.

Ej. *naamboek der beroemde genees en heelmeeſters* Amſterdam 1706. 8. * Vitæ & judicia.

J. ALBERGI *ſumma tractatuum chirurgicæ praxis. In capite primo diſcurritur de morbis capitis ſolutæ unitatis: in ſecundo de morbis externis humani corporis, de tumoribus, ulceribus, vulneribus, fracturis & luxationibus* Panorm. 1703. 12. MANGET.

ANDREÆ HOFMAN *de renum & veſicæ calculo* Cuſtrin 1703. 4. * Exemplum hominis calculoſi, qui ſibi ipſi ſubvenit, & calculos excidit, qui in urethra ſacculo hærebant. Calculoſi viri inciſio.

In J. BROENII *operibus medicis* cap. 1. *de operationibus medicamentorum* Roterd. 1703. 4. * chirurgica etiam madicamenta tractantur.

*Nüzlicher Coburgiſcher Unterricht für die Hebammen* Hildeburghauſen 1703. 12. BOEHMER.

Hoc anno obiit CAROLUS FRANCISCUS FELIX, chirurgus regius, reſtaurator ſectionis, qua fiſtula ani dividitur; felice in ipſo rege curatione & inventis inſtrumentis celebris.

## §. CCCCLXVIII. Disputationes.

Nicolai Francisci Massis *de calculo renum & veſicæ* Leid. 1703. 4. *.

Adolph Vesling *de abortu* Leid. 1703. 4.

Gerard Heusch *de hæmorrhagia* Leid. 1703. 4. He.

Sim. Klug *de tumoribus in genere atque de nata in ſpecie* Duisburg 1703. 4. He.

Patricii Sinclair *de calculo renum & veſicæ* Utrecht 1703. 4.

Car. Frid. Hoechstetter *ſpina bifida* Altdorf 1703. 4. * Exemplum cum iconibus. Tres proceſſus ſpinoſi tranſverſique & obliqui utrinque in lumbis deerant. Alii ejus generis tumores inter ſcapulas & in imo oſſe ſacro, iſte a nixu.

J. Matth. Muller *de inflammatione veſicæ urinariæ* Altdorf 1703. 4. Hænel.

Ej. *caſus medico chirurgicus de fractura cranii. Caſuum medicorum decas* Hall. Suevor. 1712. 8. * Fuſiſſima narratio de vulnere oſſis frontis & ethmoidei clava inflicto, unde apoplexia, phrenitis, amauroſis, quæ omnia tamen remiſerunt, cum os vitiatum deceſſiſſet, medela medica potius quam chirurgica adhibita.

Ejusd. *obſervationum & curationum medico-chirurgicarum Decades* II. 1714. 8. *. Caſus non inutiles, pertinent ad fracturas cranii, contrafiſſuram. Hepatis vulnus ſanatum. Fungus uteri putreſcens feliciter extractus.

In *E. N. C. Cent.* V. *obſ.* 13 calculus ex glande penis exciſus.

*Obſ* 56 vulnus vaginæ ſanatum.

*Obſ.* 57 apoplexia ex antiquo ulcere clauſo.

*Cent.* VIII. *obſ.* 31 enormis hernia, in quam inteſtina pene omnia effuſa.

*Obſ* 38 excreſcentia carnea de urethra feminæ pullulans.

*Cent.* X. *obſ* 66 calculus per lumborum ſectionem excretus.

Phil. Georg Huth *de iſchuria* Altorf 1703. 4. Heft.

Henr. Bodinus *de non requirenda lethalitate vulneris* Hall. 1703. 4. He.

## §. CCCCLXIX. Diaria.

In *Actis Litt. Mar. Balth.* 1703. Georgius Lofhagen agit de ſteatomate manusque paralyſi ex ganglio male curato ſubnatis.

In *Phil. Tranſact.* n. 283. J. Shippon experimentum recenſet in cane factum, cui inteſtini particulam excidit, felici eventu.

## §. CCCCLXX. Id. Wolf. Ruleau.

Idonis Wolf, chirurgi, qui ante medium ſeculum XVII. in variis regionibus manu curaverat, *obſervationum medico chirurgicarum libros duos* edidit filius,

ſius J. CHRISTIANUS medicus Quedlinburgenſis. Quedlinb. 1704. 4. *. Totus liber per experientiam natus eſt, ſed varia addidit editor, etiam a ſe ipſo adnotata. Vulnerum cerebri multæ hiſtoriæ, inter eas neglectæ raſionis fiſſurarum funeſtique inde eventus. Multas militum mortes, cum chirurgi calvariam perterebraſſent, noſter vellet trepano tribuere. Fractura calvariæ curata, cum ſinus falcis læſus eſſet. Oſſis frontis magna jactura, ſuccreſcente callo reparata. Quadraginta unciæ cerebri & cerebelli amiſſæ. Rupta cornea tunica, ex hemicrania. Venæ jugularis externæ vulnus ſanatum. Cicatrix vulneris in cordis mucrone reperta, ut noſter putat, ſanati. Vulnus thoracis penetrans ſanatum, ſic carnoſæ herniæ, in quarum prima oſſea erant concrementa. Inteſtinum a verme perforatum. Inteſtinorum de ventre prorumpentium pars ab auctore reſecta, eventu felici. Uterus inverſus prolapſus, reſtitutus, rara felicitate. Uterus in partu ruptus. Fiſtulæ inteſtinorum ad inguen patentes. Bubonocele pro indurato tumore habita, indurata, & male curata, funeſto eventu. Calculus 28 drachmarum ex femina egeſtus. Gangrænæ ex cauſa interna ſanatæ exempla. Magna portio oſſis femoris a globo plumbeo percuſſi decedens. Epulis. Tumor palpebrarum ex quo micæ calcariæ. Verrucæ funeſta reſectio.

JEAN RULEAU, chirurgi apud Santones, *traité de l'operation Ceſarienne & des accouchemens difficiles & laborieux* Paris 1704. 12. *. Præmittit collectas ex aliis hiſtorias ſectionis Cæſareæ, partus ventralis, & reſecti uteri. Ad ea reſpondet, quæ contra ſectionem Cæſaream vulgo objiciuntur, deinde deſcribit ſuam Cæſaream ſectionem, quam ob tumorem oſſis pubis pelvim arctantem, & coccygem antrorſum curvatum, feliciter molitus eſt. Uterum inverſum laceratum curavit, tum ex rudi tractatione inflammatum, ſuppuratum. Uterus pro mola ab obſtetrice evulſus. Uteri gangrænoſa pars feliciter reſecta. Lego tamen eam feminam claudam eſſe factam.

Altera pars eſt de *partu difficili*, quem fere pedibus extractis expedit, & reliqua præcepta ſequitur MAURICÆI & coævorum. In retentis lochiis aptos liquores ſuadet injicere.

J. CONRAD BECKER, medici Alfeldenſis, cum l. *de morte ſubmerſorum ſine pota aqua* Gieſſ. 1700. 8. *. obſervationes aliquas edidit, quas inter eſt iſchuriæ calculoſæ cum cruenta urina ſexto die curatæ. Vomitu moto & ſudore excitato.

EJ. *pædoctonia inculpata ad ſervandam puerperam* ib. 1729. 4. *. Minime inutile opus. Auctor, cum brachium in difficili partu prodiiſſet, parum ſollicitus, num in fetu aliqua vita ſupereſſet, eo occiſo matrem ſervavit. Hanc ſuam audaciam excuſat, & fetus necem præfert inciſioni uteri feminæ viventis. Pluſcula alia addit; oſſa pubis utique in partu difficili ſecedere. Pluſculæ feminæ, quibus natura conferbuerat, cultro curatæ, altera in ipſo partu. Oſſa fetus de alvo educta. Sola quiete puerperæ conceſſa partus expediti, qui videbantur chirurgiam requirere. IDEM fuerit ſcriptor, qui p. 530.

NICOLAI LEMERY quidem diſſ. *de la moëlle* Paris 1704. 4. prodiit, non tamen

men de oſſium morbis agit, ut fraus videatur bibliopolæ, quando titulum præfixit J. ANDREAS MAHLER *der nützliche Beinarzt oder chirurgiſche Anweiſung wie man die Natur des Beines richtig verſtehen, und glücklich curiren könne* Dresd. 1711. 8. PETITI, ut puto opus.

J. CHRISTOPH GOECKEL *in der Medicine gegründte Wundarzney* Ulm 1704. 12. HEISTER.

CHRISTOPH HELWICHS, alias CASPAR SCHROETER's, alias VALENTINI KRÄUTERMANNI, phyſici in Tennſtätt Thuringiæ oppido, proprio nomine edita *Beſchreibung etlicher rarer phyſicaliſch mediciniſcher, chirurgiſcher und œconomiſcher Dinge* Francof. 1704. 8.

EJUSD. *chirurgia in nuce* Mülhauſen 1709. 8. HEISTER.

EJ. *caſus & obſervationes medicinales* Lipſ. 1711. 8. *. Eorum bene multi aut chirurgici ſunt argumenti, aut ad medicinam forenſem pertinent, ſauciorum nempe ſectiones, de vulnerum lethifera natura judicia. Non ubique fidas credulo homini.

EJUSD. *von tödlichen Wunden* Francf. 1713.

EJ. *chirurgiſches Lexicon* (cum nomine CASPAR SCHROETER) Francf. Leipz. 1713. 8.

EJ. *wohlpracticirter Feldſcherer* ib. eod. anno 8.

VALENT. KRÄUTERMANN *der neu angehende und wohl unterwieſene Chirurgus* Arnſtatt 1732. 8. BOECL.

EJ. *ſicherer Augen und Zahnarzt* ib. 1732. 8. ID.

EJ. *medicina conſultatoria & renuntiatoria* ib. 1726. 8. Germ.

*Poor mans phyſician and ſurgern* London 1704. 8.

J. SCHOKWITZ *de juvene digitale ſartoribus uſitatum e ferro indurato confectum ultra penis ſui glandem infeliciter protrudente feliciter curato* 1704. 4.

J. CHRISTOPH. SCHROEK *Unterricht von junger und erwachſener Kinder Krankheiten* Berlin 1704. 8.

## §. CCCCLXXI. A. M. VALSALVA.

ANTONIUS MARIA VALSALVA, vir illuſtris, qui propria manu mederi erat ſolitus, ut etiam excelleret *(a)*, & inſtrumentum haberet chirurgicum nitidiſſimum, edidit Bononiæ 1704. 4. * tractatum *de aure humana*, ſæpe recuſum. Varia hic intercedunt argumenti chirurgici; de dextri lateris reſolutione ab adfecto ſiniſtro. Cerebri graves læſiones nullum ſæpe ſui dare indicium. Steatomata degenerationem eſſe ſebacearum glandularum. Surditas ſublata exemta materie meatum auditorium replente. Ulcus ad proceſſum mammillarem, pus emittens in oris caveam.

(a) MORG. *ep.* XIII. & in *elogio* FABRONI.

veam. Tumores palpebrarum ea inverſa reſecabat (b). Varix, ſ. tumor ſanguineus occipitis a vena maſtoidea natus. Conſilium ad odontalgiam urendi nervi duri.

Inter tres diſſertationes a MORGAGNO poſt mortem Cl. viri editas, media agit *de lente cryſtallina opaca*, quæ ſit cataracta. Eandem lentem vidit flaveſcere, idque vocat glaucoma.

Hemiplegiarum cauſam eſſe in latere cerebri oppoſito primus per multa experimenta conſtituit (c).

In editione PALFYNIANÆ anatomes chirurgicæ LARBERIANA exſtat epiſtola, in qua VALSALVA ſe ſedem cataractæ in lente cryſtallina reperiſſe teſtatur, ſemel quidem, ut tamen conſtanter rem ita ſe habere ei perſuaſum ſit.

## §. CCCCLXXII. DISPUTATIONES.

J. PHILIP. NENTER, prof. Argentoratenſis, e STAHLII ſchola.

EJ. *diſp. de veſicatoriorum uſu* Argentor. 1704. 4. MENZ.

*De vulneribus capitis* ib. 1709. 4.

In EJ. *praxi generali & ſpeciali* ib. 1721. 4. 2. vol. * etiam morbi chirurgici bene multi reperiuntur.

In *præcognitis* etiam de chirurgia caput eſt.

In *phyſiologia* de hernia ad initium ligamentorum teretium agit, quæ per graviditatem evaneſcens a partu redierit.

J. CONRAD ZACHMAN *de vermiculis in vulnere cum oſſis fractura genitis* Baſil. 1704. 4. *. Relatio morbi patri ſuo viſi.

J. JAC. ROESER *de fulminatis* Regiom. 1704. 4.

ANDR. RAPS *de ſlopetorum vulneribus* Leid. 1704. 4. *.

J. MELCHIOR VERDRIES diſp. *de inflatione ureterum & proceſſuum peritonæi* Gieſſ. 1704. 4. PL.

CHRISTOPH. SAM. HERMAN *de calculo* ib. 1704. 4.

J. *van den* BERG *de hæmorrhagia* ib. 1704. 4. HEF.

CAR. FRID. LUTHER & DOLGE *de ſpina deglutita per apoſtema hypochondrii dextri rejecta* Kiel 1704. 4. * Aeger ſanatus etſi putrida materies effluxerat.

§. CCCCLXXIII.

(b) MORG.
(c) ita MORG *ep.* XIII. quo loco multæ adnotationes VALSALVÆ in eam rem proponuntur, earum aliquæ cum MORGAGNO communes.

## §. CCCCLXXIII. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* anno 1705. Radulfus Thoresby de pilis in puella ex creta teneriſque villis factis. N. 336. relatio de maximis calculis, quorum aliqui per urethram pueri exierant, alii in cadavere ſunt reperti.

Ejusd. eſt *topography of Leeds* Lond. 1735. fol. In ea multa habet de calculis, deinde caſus aliquos vulnerum & morſuum lethalium.

## §. CCCCLXXIV. J. Ludovicus Petit.

Ex celeberrimis chirurgis Pariſinis hujus ævi, diſcipulus Littrii.

Ejus princeps opus eſt, *traité des maladies des os, dans lequel on a repreſenté les appareils & les machines, qui conviennent à leur guériſon* Paris 1705. 12. Leid. 1708. 8. * & multo auctius Paris 1723. 12. 2. vol. * 1728. 12. * iterum paulo auctius 1758. 12. *, de qua editione dicemus. Germanice *der Beinarzt* Dresd. 1711. 8. 2. vol. *Abh. von den Krankheiten von den Knochen* Berlin 1743. 8.

Ingenio vir valuit, deinde uſu; eruditionis defectus paſſim interceſſit, ne meliorem dederit perfectumque librum. Conjecturis non abſtinuit, & paſſim curationes propoſuit, quarum nullum fecerat experimentum. Ex hoc tamen opere nuperi fere omnes ſua hauſerunt.

Liber I. luxationes tradit, quarum curandarum artem paſſim & ſignorum auxit cognitione, & adminiſtrationes perfecit. Amben, machinam, quæ nuperis chirurgis diſplicet, ad reponenda oſſa emota propoſuit. Luxationes femoris & vertebrarum admittit. Luxatio radii a cubito ſecundum longitudinem. Luxatio duorum ordinum oſſiculorum carpi incurabilis.

Reductionem luxati capitis non laudes, aut eo pertinentes machinas, neque puto vertebras vere luxatas curvata ſpina dorſi unquam fuiſſe repoſitas. Femur raro, ſed tamen aliquando luxari, introrſum & deorſum, etiam ſurſum extrorſum. Signa & exempla. Femur ab obſtetrice in partu luxatum. Emendatio ſcamni Hippocratici.

De ancyloſi dives adnotationibus diſſ. ſed inordinata, qua cauſas mali potiſſimum perſequitur, curationis loco fere embrochas commendat. In hydrope articuli acu triquetra utitur ad emittendum liquorem.

T. II. Fracturæ tractantur & faſciæ, bona pars operis. Claviculam fractam difficulter in ſitu retineri, & callum facile diſformem ſuccedere. De ſcapulæ fractura, aut colli ſcapulæ. De fracturis rarioribus, oſſis etiam pubis. Fractura colli femoris pro luxatione habita. In fractura femoris, quod in diſtantes partes diſceſſerat, noſter aponevroſin faſciæ latæ incidit &c. Machina pro continendis oſſibus cum vulnere fractis. A nimia extenſione eſſe ubi artus nimis longus fiat. Exempla tendinum Achillis ex nixu ruptorum. De vitiis oſſium internis. De carie & exoſtoſi, bona tractatio: aphoriſmos ſubjicit prognoſticos & diagnoſticos, cauſas

diverſas

diverſas & ſingulares ſuas curationes. Ignem tamen admovet. Oſſa vidit ab epiphyſibus ſeparata, tota mobilia. A diſceſſu perioſtei exoſtoſis tibiæ, demum feliciter deſtructa. Exoſtoſes requirunt latam inciſionem, perforationem repetitam, deſtructionem per cuneum & malleum, hæc in benigna ſpecie.

Caries a metaſtaſi materiæ cancroſæ. Fragilitas oſſium. Caries varia, varioloſa, ſuccedens, ubicunque ulcera fuerant. Scorbutica peſſima, lethalis. Ignis ad cariem, quæ os in ſcobem adterit; in aliis caſibus ſpiritus nitri, in quo ſolutum ferrum, alia acria. Caries ad medullam penetrans trepanum requirit.

De rachitide. Curvationem oſſium tribuit eorum mollitiei, quem morbum pro novo tradit.

De oſſibus carneam naturam recuperantibus varia exempla.

De editione ANTONII LOUIS alias dicemus, in qua paſſim PETITUS defenditur, ſubinde tamen corrigitur. Ita fiſſuras oſſium ſecundum longitudinem PETITUS admittit, refutat Cl. LOUIS.

In *Memoires de l'Acad. des Sc.* 1716. J. L. PETIT ſcamnum deſcribit Hippocraticum, ut putat, perfectius ad extendendos artus luxatos.

*Hiſt. de fiſtula ventriculi extus patente* a. 1717. De hernia veſicæ, quæ naſcitur ex graviditate, vel ex ſuppreſſa urina.

In *Mem.* 1718. deſcribit lectulum pro fracturis complicatis, & prelum tourniquet ex cochleæ genere. Agit etiam de urina, quam tumens proſtata ſuppreſſit.

In *hiſt.* 1722. de oſſibus interque ea cranio emollito.

In *Mem.* ejus anni de tendine Achillis a ſaltatore rupto, abſque dolore, ſed apto ſitu ſanato.

De luxatione femoris ſurſum facta & extrorſum ex lapſu.

A. 1728. iterum exemplum rupti tendinis Achillis. Plenam & minus plenam rupturam diſtinguit, iſtam credit dolorificam eſſe.

A. 1731. de modo, quo ſanguis ſupprimatur, a grumo ſanguinis arteriam inciſam claudente. Inſtrumentum, quo cochleis adactis ſanguis coercetur, deque ejus felici uſu. Sed id vulgo reprobatur.

A. 1732. de eadem re. A grumo ſanguinis potiſſimum arteriam claudi, qui ex lympha coaleſcat, ſitque ſanguineo grumo firmior. In arteriis oſſeis ſolus abſque arteriæ contractione vulnus clauſit. Oſſeam vinculo intercipit noſter: internam in canali tibiæ læſam penicillis comprimit. In amputatione, quæ facta fuerat in mortua carne, educto grumo hæmorrhagia recruduit. Sola compreſſione, quæ ſanguinem non ſinit de arteria effluere, moram obtineri, qua grumus concreſcat.

A. 1733. de eodem grumo, facilius cogi, quando alioquin humores ægroti

viſcidi ſunt, ut in ſcrophulis. Medicamenta ſtyptica rejicit, & lymphæ moram permittit, ut ſeparata a cruore ſola in grumum coeat firmiorem.

A. 1734. de fiſtula lacrumali. Saccum ejus nominis cultello aperit; ductum naſalem ſtylo liberat, & cereo inmiſſo apertum tenet.

A. 1735. iterum de grumo, qui vulnus arteriæ claudit: majorem fieri, ſi arteria reſecta fuerit, minorem ſed duriorem, ſi tantum aperta.

A. 1736. de anevryſmate: de lamellatis grumis ſanguinis in anevryſmate repertis, de vero & ſpurio anevryſmate: in vera ſpecie tamen pulſum ſenſim evaneſcere, cum grumi ſanguinis pulſationem frangant.

A. 1740. iterum de fiſtula lacrumali. De aperiendis ductibus lacrumalibus & punctis, quæ niſi aperiri poſſint, perpetuam faciunt lacrumationem. Superiorem ductum difficillime aperiri. Cariem ſcalpro eradit, quali tabulæ æneæ ſcalpuntur. Ut ſanaverit puerum, cui malo eventu os unguis fuerat perforatum.

A. 1742. aliqua de frenuli in lingua inciſione, & de iis, quæ in ea inciſione caveri debent.

A. 1743. fuſe de morbo ex clauſis punctis lacrumalibus, & pure, ſed miti, in ſacco lacrumali collecto, inque magnum tumorem excreſcente, quem incidit, & hactenus ægrum moleſtiis liberavit.

In *Mem. de l'Acad. de Chirurgie* T. I. de tumoribus a veſicula fellea ad peritonæum adhærente factis, de ejus veſiculæ inciſione, deque extrahendis calculis cyſticis, nova & eximia diſſ.

Contra recepta elevatoria, ut vocant, cranii, deque ſuo ſimplici elevatorio, vecte nempe trabecula tranſverſa fulto.

De ſtruma ulceroſa venerea aſperæ arteriæ incumbente: de cartilagine aſperæ arteriæ ſquamam dejiciente: de operculo, quo PETITUS ejus arteriæ vulnus tuitus eſt, deque felici mali exitu.

De pueris ano imperforato natis, deque ejus mali curatione.

Anguſtia vitioſa urethræ, alias inciſione ſanata, alias inmiſſis cereis. Semen erat in urina, & lotium interrupte fluebat. Sanatus æger acu triquetra, & canalis anguſtati exciſione.

De fiſtula perinæi ſanata, quod malum non exteriore, ſed ad intima penetrante ſectione demum ſanari monet.

*Mem.* 1745. iterum de fiſtula lacrumali. Inſtrumentum, quo ſaccum conprimas. Verum ea compreſſio ſiccat ſæpe eam ſaniem, & cogit coaleſcere, inde lacrumatio perpetua ſequitur, & punctorum lacrumalium uſus inutilis fit, & niſi accurate conprimat, ſæpe tumorem auget. Eo vero poſſis inſtrumento hæmorrhagiam conpeſcere, ſinum exprimere, anevryſma ſupprimere, laxitatem

ſacci

ſacci lacrumalis poſt operationem reliquam ſanare, quando canalis naſalis reſeratus eſt.

In *Memoires de l'Acad. de Chirurgie* T. IV. de ſuppuratione tunicæ albugineæ, deque errore, cujus ſeipſum reum fuiſſe fatetur; fila nempe, quibus teſtis natura conſtat, pro laciniis abſceſſus habita de induſtria dilaceravit.

Varia eriſtica ſcripſit,

*Lettre de* M. PETIT *écrite à M. . . . Auteur de l'extrait du tr. ſur les maladies des os du Journ. des Sav* 8 *Mars* 1724. Paris 1724. 12. *.

Et *ſeconde Lettre de* M. PETIT *à M. . . . Auteur &c.* Paris 1724 12. *. ib. 1725. 12. BUR. Ruptum in ſaltatore *Cochoix* tendinem Achillis defendit, hoc recte; alium etiam caſum fuiſſe, quem PAREUS deſcripſerit, aliamque adhibitam medelam; ſæpe ſolo ſitu ruptos tendines ſe reconciliaſſe. In trochleis ſe erraſſe fatetur. Humorem viſcidum articulorum caput oſſis expellere, non callum aliquem.

Videtur auctor eſſe nonnullorum libellorum editorum ob lites medicorum cum chirurgis, *Lettres de* M. ASTRUC, J. LOUIS PETIT *& autres ſur les diſputes qui ſe ſont élevées entre les medecins & les chirurgiens avec leurs reponſes* Paris 1738. 4.

*Eloge funebre de* M. PETIT ib. 1750. 4. ſeorſim etiam prodiit auctore A. LOUIS.

## §. CCCCLXXV. VARII.

*Colloquia chirurgica, or the whole art of ſurgery epitomized and made eaſy according to modern practice* London 1705. 8.

J. CHR. HEYNE *tentamen chirurgico medicum de præcipuis oſſium morbis* Amſterdam & Danzig 1705. 12. *. Diſſertatio inauguralis ad mentem BOERHAAVII ſcripta. Adnotationes aliquæ. De cranio variis exoſtoſibus efflorescente; de tibia magna exoſtoſi obducta. Sibi a MERYO demonſtratam eſſe iconem calli, tuberoſi & craſſi femur fractum unientis.

In *miſcellaneis curioſis* Londin. 1705. & alias excuſis, varia huc faciunt, de vipera caudiſona, de hiſtoriis hydrophoborum.

## §. CCCCLXXVI. DISPUTATIONES.

CHRIST. MICHAEL ADOLPHI *de ſpina ventoſa* Lipſ. 1705. 4. *. Non redit in operibus.

EJ. *de ligaturis dolorificis.*

EJ. *de morborum per manuum adtrectationem curatione.*

Redeunt in *triade diſputationum medico chirurgicarum* Lipſ. 1730. 4. *.

Ejusd. *de vinculis chirurgicis* diſp. Lipſ. 1730. 4. * & in majori collectione Lipſ. 1747. 4. * in qua tamen diſſ. *de ſpina ventoſa* non reperitur. In ea *de vinculis* exemplum eſt vulneris vaſis lymphatici, cum plurimo ſeri fluxu.

In *E. N. C. Cent.* V. *obſ.* 92 herniæ hereditariæ.

*Cent.* VII. *obſ.* 33 pulverem teſtarum cochlearum ad calculum laudat.

*Cent.* IX. *obſ.* 77 hydrophobia, ut videtur, ex nucum rancidarum uſu.

*Vol.* I. *obſ.* 239 calculus in urethra natus, & in veſicam retrogradus.

*Vol.* II. *obſ.* 87 ex calculo cæcitas.

*Obſ.* 135 hydrophobia ex tractatione pellis canis rabidi.

I. V. V. N. P. C. *bewährtes Roß-Arzneybuch* Hanover und Wolfenbuttel 1705. 8.

Claud. Passavant *de perforatione calvariæ, diſſ. prior & poſterior* Baſil. 1705. 4. *.

Ejusd. *theſes medicæ* ib. 1721. 4. *. Caput retentum & brachium fetus in ſacculo incluſum fuiſſe, quem exciderit.

Gerard Windius *de ophthalmia* Utrecht 1705. 4. *.

Paul. Jenisch *in laurea Apollinari Monſpel.* 1705. quærit, an abſceſſus ſit tumor de neceſſitate compoſitus.

## §. CCCCLXXVII. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 297. Richardus Wroe de corneis tuberibus de digitis efflorescentibus.

N. 301. N. Regnart de acicula reperta in ventriculo gallinæ.

N. 302. Philippi Skippon de oſſibus fetus per abſceſſum inguinis egeſtis.

## §. CCCCLXXVIII. J. B. Morgagni,

Forolivienſis, per multos annos anatomes profeſſor primarius Patavinus, vir eruditione & ingenii dotibus, facilitate & multiplicitate laborum ſingularis, quem nuper amiſimus. Nullam partem medicinæ inornatam reliquit, etſi chirurgici argumenti nihil ſcripſit. Maxima autem viri auctoritas fecit, ut eo conſulto Benedictus XIV. ſectionis Cæſareæ uſum in nuper exſtinctis feminis imperaverit (*a*).

In *adverſariis anatomicis* I. quæ Bononiæ 1706. 4. *. Patavii 1719. 4. *. & alias prodierunt, de ſtrumis, earum in thyreoidea glandula ſede, & natura veſiculoſa egit.

In *adverſ.* III. Patav. 1717. 4. * de clyſmatibus ſubjiciendis. Vix unquam putat

(a) Orteschi *diar.* VI.

putat fæces alvi per os evomi. De inteſtinorum diverticulis, & hernia ab ejusmodi diverticulo funeſta. In partu difficiliori ſolo oſſa pubis diduci. De hernia veſicæ urinariæ: de acubus in ea repertis.

In *adv.* IV. Patav. 1719. 4. *. de peritonæi diverticulis, ea non claudi a ſitu erecto. Vaginæ prolapſum vidit, non uteri.

In *adv.* VI. Patav. 1719. 4. * agit de cataracta, & cur ea fere incurabilis ſit. Addit FABRICIUM ab AQUAPENDENTE olim monuiſſe, in ejus depoſitione fere lentem cryſtallinam perforari. De injectionibus in puncta lacrumalia. In apoplexia occiput ſcarifat.

Cum *metallotheca* MERCATI Rom 1719. fol. *. excuſa eſt de morte Cleopatræ duplex epiſtola.

In *diſſertationibus anatomicis* ad VALSALVÆ opera Venet. 1740. 4. * paſſim aliqua huc faciunt, ut in III. de tumoribus morboſis occaſione glandularum veſicularis fabricæ.

In IX. iterum de ſtrumis glandulæ thyreoideæ varia materie plenis, & de verminoſo anevryſmate, de bronchotome aliqua. Deglutitio impedita a glandularum dorſalium tumore.

In XIII. de vitiis partis ei oppoſitæ, in qua cerebrum læſum eſt. Paralyſis lateris oppoſiti ab eroſis thalamis opticis. In XV. de cordis vulnere. In XVIII. de glaucomate & cataracta, & utriuſque diſcrimine. Chirurgum QUARRE' primum ſedem ſuffuſionis in lente cryſtallina poſuiſſe. De ſignis hujus mali, & origine, ſed in variis animalibus. Raras ſed aliquas eſſe membranaceas cataractas. De deponendæ cataractæ modis & inſtrumentis. De extracta cataracta per corneam tunicam. Cataracta varia, ejus natura, gradus. Capſulam lentis cryſtallinæ raro, ſed tamen aliquando opacam reddi. Lens diviſa.

In XX. fetus a compreſſione læſus, quam mater erat paſſa.

In magno opere *de ſedibus & cauſis morborum per anatomen indagatis* Venet. 1761. fol. 2. vol. * magna pars argumenti eſt chirurgici. In perfectiſſimo libro partim BONNETI & aliorum de inciſis cadaveribus relationes expenduntur, partim numeroſiſſima ſummi viri adnotata recenſentur, ex ipſis etiam inciſis corporibus deſumta. In hoc opere argumenta huc faciunt de tumoribus, de capitis vulneribus, de morbis veſicæ urinariæ, & renum; de fractis & luxatis, de ſphacelo, de ulceribus, de vulneribus & ictubus imi ventris, dorſi, pectoris, colli. Quæ omnia hic hactenus poſſent recenſeri, ut omnes veri cupidos ad ipſum opus ablegemus, idque ut ſtudioſe legant, ſerio hortamur.

In *opuſculis miſcellaneis*, quæ Venet. 1763. excuſa fuerunt, fol. *, huc facit in P. I. epiſtola de obſtructione lacrumalium ductuum, de acu in veſicam impulſa, de carnoſæ tunicæ excreſcentia, de ſectionibus calculorum a Fratre JACOBO BEAULIEU Patavii adminiſtratis.

In P. II. de meritis VALSALVÆ commentarius, & prior illa epiſtola, num Cleopatra ab aſpide icta interierit, in quam ſententiam pronior eſt.

In E. N. C. *Cent.* V. *obſ.* 26 de acu in veſicam data, calculo incruſtata.

*Obſ.* 27 de magno tumore adipoſo.

Doctiſſimi ad CELSUM commentarii, adque ejus viri poſteriores libros, toti huc faciunt. Exemplum felix uteri in partu inverſi & reſtituti.

In RONCALLI morborum hiſtoriis exſtat ejus Epiſtola de fractura femoris.

## §. CCCCLXXXIX. PETRUS BRISSEAU.

Profeſſor Duacenſis. EJUS *nouvelles obſervations ſur la cataracte propoſées à l'Academie des ſciences*, ab ea Academia ſubpreſſæ prodierunt Tournai 1706. 12. & *ſuite des obſervations ſur la cataracte* Tournai 1708. 12., quæ conjuncta recuſa ſunt Paris 1709. 12. * Germanice vertente J. CASPAR SOMMER 1743. 8.

Quam ſententiam D. LASNIER & QUARRE' tenuerant quidem, nullis vero experimentis fulciverant, & ne ipſi quidem publicaverant, noſter ita conſtituit, ut poſt ejus experimenta publice ſit recepta. Ipſam nempe cryſtallinam lentem opacam reddi, morbumque eſſe, qui cataracta dicitur, ipſamque eam lentem acu deponi. Vitrei humoris vitium glaucoma eſſe. Ipſe potiſſimum in cadavere cataractam depoſuerat, oculo ſuam reddiderat limpiditatem, deinde inciderat & reperat, lentem cryſtallinam ſitu eſſe motam. In aliis quatuor oculis cataracta adfectis ſimilia vidit. Teſtimonia etiam DODARTI aliorumque celebrium medicorum producit, qui in militis oculo cataractæ in cryſtallina lente ſedem ab eo viderunt demonſtratam. Simile teſtimonium adfert FRANCISCI PETIT. PHILIPPI de la HIRE objectiones fortiter repellit, & aliqua dubia MERYI ſolvit.

*Obſervations faites par* M. BRISSEAU Douay 1706. 12. * Ferrum in cerebrum militis infixum, cum cerebri jactura, æger ſanatus. Curatus etiam, cui dura cerebri membrana ſe deſquamaverat. Sanguis effuſus duram inter membranam & calvariam, favente ſitu emiſſus. Scirrhus cerebelli abſque ſymptomatibus toleratus. Pro paracenteſi. Capillorum pila de abdomine educta.

## §. CCCCLXXX. VARII.

J. FRIDERICH ZITTMANN *medicina forenſis, d. i. geöfnete zur Medicin u. Chirurgie anweiſende der facultät zu Leipzig Ausſprüche und Reſponſa* Francf. ad Mœn. 1706. 4. 2 vol. * Reſponſa ordinis medicorum Lipſienſis omnino 176 ex ſchedis CHRISTIANIS JOHANNIS LANGII deſcripta, ſeculi omnia XVII. Concinne & breviter traditur quæſtionis, quem vocant, ſtatus, cum ſolitis medici de inciſo cadavere relationibus, & reſponſo ordinis medici, quod plerumque breve & cordatum eſt. De vulneribus adeo relationes numeroſiſſimæ hic exſtant, ſæpe ſeveræ. Ita veſicæ vulnera pro abſolute lethalibus: alias tamen mollius reſponſum eſt ut de vulnere medullæ ſpinalis, non lethali. Ventriculi vulnus Lipſienſes pro certo

to funeſto, Wittebergenſes pro minus evidenter lethali renuntiaverunt. Funeſtum contrafiſſuræ exemplum. Multæ cranii fracturæ. Multa arteriarum & venarum vulnera. In jugulari vena vulnus pro funeſto. Mors a caſtratione & ligato funiculo vaſorum ſeminalium. Plurima omnino memoria digna. Ab obſtetrice puerperæ lacerata veſica, educta tunica ſabuloſa: ſervata ægra, ut tamen a veſica in vaginam abſceſſus pateret. Putridus funiculus umbilicalis, & multa ſugillatio, tribuitur violentiæ ante tres menſes paſſæ, ut fetus tamen ſero perierit. Negant a lapſu funiculum facile lacerari. Vulnus per diaphragma & pulmonem cum coſta fracta. Æger non potuit abſque tortura oris deglutire: mors die quinto.

WILLIAM READ *diſeaſes of the eye* London 1706. 8.

GUIL. COWARD *ophthalmjatria* London 1706. 8. Valde ſpernitur a WOOLHOUSIO.

*Curioſer Chirurgus, oder ſonderbarer Begriff der Wundarzney* Lipſ. 1706. 8.

S. J. M. D. *kurze Abhandlung von Erzeugung der Menſchen und dem Kindergebähren* Francfurt 1706. 8. * Dicitur quater Belgice prodiiſſe, bis Germanice. De partu etiam naturali agitur, deque eum adjuvandi modis; tum de partu præter naturam ſituque vitioſo. Multum laudat PAULUM CHAMBERLAYNE, cujus & pater, & duo fratres, peritia obſtetricandi eminuerint, & operationem ei tribuit, quam non deſcribit, forcipis, ut puto, uſum. Contra ſectionem Cæſaream in femina nuper mortua; fruſtra ſuſcipi cum infans continuo pereat.

MATTH. GIORGI *parere intorno a veſicatori* Genova 1706. 8. *.

LUDOVICI VALETTA, monachi, ſed viri excitati ingenii, *de phalangio Apulo opuſculum* Neapoli 1706. 12. * Apulus ea narrat. quæ ipſe ſuis vidit oculis. Forcipes tarantulæ æſtate ſola venenum habent. Utique demorſos ſaltatione ſanari, ut ea ſaltatoribus moleſta ſit. Extra provinciam nullum eſſe tarantulæ venenum. Superſtitioſa varia admiſcuit.

In Epiſtolis NOUESIUS addit, bis ſe cancrum ſanaſſe.

*Chirurgia curioſa, or operations in chirurgery regularly methodized by Purman with Solingens figures and Sprengels cures of all diſeaſes* London 1706.

## §. CCCCLXXXI. DISPUTATIONES.

J. JACOB BAIER, viri docti, *de freno linguæ* Altdorf 1706. 4. * hactenus huc facit.

EJ. *de turundis* ib. 1707. 4. * Eas contra MAGATUM defendit, erudita diſſertatione, qua antiquitates turundarum exponuntur.

EJ. *de callo* ib. 1707. 4. *.

EJ. *ſchediaſma quo inſtitutum ſuum de* AUR. CORN. CELSO ad majorem utilitatem accommodando aperit Altdorf 1720. 4. Quem hic promittit CELSUM, eum nunquam edidit.

In

In *adagiis* Norib. 1718. 4. * ultima ſunt chirurgici argumenti. Voces veterum aliquas medicas interpretatur.

*Iatroaliptica veterum* 1723. 4. *.

In *E. N. C. Cent.* VI. *obſ.* 98 funeſta lienis ruptura.

*Obſ.* 99 ſanatum vulnus aſperæ arteriæ.

*Cent.* VII. *obſ.* 4 magnum fragmentum maxillæ inferioris callo reparatum.

*Obſ* 5 oſſiculum, quod in gula per annum hæſerat, cum pure ejectum.

*Vol.* III. *obſ.* 122 funeſtum veſicæ ulcus & ampliſſimi ureteres, abſque calculo.

Ej. *introductio in medicinam forenſem* Francfurt 1748. 4.

J. Velde *de calculo humano* Hardervic. 1720. 4. Hænel.

Guil. Bylwerf *de cancro* Leid. 1706. 4. *.

J. G. Verpoorten *de ramice* Leid. 1706. 4. *.

Thomas Jacobæus *de vulneris Aeneæ curatione* Hafniæ 1706. 8.

## §. CCCCLXXXII. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 307 Alexander Marchetti partum Cæſareum molitus adminiſtrationem deſcribit. Pueri biduo, triduo ſupervixerunt.

N. 308 Anton. Hewnden tumorem colli hydatidibus plenum incidit & curavit.

N. 309 antlia & cucurbitula fruſtra adhibitæ ad caput fetus extrahendum.

In *Hiſt. de l'Acad. des ſc.* 1706 agitur de femina, cui a lapſu cerebri jactura ſit facta, viribus & ſenſibus illæſis; etiam fungis ſuperatis, a Piat & Cusmont chirurgis.

## §. CCCCLXXXIII. Jacobus Douglas.

Vir doctus, candidus & modeſtus, quocum olim familiariter vixi, in *Phil. Tranſ.* a. 1706, (vitio ſcribitur 1705)

N. 305 egit de ſtruma, in qua magnum oſſeum fuit concrementum. Non erat glandula thyreoidea.

N. 325 ren a pure conſumtus, veſica urinaria craſſa & dura.

N. 349 fractura fuit colli, quæ pro luxatione femoris habebatur.

Ej. *hiſtory of the lateral operation* London 1726. 8. a Stephano Coulet latine verſa cum titulo hiſtoria lateralis operationis Leid. 1729. 4. * prodiit. Primum hiſtoriam ejus ſectionis dedit, quæ dicitur lateralis, a F. Jacobo potiſſimum repetita: de ea ut peritus judex accurate judicat, methodum probat; de Meryi paulum correcta methodo decernit. Deinde de Ravio ex Albini atque

Erndtelii

ERNDTELII relationibus. Eo tempore CHESELDENIUS digitum in veſicam dabat, inciderat calculum tunicatum. Intra unicum minutum horæ calculum extraxit. In appendice addit ſectiones ad eundem ſenſum Londini factas a BAMBER & GUILIELMO CHESELDEN, qui RAVII adminiſtrationem feliciter correxerit, ut tamen DOUGLASSIUS moneat, ſe forcipis curvitatem malle minorem. BAMBER veſicam paulum replebat, ſit CHESELDENIUS, cætera ALBINUM ſecutus.

Succeſſit *appendix to the lateral operation of the ſtone* London 1731. 4. * & Leidæ 1733. 4. * vertente PANAIOTA CONDOIDI, qui ad archiatri in Aula Ruſſica dignitatem pervenit. Hic noſter accuratiſſime CHESELDENII inſtrumenta deſcribit, etiam ponderibus & menſuris expreſſis, additiſque figuris, tum ipſam adminiſtrationem a CHESELDENIO nuper perfectam, & in 52 ægris feliciſſime tentatam, quam minutam præceptorum ſeriem hic non datur exſcribere. Incidi nonnunquam partem conſtrictoris urethræ (acceleratoris), tum transverſum muſculum, porro ligamentum oſſibus pubis interpoſitum, glandulam COWPERI, partem ani levatoris, nervosque inſignes ramosque arteriæ (pudendæ communis WINSLOWI): veſicam porro urinariam duobus locis, altero ſupra proſtatam, altero circa orificium, tunc dimidiam proſtatam, & denique urethram, & intra proſtatam, & ſub bulbo. Catheter valde obtuſe flexus. Non vult CHESELDENIUS, in perinæo catheterem eminere: ſectiones faciebat duas; primam ſuperficialem oblique deorſum, alteram profundam; ferramentum digito in catheterem ducebat. Poſtea emendata methodo incipit in veſica inciſionem, & in urethra ejus facit facit finem. Conparat deinde accurate adminiſtrationem CHESELDENII cum MARIANI ſectione. Antiquitates operationis in poſtſcripto perſequitur.

In præfatione Cl. CONDOIDI ab ipſo retro HIPPOCRATE, a CELSO, a ROMANO, a FRANCO &c. ad CHESELDENIUM lithotomiæ modos recenſet, cujus adminiſtrationem omnibus præfert, & catalogum addit eorum, qui a. 1731 magno apparatu in noſodochio Charitatis Pariſino ſecti ſunt, tum in *Hôtel Dieu* & apud privatos. Infelices fere fuerant Pariſini, mortem multi, plures incontinentiam urinæ non vitarunt.

Magnum de herniis opus DOUGLASSIUS molitus erat, figuris ornatum, & partibus corporis ægrotorum ſiccatis ſuperſtructum, quarum aliquas vidi. Verum virum optime meritum morbus catarrhalis magno cum rei medicæ damno abripuit.

Quomodo de apparatu alto meritus ſit, cum fratris JOHANNIS libello dicemus.

## §. CCCCLXXXIV. ANTOINE MAITRE JEAN,

Chirurgus in oppido Mery ſur Seine, morbis oculorum curandis peculiarem operam locavit. EJ. *traité des maladies de l'œil & des remedes propres pour les guérir* prodiit Troyes 1707. 4. maj. * Paris 1741. 12. 2 vol. * Germanice Nürnb. 1725. 4. Belgice vertente J. PALFYN. Leid. 1714. 4. *.

Bonus liber, & qui gradum ſuum, etiam inter nuperos tenet. Quid eſſet cataracta, ANTONIUS deponendo didicit, lentem nempe eſſe cryſtallinam, muco cinctam, ſ. flocculentis appendicibus, cum ipſa ſolidior ſit, & minor, atque contracta, intus flava. Naſcens ſemper lactea eſt. Novus morbus eſt lentis protuberantia. De lentis ſuppuratione; de cataracta tremula. Inter primos adgnovit, cataractæ ſedem eſſe in lente cryſtallina, neque tamen bene capſulam ejus lentis erodi docuit, & ipſam ejus lentis naturam propullulantem, atque efficere flocculos, *accompagnemens*, qui eſſentiam cataractæ faciant, cum eam, quam vocant cataracte, noſter glaucoma diceret. Negat lentem poſſe capſula manente integra deponi: deinde numeroſas, ut vocant, operationes, & variarum cataractarum curationes & inſtrumenta tradit. Iridem nonnunquam dividebat. Exempla cataractæ ſponte deſcendentis. De lente ſuo loco excuſſa, etiam in anteriorem cameram transeunte.

Inde omnes alios ſingularum oculi partium morbos exponit, numeroſosque diſtinguit, quæ non poſſumus omnia perſequi. Hirudines ad tempora admovebat, ut ſymptomata a depoſitione ſupervenientia ſedaret. Subinde errores ſuos fatebatur.

In verſione ſua PALFYN varia adjecit, ex commentariis academiæ Pariſinæ, MERYI & la HIRII patris & filii ſumta; epiſtolam WOOLHOUSII & ANELLII de fiſtula lacrumali. Icones etiam nonnullas undique collectas, aliquas a DUVERNEYO mutuatas.

## §. CCCCLXXXV. DOMINICUS ANEL,

Chirurgus primarius Caſtrenſis, inde in aula Sabaudica artem exercuit. Ej. eſt primo *l'art de ſuccer les playes ſans ſe ſervir de la bouche d'un homme* Amſterd. 1707. 8. *. 1716. 12. 1733. 12. Italice a SANCASSANO recuſa, cum *dilucidationibus*. Siphonis ope ſanguinem & pus de pectoris cavea & de muſculorum intervallis docet educere, ad militum imitationem, qui ſolo ore idem moliuntur. Inſtrumenta etiam depingit ſua, inter ea ſiphonem metuendæ magnitudinis, & aliqua medicamenta.

EJUSD. *nouvelle methode de guérir les fiſtules lacrimales, ou recueil de differentes pieces pour & contre & en faveur de la même methode* Turin 1713. 4. *. Magna collectio. Primum *obſervation ſinguliere ſur la fiſtule lacrimale, que la matiere s'en évacue par les points lacrimaux, la methode de les guérir radicalement ſans bandage compreſſif, ni cauſtique, ni fer, ni feu* Turin 1713. 4. *.

*Relatio de curatione Abbatis* FIESCHI fiſtula lacrumali laborantis. Invenit noſter, poſt aliqua veterum indicia, & cogitata STAHLII, tenuiſſima ſpecilla argentea, & perinde flexiles tubulos, quorum ope & aperire vias naturales, & purulentam materiem eluere poſſet, totamque abſque ferro & igne fiſtulam ſe ſanaturum ſperavit. In hoc exemplo felix fuit, non perinde ſervaturus, ſi quando os carie fuerit adroſum.

2. Contra

2. Contra ANELLIUM *informazione del chirurgo* FRANCESCO SIGNOROTTI Genova 1713. Objectiones aliquæ contra uſum ſpecillorum & ſiphunculorum. FIESCHII malum non fuiſſe fiſtulam.

3. *Les critiques de la critique de* M. SIGNOROTTI. Aſpere reſpondet ANELLUS. FANTONUS in duabus epiſtolis oſtendit, SIGNOROTTUM parum fuiſſe anatomicum. Aliæ epiſtolæ fautorum ANELLI, JUGETI, L. TERRANCI, qui matris regiæ curationem laudat, ab ANELLO perfectam.

4. In *ſecunda epiſtola* FANTONUS ad medici ocularii Pariſini objectiones reſpondet. Omitto numeroſas aliorum epiſtolas, ipſiusque ANELLI, qui paſſim alia curatorum addit teſtimonia.

*Traité de la nouvelle methode de guérir les fiſtules lacrimales, ou diſcours apologétique en faveur de cette methode* Turin 1714. 4. BUR. alii 1716. Anevryſma a vulnere noſter feliciter ſanavit, glande pone arteriam cruralem educta, conſumta cyſtide, qua continebatur.

EJ. *diſſ. ſur la nouvelle decouverte de l'hydropiſie au conduit lacrimal, ſur les cauſes qui la produiſent, & ſur l'avantage que l'on retire de cette decouverte; de la cure des fiſtules lacrimales, & la maniere de donner à boire par l'œil* Paris 1716. 12. Orificium fere inferius obſtructum eſſe, id debere aperiri.

## §. CCCCLXXXVI. F. de la PEYRONIE.

FRANÇOIS GIGOT de la PEYRONIE, ingenioſus & felix chirurgus, ad dignitatem primarii chirurgi Regii pervenit, adque magnas divitias, quas potiſſimum ad ornamenta collegii chirurgorum expendit. Ei debetur potiſſimum academia chirurgorum a. 1731. inſtituta, & a. 1743. novis legibus & privilegiis ornata. Majores libros nullos ſcripſit; inter commentarios autem Monſpelienſes & Pariſinos aliqui ejus labores reperiuntur.

Primum a. 1707. prælegit in Academiæ Monſpelienſis conſeſſu de evulſo tendine flexore pollicis, abſque ullo ſymptomate curato, expreſſa unice vagina, qua continetur. Hic jam reperias uſum balnei aquæ Balarucenſis, aut lixivii, ad tendinum vulnera laudatæ. Excuſus eſt l. inter *Memoires de l'Acad. Roy. de Montpell.* Lion 1766. 4. *

EJ. de ſarcomate de uteri cavea prominente. Id forfice abſcidit, deinde uterum diviſit, & forcipe reliquam extractionem abſolvit, ſanguinemque conpeſcuit, deinde linteo carpto, felici eventu.

A. 1708. prælegit de ſede animæ, quæ ſit in calloſo corpore. De ea prælectione dicitur in *Mem. de Trevoux* 1709. Sed ornatius recuſa eſt in *Mem. de l'Acad. des Scienc. de Paris* 1741. Hypotheſin LANCISIANAM confirmare tentavit eventibus abſceſſuum & tumorum, qui corpus calloſum dum premebant, ſenſuum uſum intercipiebant.

A. 1712. prælegit in *Soc. Reg. Monſp.* de inſigni curatione viri, cui os

frontis pene totum a carie conſumtum erat. Ea curatio exſtat in SANCASSANI collectione, & in Lugdunenſi editione *commentariorum Monſpelienſium* Lion 1766. 4. *. Tumor in fronte cyſticus paulatim calvariam corruperat, natæ erant fiſtulæ, os frontis planumque eroſum erat. Noſter os frontis deſtruxit, partemque oſſium narium, aqua Balarucenſi perpetuo vulnus irroravit, ut nunquam abſque aqua eſſet, maximumque malum demum ſuperavit.

In *Memoires de l'Academie de Chirurgie* T. I. prælegit de hernia cum gangræna conjuncta. Inteſtini partem corruptam reſecuit, fines reliquos filis per meſenterium trajectis propius adduxit, ſpiritu terebinthinæ gangrænam moratus eſt, felici eventu. Alia triſtiora exempla.

Utcunque huc faciunt, quæ protulit de vitiis ejaculationem ſeminis morantibus, tumoribus, frenulo transverſo.

De inteſtino ſtrangulato ab epiploo ſupra anulum adhærente.

Elogium reperitur in *Mem. de l'Acad. de Montpelier* 1749.

## §. CCCCLXXXVII. T. ALGHISI. ALII.

THOMAS ALGHISI, chirurgus Noſocomii Florentini, & lithotomus, edidit Florentiæ 1707. 4. *Litotomia, overo dal cavar la pietra*, recuſ. Venet. 1708. 4. *. Sectionem bene deſcribit, quæ fit apparatu magno, ut in minutiis inque inſtrumentis valde ſit ſollicitus. Ipſe non videtur aliquid inveniſſe aut perfeciſſe; cannulam quidem in urethra relinquere ſuaſit, aptosque injicere liquores. Ut erat in ipſo opere exercitatus, multas interſperſit proprias adnotationes. Calculos paſſim reperit, etiam in omento, & inter inteſtinorum membranas. Circa cereum etiam natum calculum depingit, & circa acum, & veſicales aliquos mire ramoſos & quaſi radiatos, & renalem. INNOCENTII XII. calculus. Calculi ſi numeroſi glabri ſunt, aſperi fere parvi. Calculi perforati aut crenati. Adhærentes vix dari. Non debere in urethra catheterem relinqui, potius aquam hordei & ſimilia injici inſtrumenti ope, quod delineat. Contra altum apparatum. De catheteribus eorumque applicatione fuſe. Calculos majores jubet frangere. In feminis partim dilatat, partim incidit urethram ut amplius pateſcat.

J. GUILIELMUS PAULI, Profeſſor Lipſienſis, ad J. van HORNE *microtechnen* Lipſ. 1707. 8. *. plurimas adnotationes adjecit, in quibus nuperiora inventa antiquis addit. H. MEIBOMIUM præceptorem laudat, ejusque pileum, quo patellam transverſim fractam continebat. Oſſa dudum ante nuperos negat transverſim frangi.

EJ. diſſ. *de œdematis natura & cura* Lipſ. 1685. 4. utcunque huc fecerit.

EJ. *de uteri amputatione programma* ib. 1709. 4. * quam rejicit.

BENJAMIN BENEDICTI PETERMAN, medici Lipſienſis, *obſervationum medicarum decades* III. Lipſ. 1707. 8. *. Aliqua huc faciunt. In thymo nuper nati corpus quaſi oſſeum. Femina, cui per vulvam excrementa prodibant. In proprio

proprio patre ignorata, dum vixit, & a morte demum adgnita fractura enormis femoris ſupra condylos. Vulnus, quo totum abdomen trajectum, cum elapſu inteſtinorum, tamen ſanatum. Pollicis pars extrema pene tota amputata, ut de tendine hæreret, tamen reconciliata.

J. PHIL. ROHTEN *Lexicon chirurgicum* Wiſmar 1707. 4. 1721. 8. * Lubek 1743. 8. 1761. 8. Populare compendium chirurgicum, multis cum formulis.

Aucta etiam appendice edidit NUCKII *chirurgiſche Handgriffe und experimenten* Germanice verſa Lubek und Wiſmar 1709. 8. HUTH.

EJ. *ſicherer und allezeit fertiger Chirurgus, oder kurzer Einleitung zur Arzneykunſt* Lubek 1734. 8.

J. AMEDE'E le FORT *methode facile & ſimple pour guérir quelques maladies tant internes qu'externes* Geneve 1707. 12. alii 1708.

EJ. *d'une tumeur ſinguliere* . . . . 1712. LEU.

EJ. *avis ſur l'operation du periné à l'égard d'un ſeptuagenaire travaillé d'une retention d'urine* Geneve 1719. LEU.

*Il lume all' occhio* Forli 1707. 8. Gloria inventorum MAGATI contra BELLOSTIUM adſeritur, ut etiam lamina, qua duram membranam detectam tutatur, ſit MAGATI.

GERARD GORIS *ars obſtetricandi* Leid. 1707. 8.

LUD. CHRISTIANI CRELLII *portentoſus calculus in rene* GOTTLOB FRIDERICI SELIGMAN *repertus elegiaco carmine deſcriptus* Lipſ. 1707. 4.

PHILIPPI HECQUET, viri religioſi, ſed in adverſarios præconceptarum ſuarum opinionem ſatis acris, aliqui libri chirurgiam tangunt. Non valde quidem eo facit *Explication phyſique & mecanique de la ſaignée* Chambery 1707. 12. ſed potius *de l'indecence aux hommes d'accoucher les femmes, & de l'obligation aux femmes de nourrir leurs enfans* Paris 1708. 12. Caſtitatem vitæ feminarum præferebat.

EJ. *le brigandage de la medecine ou la medecine opprimée par les chirurgiens* Paris 1738. 12.

EJ. *la chirurgie des pauvres* Paris 1714. 8. GUNZ. 1740. 12. 1749. 12. *. Germanice Augſpurg 1767. 8. Omiſſis encheireſibus ſola hic laudat medicamenta; de venæ ſectione tamen aliqua habet & de ſcarifatione. Vulneraria decocta non valde probat, minus etiam repellentes fotus. Scirrhum a ſtruma ſeparat, quod ſolus in cancrum vertatur. Heliotropium adverſus narium polypos laudat. A paronychia ulcus depaſcens digitorum ſeparat, quod a digito in digitum tranſeat. Ambuſta in oleum intingit. A fiſtulis *fundentia* rejicit.

Cum *lettre ſur l'abus des purgatifs & des amers* Paris 1729. 8. addidit aliqua de cataracta, ad quæ F. PETIT reſpondit. Cataractæ difficillimam eſſe admini-

 ſtra-

ſtrationem. Deinde cum l. de digeſtione quinque epiſtolas, de cataracta etiam agentes, aliamque ad PETITUM & ad quintam additiones Paris 1730. 12. *.

## §. CCCCLXXXVIII. J. MARIA LANCISIUS.

Archiater Romanus, qui gratia apud CLEMENTEM XI. plurimum valuit. In EJ. ll. *de mortibus ſubitaneis*, qui Romæ 1707. 4. * prodierunt, in collectione Genevenſi 1718. 4 * recuſi, aliqua ad anevryſmata equidem interna ſpectant. Cauteria ad pedis plantam admota vidit in apoplexia profuiſſe, & laminas ferreas ignitas ad ſuturas admotas.

Uberius hæc omnia redeunt in opere *de anevryſmatibus* poſthumo, quod Romæ 1728. fol. * & 1745. 4. * & Venet. 1739. fol. * prodiit, & in quo univerſam horum vitiorum hiſtoriam tradidit, hactenus ad chirurgiam ſpectantem. De anevryſmate arteriarum, ſ. de earum vulnere & effuſo ſanguine, nam hoc ſenſu vir ILL. hanc vocem ſumit. De anevryſmatibus a contuſione natis. De anevryſmatibus ab eroſione & a morbo gallico. De anevryſmate ſpurio, ita enim vocat a quo abeſt vulnus, ejuſque cauſis, conſtrictione etiam potiſſimum arteriæ ſpaſmodica ſub ſede dilatata. Anevryſmata per ſingulas arterias, cum exemplis in cadaveribus inciſis repertis. Memorabile opus, & quod nequeam per ſingula proſequi. Anevryſma ſubclaviæ ſanatum.

In l. *de peſte bovilla* valde laudat armorum ulcera artificialia.

In LARBERIANA *anatome* PALFYNI, exſtant duæ LANCISII *epiſtolæ*, in quarum prima cataractam in lente cryſtallina ſedem habuiſſe, in altera ſæpiuſcule tamen alias in lente opacitatem, alias ſepties cataractas membranaceas ſe vidiſſe.

## §. CCCCLXXXIX. DISPUTATIONES.

DAVID SCHOLZ *de calculo renum & veſicæ* Hardervic. 1707. 4. BOEHMER.

EJ. *de ulceribus uteri* Traject. 1711. 4. HÆN.

DIDERIC MULDER *de rabie hydrophobica* Leid. 1707. 4. *.

WILH. HENR. MULLER *de ancyloſi* ib. 1707. 4. *. Exemplum oſſium carpi conferventium. In ſelectis meis recuſa.

G. B. KAUFMAN *de iſchuria* ib. 1707. 4.

PAULI FRICKE *medicus obſtetricans* Utrecht 1707. 4. *.

TOB. DEGGELER *de luxatione vertebrarum* Altdorf 1707. 4. *.

J. PETR ROESEL *de ecchymomate* ib. 1707. 4.

MARTIN NABOTH *de ſterilitate mulierum* Lipſ. 1707. 4. Menſes ab atreta vagina retenti liberati inciſione.

J. SA-

J. SAMUEL ROEMHILD *de ſtruma* Altdorf 1707. 4. *.

J. GEORG. NIC. DIETERICH *de erroribus in vero termino partus commiſſis* Gieſſ. 1707. 4.

PETR. BENJAMIN PACHE *de dentium dolore* Baſil. 1707. 4. PLATN.

## §. CCCCXC. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* n. 312. JOH. FOWLER recenſet carioſi oſſis cubiti hiſtoriam, unde ſubnatæ fiſtulæ, quibus apertis os exemtum, ejusque locus callo naturali ſubpletus eſt.

GABRIEL PHILIP de la HIRE junior in *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1707. contra ANTONIUM MAITRE JEAN dicit, WOOLHOUSIUM veram cataractam membranaceam depoſuiſſe. Nullam fore viſionem, ſi lens deponeretur, cujus vim refractilem vitreum corpus non ſit ſuppleturum, ejus enim vim refractilem humoris aquei vim non ſuperare.

A. 1708. neſcio, quæ dubia ſua circa cataractæ depoſitionem fatetur ſupereſſe, ut incertum ſit num cataracta ſit, num glaucoma, quod deponitur.

In *Act. Litt. Mar. Balth.* 1707. J. CHRISTOPH GOTTWALD refert de ſpica ſecalina deglutita & per apoſtema exeunte.

JANI ROSEWING de lithogeneſia, & calculo olivari equino.

CL. BON in conſeſſu *Academiæ Monſpelienſis* refert de calculo, qui ſponte ſibi viam per perinæum aperuit, ut tamen fiſtula ſupereſſet.

BESSON de oſſibus fetus per abſceſſum abdominis prodeuntibus.

In *Journ. de Trev.* 1707. COSNARD refert de cornu ex oſſe parietali feminæ pullulante, quod reſecuerit.

## §. CCCCXCI. HERMANNUS BOERHAAVE.

Medicorum ſui ævi princeps, neque minus candore & animi magnitudine conſpicuus, quam excellenti ingenio. Chirurgiam paſſim adtigit magnique fecit, & medicis ejus cognitionem commendavit (a).

Juvenem cui os comminutum & eliſum curavit, canali facto, qui naturalem longitudinem repræſentaret (b).

In *rei medicæ inſtitutionibus* primum Leidæ 1708. 8. * editis, deinde ſæpe auctis & recuſis, aliqua huc faciunt, ut de calculorum origine, de evacuatione varia, etiam ſcarifatione, phlebotomia & hirudinibus, ophthalmia, iſchuria. Venena animalia, quæ per morſum vel punctionem lædunt.

Multo plura habet vir illuſtris in *aphoriſmis de cognoſcendis & curandis morbis* Leid.

(a) In *Prælect. ad Aphor.*
(b) OVERKAMP.

Leid. 1713 & alias editis 8. *. Eorum magna pars chirurgica eſt, quæ etiam ſeorſim prodiit cum SWIETENII commentariis Paris 1753. 12. 2 vol. & notis ANTONII LOUIS 1768. 12. 7 vol. & ſeorſim *maladies des femmes groſſes avec un traité des accouchemens*, perinde cum notis A. L. Paris 1768. 12. Germanice recuſ. Danzig 1753. 4 vol. 8. Germanice *vom Krebs und Krankheiten der Knochen* Francf. 1765. 8. Nempe hic de vulnere ejuſque ſymptomatibus, de vulneribus partium ſingularum, de contuſis, fractis, luxatis, inflammatione abſceſſu, fiſtula, gangræna, combuſtione, ſcirrho, cancro & oſſium morbis.

Porro de nephritide, calculo, rabie canina, partu difficili.

Uti hæc omnia ſumma brevitate perſtrinxit, ita tamen maximo cum judicio in vulneribus cauſas potentiæ in nece inferenda expendit, anevryſma utrumque, curandi rationem, etiam trepani uſum, gangrænæ pericula, curationem, amputationem, cancri exſtirpationem filo trajecti, vel furcula elevati. De morbis oſſium luculenter ſcripſit. Calculum urethræ impactum etiam ſuctione ſatagit expedire.

Prælectiones inde in hos aphoriſmos ignotus auctor excudi fecit Traject. 1745. 8. 5 vol. * maculoſum opus, feſtinationis ferens veſtigia, qua a diſcipulo voces PRÆCEPTORIS collectæ fuerunt, plenum tamen bonæ frugis. Ad chirurgica bona conſilia dedit. Cancrum in ileo inteſtino reſidentem noſter divinavit. In ſpina ventoſa malum recrudeſcere, ut utrumque brachium idem homini RAVIUS amputaverit. Ulcus ad cervicem ſanatum fuiſſe, ſubnato ad coccygem ulcere, ut utrumque communicaret. Sanatus, cui ferrum hæſerat in cerebro & hujus pars amiſſa. Sanatus, cui galea cranii perierat. Fungi non nimis metuendi. Curatum vulnus per thoracem tranſeuns. Arteriæ vertebralis vulnus ſero lethale. Male crudos bubones & authraces Maſſiliæ in peſtilentia fuiſſe exciſos. Cum cancrum glandulæ maxillaris chirurgus exſtirpare vellet, una venam jugularem vidit elevari, quam tamen perite ſeparavit. Facile cancrum in aliqua corporis parte deletum in alia recrudeſcere, ut ablata mamma in alteram, hac etiam exciſa in uterum migraverit. Enormem mammam vidit, reliquum corpus univerſum mole æquantem. Ut ſe ipſum ſanguine ad deliquium animi miſſo curaverit, cum machina Papiniana diſſiluiſſet, & aqua in faciem inſiluiſſet. Contra amputationem labello reſervato: putredinem inde creſci. In anevryſmate non ſolum debere conprimi ſenſit, ſed partem etiam proximam artus. Fiſtulas ſanat injectis medicamentis cum hyperico &c. deinde quando puræ prodeunt, balſamo aliquo, denique faſciis expellentibus. Ulcera ſcorbutica non ſanari vulgari ulcerum medela.

In Epiſtola ad RUYSCHIUM *de fabrica glandularum* Leid. 1722. 4. * de tumoribus glanduloſis agit: maximum deſcribit in collo, apertum, plenum ſero coagulabili. Ut meliceridem curaverit duro involucro cauſticis conſumto.

*Hiſtoria marbi atrocis & nondum deſcripti* Leid. 1724. 8. * eſt rupti a vomitu œſophagi.

*Hiſtoria*

*Hiſtoria morbi atrocis altera* ib. 1728. 8. * cordis a tumore adipoſo eliſi.

In præfatione ad ALOYSII LUISINI collectionem Leid. 1728. fol. * Londin 1728 8.* alias recuſa, aliqua huc faciunt, in ſcroti nempe tumore vaſa ad aortam uſque aneuryſmatica, funeſto eventu. *Calculum* adtigit in *Chemiæ elementis.* De eo vero malo libellum Londini ediderunt 1741. 8. * a me recuſum Gotting. 1752. 8. * ex prælectionibus ſummi viri decerptum, minime inutilem. Varia ibi de calculi generatione ex terra lotii, de calculis in variis corporis humani locis repertis, de eorum analyſi; de calculo in ulcere diuturno reperto, quod eo exciſo ſanatum ſit. De ſectione RAVII, qui ſimpliciſſima curatione uſus ſit. Curabat calculum diæta vegetabili & lactis ſero. BUCERI methodus, qua per vaginam feminis veſica inciditur.

ABRAHAMUS TITSING in *ruſtuuren* edidit epiſtolam, qua perpetua in anevryſmate preſſio commendatur. *Affectum in libris & praxi rariſſimum* ab HERMANNO BOERHAVE *ſanatum in noſodochio* L. B. CHRISTIANUS ANDREAS KOCH Leidæ 1738. 4. * edidit, veſicam nempe, de qua pars membranæ intimæ deceſſerat, mitiſſimis medicamentis ſanatam; lacinia obducta erat ſabuloſo concremento.

Iterum Londini aliqua viri ſummi *conſilia* ediderunt 1744. 8. * quæ ego recudi feci Gotting. 1752, 8. *, auxi pluſculis reſponſis a doctiſſimo J. STEPHANO BERNHARDO aliiſque amicis acceptis, tum propriis. In Anglicana editione varia ad chirurgiam faciunt, de tumoribus abdominis, abortu, fiſtula ani, quæ pulmonis ulcus levaverit, fungoſo genuum tumore, partu difficili, ſcirrho vario, uteri ulcere ſcirrhoſo.

In meis caſus eſt de nobilis viri, mihi noti, calculo, cum ulcere veſicæ conjuncto, quo in caſu chirurgus DENYS calculum veſicæ exſpectavit, BOERHAVIUS ulcus, natura utrumque repræſentavit. Iterum de calculo.

EJ. *de morbis oculorum prælectiones* Leidæ 1708 habitæ ex codice J. RUD. ZWINGERI a me editæ Gotting. 1746. 8. * & ex codice HEISTERIANO cura WILLICHII noſtri recuſæ 1750. 8. * Recuſ. ad primam editionem Paris 1748. 8. Venet. 1748. 8. Germanice verſæ a GABRIELE FRIDERICO ZWINGER Nürnberg 1751. 8. * In primis novam de ſede cataractæ in lente cryſtallina opinionem defendit, obſtrui ductus lacrumales docuit, & debere aperiri potius, quam novum iter parari, neque os unguis perforari. Morbos etiam corneæ tunicæ, ophthalmiam, aliaque oculi mala recenſet.

## §. CCCCXCII. VARII.

HERMANNUS FRIDERICUS TEICHMEYER, Profeſſor Jenenſis, noſter ſocer, chirurgiam docuit, & manu ſua exercuit.

EJ. ſunt *medicinæ legalis & forenſis inſtitutiones* Jen. 1740. 4. * 1762. 4. * Chirurgica argumenta multa tractat, de abortu, de vulnerum inſpectione & de iis relationes, de vulnerum lethalitate, infanticidio.

Diſſ. *de ſcrofulis* Jen. 1708. 4. *.

*De novo inſtrumento expurgatorio ventriculi, vulgo die Magenbürſte* 1713. 4. *.

*De cancro, in ſpecie mammarum* ib. 1732. 4.

*De ophthalmia* ib. 1732. 4. *.

*De calculo* ib. 1734. 4. *.

*De ſtupendo anevryſmate brachii feliciter per operationem curato* 1734. 4. *. Propria iterum curatio anevryſmatis, ab ill. viro peracta: de anevryſmate imminuto a ſanguinis tranſſudatione: de anevryſmate aortæ in pericordium rupto: de vi vulneraria oculorum populi.

*De morſu canis non rabidi pernicioſo* Jen. 1736. LANGENH.

EJ. *de exomphalo inflammato, exulcerato & poſtea conſolidato* 1738. 4. * & in mea collectione. Rara felicitate ſuperata herniæ umbilicalis pericula.

*De calculi veſicæ exulceratæ adhærentis ſectione & curatione felici* 1739. 4. * Memorabilis curatio, cum calculum adhærentem vir ILL. eduxerit, membranaque veſicæ delabente feliciter ſanaverit. Utique adhæſiſſe calculum quem ſua manus ſolvit.

*De cadaveris inſpectione ſectione legali* Jen. 1742. 4.

*De gangræna & ſphacelo* 1743. 4.

Cum *medicina legali* edidit filius patris ſui in partu ventrali factam adminiſtrationem; quem aliquot a conceptione annis excidit.

J. LINDER, poſtea LINDENSTOLPE, *de venenis* Leid. 1708. 12. * De eo dicemus cum editione, quam curavit Cl. STENZEL Lipſ. 1739, 8. * De animalibus rabidis, canibus, viperis, ſerpentibus variis: de cantharidibus, araneis etiam deglutitis, de Fennonum *tyrer*, quæ animalia media perforent. De calculis variis. Num globi plumbei venenum habeant. De ſagittis venenatis, de nervorum vulneribus.

In *Phil. Tranſ.* n. 385 partum deſcribit per anum, tum in *Act. Suec.* 1723.

Ib. in *Act. Suec.* a. 1724 maximum abdominis ſteatoma, acicula deglutita ex manu exciſa.

GUIL. CROSSE *a brief treatiſe on the eyes* London 1708. 12. morbos etiam oculorum tractat, ſuaque medicamenta laudat.

*T. C. charitable ſurgeon* London 1708. 8. HEIST.

MATTH. MAYERS *in der chirurgie neu angelegter Luſtgarten* Prag. 1708. 8. HEIST.

## §. CCCCXCIII. Disputationes.

M. Edingh *de inflammationibus* Leid. 1708. 4.

G. C. Busman *de carcinomate* Leid. 1708. 4.

J. Rud. Lavater *de atretis ſ. hypoſpadiæis* Utrecht 1708. 4. * aliquot inciſæ glandis, exempla.

Lud. Frid. Jacobi *de cataractæ nova pathologia* Erfurt 1708. 4. Menz.

Ej. *de entero & epiplocele utriuſque ſexus eorumque non ita pridem invento enemate commodiſſimo* Erfurt 1712. 4. Boehmer.

*De gangræna & ſphacelo* 1712. 4. *.

*De nephritide ſpuria* Erford 1712. 4. Pl.

J. Wendelin Simonius *rationes embryulciæ lithotomiæ* Tubing. 1708. 4. *. Suas adminiſtrationes proponit.

J. Fr. Charisii *de paronychia* Altdorf 1708. 4. Hænel.

Ej. *de meliceria* Celsi Regiomont 1727. 4. Boehm.

Ern. Caspar Gruger *de calculo renum* Franeker 1708. 4. Hep.

Alexander le Francois & J. Nic. de la Hire E. *poteſt ſtare viſio abſque cryſtallino* Paris 1708. 4.

## §. CCCCXCIV. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 313 Radulphus Calep refert de gangræna ſicca in femore vetulæ, ubi denique caro mortua a viva ſponte deceſſit, vita ſuperſtite, amputatione facta: addit G. Cowper ſe ab oſſeis arteriis gangrænas in ſenibus vidiſſe ſubnatas.

In *Galer. di Minerv.* 1708. J.B. Scarellæ aliqua fragmenta reperias de nonnullis hydrophobiæ rarioribus exemplis; de fonticulorum uſu; de ſtruma.

Beschii aliquæ obſervationes, tumor ſpontaneus brachii, de quo ſquamæ oſſeæ deceſſerunt.

Raphaelis Moreni aliqua de ſtatu artis medicæ, quæ Cairi exercetur; de hernia umbilicali, & modo inſolente ejus reponendæ, torto in gyrum digito.

Ex Josephi Vallisneri, medici Mutinenſis, codicibus M. ſ. aliquæ adnotationes. De abſceſſu calvariam erodente & tendente in cervicis tumorem.

In *Hiſt. de l'Acad. R. des ſciences* 1708 varia exempla a Guilielmo Homberg recenſentur, in quibus ambuſtiones caſu factæ profuerunt, etiam paronychiam intincto in fervidam digito ſanatam fuiſſe.

## §. CCCCXCV. DAN. TURNER, WILH. BECKET.

DANIEL TURNER, qui a chirurgia ad medicinam tranſiit, dedit London 1709. 12. * *a remarkable caſe in ſurgery of an uncommon fracture and depreſſion in a child of about ſix years accompagnied with a large abſceſs upon the brain.* Cranium depreſſum, ut in cerebrum depelleretur, dura membrana inflammata, magno fragmento oſſeo decedente; materia fœtida fluebat per vulnuſculum duræ membranæ: dolor remiſit inciſa dura matre: ſed paralyſis lateris oppoſiti, & mors ſupervenit.

EJ. *treatiſe on the diſeaſes incident to the ſkin* London 1714. 8. 1726. 8. * 1731. 8. Gallice 1743. 8. &c. Cum morbis cutaneis etiam ambuſta tractat, animalium morſus & punctiones, hæc fuſe; atreſias, perniones, alia mala, quæ ad externos morbos pertinent, aut manu curantur. Multa collectitia, tamen etiam propria aliqua. Ut a ſpiritus vini uſu contuſio in ulcus abierit, quod lapide calaminari ipſe ſanaverit. Ut in vehementi ambuſtione carnes fungoſas calce viva repreſſerit, quod medicamentum mire commendat. De magnis ſymptomatibus ab aranea in ipſo feminæ labio crepante.

EJ. *the art of ſurgery* London 1722. 8. 2 vol. & appendix 1725. 8. porro totum opus 1732. 8. 2 vol. 1736. 8. Compendium non ſine adnotationibus.

THOMAS BECKET, chirurgus eruditus, edidit a. 1709 *chirurgical remarks occaſioned by the death of a child whoſe caſe was printed in that year by* D. TURNER: *and an account of a wound of the brain by a bullet, with reflexions* London 8. recuſ. in *chirurgical tracts* London 1740. 8. * Mortem pueri tribuit, recte quidem, neglectui, quod puri exitus non fuerit apertus: exempla aliorum caſuum addit, ubi idem neglectus perniciem intulit. De viſcerum abſceſſibus a capitis vulneribus ortis. In altero caſu lamina interna calvariæ fuerat in cerebrum impacta, ut id viſcus computreſceret, & tamen æger vixerat orthoſtadios. Glans plumbea pelvim per foramen pubis ſubeuns, inde ſinuoſa ulcera. Poſt magna capitis mala frequentes cerebri abſceſſus.

EJ. in ead. collectione reperiuntur *two letters as a free and impartial inquiry into the antiquity and efficacy of touching for the kingsevil* prius edita 1722. 4. Superſtitionem deridet.

*De cancro* London 1712. 8 hic recuſ. Laudat præter omne decus ſuum magnum *diſſolvens*, & curationes ſuas prædicat. Negat cancrum ab acido eſſe, negat corroſivum ſaporem eſſe in ichore, quem ipſe guſtaverit, & tamen inficere fatetur. Non cedere ſalivationi, neque arſenicali cauſtico, neque vitriolo extus admoto, neque medicamentis internis.

JOH. RANBY tres obſervationes.

*An introduction to the hiſtory of phyſik and ſurgery*, quam addit CURLIUM vendidiſſe MILWARDO. Non reſpondet famæ viri, & fabellas continet.

EJUSD. *chirurgical obſervations* London 1740. 8. * perinde a morte viri, qui a. 1738. deceſſerat. Adnotationes 41 cum ætiologiis. In nixu diſtortæ duæ colli verte-

vertebræ, ut earum acuti proceſſus (ſpinæ) in tumorem eminerent, cum ſubita proſtratione virium. Laminis ferreis conprimentibus reſtitutas fuiſſe vertebras. Os humeri ab ictu calcis equi fractum, quod nunquam potuerit reconciliari, neque callus obtineri. Tumor fungoſus genu, apertus, fomentis aromaticis curatus. Glandulas obſtructas cucurbitulis impoſitis reſolvit. Encheireſis amputationis ob cariem factæ, fuſe. Anevryſma in dorſo manus preſſione ſublatum. Ex ductu Stenoniano eroſo ſalivæ fluxus perpetuus, ſtypticis compreſſus. Gangræna ſpontanea tibiæ curata. A morbillis ſphacelus faciei. Calvaria nudata, & ſana, ſubnaſcente nova carne tecta, cum auctor ſolum linteum carptum impoſuiſſet. A polypo narium ſurditas. Patella ſubluxata reſtituta. Puer ſectus apparatu magno. De inciſione per glutæum majorem facta ad calculum educendum, quam putat ad F. Jacobi adminiſtrationem proxime accedere. A ſtruma ſuffocatio. Humerus ambe reſtitutus, paulum mutata. Calvaria late a carie deſtructa: renatum calloſum velamentum duram matrem tutans. Gangræna interna ab arteriis oſſeis fruſtra amputatione remota. Tumor flatulentus genu. Paracenteſis abdominis, quam mors proxime inſecuta eſt. Brachium, ut vocat, cancroſum feliciter amputatum. Fiſtula ani curata. Ulcus ad vertebras pertinens funeſtum. Gaſtroraphia felix.

## §. CCCCXCVI. Andreas Ottomarus Goelicke.

Stahlianæ ſectæ adſecla Duisburgi primum, inde Francofurti ad Viadrum profeſſor.

*De mutilo corpore medicinæ reſarciendo per chirurgiam & pharmaciam poſtliminio revocandas* Hall. 1709. 4. * Chirurgiam vult medicis ſubjici.

Ej. *novum artificium circa procidentiam uteri veram* ib. 1710. 4. *. & in meis ſelectis. Peſſus factus circulis ferreis in ſpeciem coni adaptatis, corio molliori & faſciis obductis. Veri uteri prolapſus exempla.

*De optima lithotomiam adminiſtrandi ratione, reſpondente* J. Meisenbarth *lithotomi filio* ib. 1713. 4. *. Pro apparatu magno.

*Specimina medicinæ forenſis* Fr. ad Viadr. 1714. 1720.

*De dyſtocia* Francf. 1732. 4. *. Fetus mortuus poſt tres molas feliciter editus.

*De tendinum adfectibus* Francf. 1734. 4. *.

*De chirurgiæ cum medicina conjunctione* ib. 1735. 4.

*De ileo ex hernia* ib. 1735. 4. Hænel.

*De onopordo carcinomatis averrunco* ib. 1739. 4. *.

*De hernia femorali* ib. 1740. 4. * progr. ib. 4.

Inde in diario quod cum nomine *Exercitationum Francofurtenſium* prodiit T. III. peſſum ſuum deſcripſit.

Cum *hiſtoria anatomiæ novantiqua* Hall. 1713. 8. * adnotationes aliquas edidit, de magno ſarcomate de ſcroto penſili; cancro labii ex mala medicatione nato; peſſo ſuo; utero ex nixu prolapſo, vagina a partu elapſa.

*Hiſtoria chirurgiæ antiqua* Hall. 1713. 8. *,

Et *hiſtoria chirurgiæ recentis* ib. 1713. 8. *.

Scriptores ordine fere temporum & regionum recenſet & laudat.

*Hiſtoriam medicinæ* hactenus huc referas, Francf. ad Viadr. 1717. 1718. 1719. 1720. ſex tomis excuſam 8.* quod ad uſque chirurgiæ a medicina diſceſſionem etiam HIPPOCRATEM alioſque recenſet, qui pariter manu & conſilio medicati ſunt.

## §. CCCCXCVII. VARII.

DOMINICI MISTICHELLI, Firmani, medici Romani, *trattato dell' apopleſſia* Rom 1709. 4. *. Totus liber II. chirurgici eſt argumenti, & præter curationem apoplexiæ etiam curationem vulnerum & ictuum capitis tradit. Ad apoplexiam peculiarem putat eſſe efficaciam uſtionis plantæ pedis, quæ laminis ferreis quadratis fiat. De veſicatoriis & fonticulis &c.

In *aggiunta* Padova 1715. 4. * fatetur avunculo ſuo plantas fruſtra uſtas fuiſſe.

LAUR. TERRANEUS in *diſſ. de glandulis uteri diſgregatis* Turin 1709. 8. * caſum habet vulneris cum pure ſuper piam membranam & cerebrum effuſo, abſque ſymptomatibus. Aliquæ etiam obſſ. de malis ad vias urinarias & ſeminales ſpectantibus. In ſtranguria urethra ulceroſa, cavernula ſeminalis lacera.

J. HENR. GRAHE *epiſt.* I. *das nervenheften betreffend* Greifswald. 1709. 4.*. Nervum non debere conſui, cutemque emplaſtris glutinantibus adduci; id ſe feliciter eſſe molitum. In tendinibus rem admitti poſſe.

VILLIERS diſſ. *ſur le ſecret de* M. *de* REVEL *pour faire ſuer par ſympathie à* la Haye 1709. 8. CHIV.

*Chirurgiſches Kleeblatt, worinn die Materia Medica ſo in der Chirurgie brauchbar abgehandelt wird* Leipz. 1709. 8. Aliquot libri ſunt, ejusdem fere tituli.

*Der weitgereiſete und wol practicirte Barbierer* Regenſpurg 1709. 8. HEIST.

*Privilegia willekuuren &c. van het chirurgyns gilde in Amſterdam* ib. 1709. 4. HEISTER.

L. D. C. V. *de liſtigheden der hetendagſe kraamvrouwen* Amſterdam 1709. 8.

J. PETER

J. PETER WAHRENDORFER *Unterricht von aderlaſſen* Budiſſin 1709. 8. alii 1719. 8. GUNZ.

*Mediciniſches und chirurgiſches Schatzkäſtchen* Fr. Leipz. 1709. 8.

In NATALIS CHOMEL *dictionnaire œconomique* Lion 1709. f. ſæpe recuſo, & Amſterd. 1733. fol. 2. vol. * tum ſupplemento ib. 1740. fol. 2. vol. * multa huc faciunt ad morbos chirurgicos, & ad caſtrationem, & animalia morſu nocentia.

In HERVIEUX *nouveau tr. des ſerins de Canarie* Paris 1709. 12. *. Fractos artus quies ſola ſanat, & nocent vincula (ſic in plerisque animalibus).

FRANCISCI SUAREZ de RIVERA, Salamanticenſis, PHILIPPI V. Archiatri, eſt *chirurgia chymica* 1709. 8. & *Cirurgia metodica chimica reformada* ib. 1719. Ej. *conſultas y reſpueſtas* ib. 1721. 4. *Cirurgia natural* ib. 1726. *Texto cirurgico anatomico* ib. 1729. 4. Cum *medico e cirurgia univerſal dictionario medico cirurgico anatomico* 1730. fol. 2. vol. CAP. de V.

## §. CCCCXCVIII. DISPUTATIONES.

JAC. STAAL *de medicamentis vulnerariis* Leid. 1709. 4. PL.

J. LAMBREGTS *de vulnere lethali* ib. 1709, 4. *.

J. van EECKHOUT *de empyemate* ib. 1709. 4. *.

ADRIAN HELVETIUS *de puncto* Leid. 1709. 4. *. Auctorem putares eſſe BIDLOUM, niſi in operibus hæc diſſ. omiſſa fuiſſet. De punctione in perinæo agit. De F. JACOBO queritur, hernias caſtratione curante.

J. JAC. SACHS *de vomitu cruento* Argent. 1709. 4. *.

CHRIST. LUDWIG WELSCH *de cancro mammarum* Lipſ. 1709. 4. *.

## §. CCCCXCIX. DIARIA.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1709. D. GANDOLFE exempla narrat corneæ tunicæ inciſæ, quæ abſque jactura pellucidæ ſuæ naturæ coaluerit.

Repetitur in *Phil. Tranſ.* n. 322.

In *Journal des Savans* 1709. dec. ALEX. le FRANÇOIS de curatis ulceribus corneæ tunicæ, medicamentorum uſu ſiccantium & mundantium.

In *Phil. Tranſ.* n. 323. B. SHERMAN de fetus oſſibus in utero retentis.

Et de femoris parte duorum pollicum longitudine per callum reparata.

N. 32. ROBERTUS FIELDING de vulnere, quod a ſclopeto accepit. Glans plumbea prope os petroſum ſubierat, ea longiſſimo poſt tempore 30 annis elapſis per abſceſſum prope cartilaginem thyreoideam ſubnatum prodiit.

§. D.

## §. D. Johannes Palfyn.

Chirurgus Gandavenſis, bene mihi notus, cum ſubinde Leidam, & alias Lutetiam, itinera ſuſciperet, per quæ ea diſceret utrinque, quæ noviter eſſent inventa: ea ſolebat ſubinde in ſuos libros referre. Editionem Antonii Maitre Jean dixi, quam curavit.

Ejusd. eſt *van de voornaemſte handwerken der heelkonſt* Leid. 1710. 4. 2. vol. * *Abhandlung der vornemſten chirurgiſchen operationen ſo wohl an den harten als an den weichen Theilen des menſchlichen Leibes* F. Lipſ. 1717. 8.

Obſervationes aliquas proprias & nova inſtrumenta habet, ut cultrum herniarium ſimilem illi le Dranii; forcipem obſtetriciam.

Inde eum adjecta anatome prodiit Leid. 1718. Paris 1726. 8. 2. vol. * *Anatomie du corps humain avec des remarques utiles aux chirurgiens dans la pratique de leurs operations.* Albini ſuaſu juvenis hunc librum comparavi; reperias etiam admiſtas obſervationes ineditas, quas noſter paſſim collegit. Ita ex Arnaldo monet, non debere parci tendini orbicularis muſculi palpebrarum, ſed earum utique commiſſuræ, ne oculus hiet. Oſſium uteri de vulva propendens. Vulnus ſinus frontalis, quod nunquam potuit reconciliari. Polypi hiſtoria, ex ſinu maxillari pullulantis. Omphalocele, in qua media pars coli in herniam ſubierat, libera manſerat, quam Palfynio Bidlous oſtendit. Mors ex hæmorrhagia, cum omentum abſque vinculo reſectum eſſet.

In editione a Cl. Boudou curata Paris 1736. 8. primus tomus vix mutatus eſt vel auctus. Adjectæ notæ aliquæ editoris. In ſecundo anatome uti diximus tota mutata. Subjunctæ obſervationes Ruyschii & Brissæi, & Ruyschii epiſtola XV.

In editione, quam curavit Antonius Petit, Paris 1753. 8. 2. vol. * multa propria Ill. editor adjecit, quæ ſuo loco dicemus. Ruyschiana & Brissæana omiſit.

Germanice prodiit vertente Georgio Leonhardo Huth Nurnberg 1760. 4. * ſeqq. ad editionem Petiti.

Ad editionem Italicam, quam J. Larber vertit Venet. 1758. 4. 3. vol. * multa acceſſerunt chirurgici argumenti, ex Sharpio, ex noſtris, ex Lancisio & propria alia, ut calculorum circa acus natorum; de vagina abſque malo eventu reſecta, de curato lapſu abſque trepano, cum minacia adeſſent ſymptomata: de ſanato ancyloblepharo. Fungus uteri de vagina pendens filo ſericeo circa cervicem ſuam ligatus, & feliciter exciſus. Adjectæ aliquæ Lancisii & Valsalvæ epiſtolæ de cataractæ ſede.

In l. de feminæ fabrica, Leid. 1708. 4. * Utique prolapſum vere uterum confirmat

confirmat ſe vidiſſe & fetum 13 anno a conceptu in utero repertum, maxillæ nempe & dentium rudimenta & pilorum.

In l. *de oſſibus multa* huc faciunt. Rachitici oſſibus curvis & deformatis. Oſſa emollita apud DUVERNEYUM. Ab oſcitatione maxilla inferior luxata & repoſita. Maxima pars cranii deſtructa, dura mater pellicula tantum tecta. Fiſtula ad maxillam, ſanata dente carioſo evulſo.

## §. DI. CORNELIUS TRIOEN.

Medicus. EJUS inaugurale ſpecimen eſt *de partu difficili* Leidæ 1740. 4. *.

EJ. *obſervationum chirurgicarum faſciculus* ib. 1743. 4. *. Pleraque ſunt argumenti chirurgici. Duo prægrandes calculi per ruptum perinæum ſponte prodeuntes. A volvulo ruptum inteſtinum, per abſceſſum externum patens. Magnus de cervice tumor reſectus, & atheroma, quod arteriæ femorali adhærebat, evacuatum ea quam continebat materie. Ex BIDLOI ſchedis, de maximo vulnere calvariæ, meningum, cum hemiplegia, & ampliſſimo pullulante fungo, hoc reſecto ſanato. Mirificum exemplum deſtructi laryngis, œſophagi vero aperti, per quem alimentum in ventriculum dabatur ore intercepto. Magnorum fragmentorum oſſeorum decedentium exempla, & dimidiæ inferioris maxillæ. Varicoſum inteſtini recti concrementum. Ani fiſtula in vulvam patens. Ani clauſi hiſtoria. Partus a callo vaginæ præpeditus. Partus Cæſareus ab auctore adminiſtratus, nempe peritonæo inciſo eductus partus ventralis. De ulceribus ſermo. Ulcera perinæi & urethræ ſanata abſque cereolis. Ab ophthalmia rupta tunica cornea, lens pellucida elapſa. Ulcus tumidi cruris elephantiaco morbo adfine. Spina ventoſa, exempla deformatorum ab eo malo oſſium; ſanatæque internis & externis medicamentis exempla. Meliceria CELSI: amiſſæ inde digitorum phalanges, & carpi ancyloſis & caries varia. Hydrops articuli ſanatus, etiam in genu. Sphaceli exempla, etiam delapſi cruris. Linguæ enormis tumor. Nimis parum noti libri tabulæ pulcherrimæ.

# FINIS TOMI I.

UNIVERSITARIA DE GRANADA